DOMINICI GEORGII DISSERTATIO HISTORICA DE CATHEDRA EPISCOPALI SETIAE...

Domenico Giorgi, Giuseppe Orazi

Digitized by Google

9.5 245

. 9. 5. 245.

B

DOMINICI GEORGII

DISSERTATIO HISTORICA

DE

CATHEDRA EPISCOPALI

SETIÆ CIVITATIS

IN LATIO.

Cum appendice monumentorum, eamdem Eccleſiam, & civitatem illuſtrantium.



ROMÆ MDCCXXVII.

Ex Typographia Hieronymi Mainardi, apud theatrum Capranicenſe.

PRÆSIDUM PERMISSU.

S. Bernardus epiſt. CXXXI. *ad Mediolanenſes.*

PLenitudo ſiquidem poteſtatis ſuper univerſas orbis Eccleſias, ſingulari prærogativa Apoſtolicæ Sedi donata eſt. Qui igitur huic poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Poteſt, ſi utile judicaverit, novos ordinare Epiſcopatus, ubi hactenus non fuerunt. Poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictaverit, ita ut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos liceat, & e converſo, ſi neceſſe viſum fuerit.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI BENEDICTO XIII. PONTIFICI MAXIMO.

DOMINICUS GEORGIUS FELICITATEM

QUOD *iis uſuvenire ſolet*, Beatissime Pater, *qui in re difficili & obſcura illuſtranda verſantur, ut ſimul ac eam ex involucris eduxerint, atque planam fecerint, mira quadam jucunditate afficiantur, vehementerque cupiant, non modo literatis viris, verum etiam ipſi vulgo eamdem pe-*

patere, id mihi, quamquam ratione longe diverſa, prorſus accidit. Ubi primum enim ad manus meas pervenit edita à Sanctitate Tua *Conſtitutio, qua Eccleſia Setina, cathedralis, ac olim ab Honorio* III. *pari jure Eccleſiæ Tarracinenſi unita declaratur, & quatenus poſt hanc conjunctionem ex tanto honoris faſtigio excidiſſet, rurſus in cathedram Epiſcopalem erigitur, & eidem Tarracinenſi Eccleſiæ invicem conjungitur: ſubindeque, qua potui diligentia, ad monumenta, quibus antiquus Setinus* Epiſcopatus *adſtruitur, oculos mentemque admovi; ac demum ad ſummam poteſtatem, qua,* Tu, Pater Sanctissime, *in Sacra B. Petri Apoſtolorum Principis Sede conſtitutus, emines, animum converti, mirum in modum mecum ipſe delectabar, ſimulque ge-*

ſtie

Digitized by Google

ſtiebam, quæcumque animadverteram, non modo Sanctitati Tuæ *offerre, verum etiam in hanc hominum lucem pervulgare. Id quidem totum adeo perſpicuum mihi viſum eſt, inter ipſas antiquitatis tenebras, ac inter deperdita, ob injuriam temporum, illuſtriora Setinæ Eccleſiæ documenta, ut, niſi plane cæcutire velimus, ex paucis iis, quæ ſuperſunt, veterum membranarum reliquiis, cathedra Epiſcopalis Setina demonſtretur. Quum vero ad maximam auctoritatem Romani Pontificis, cùm in erigendis, & reſtituendis, tùm uniendis ſedibus Epiſcoporum, reſpiciebam, non ignorabam, præter ſexcenta teſtimonia, quæ hoc jus Summo Chriſti Vicario aſſerunt, a Gregorio IX. dum Eccleſias Portuenſem, & Silvæ candidæ conjungeret, affirmatum,* ab ipſo chriſtia-

ne

Ital. Sac. to 1. pag. 154.
næ fidei naſcentis exordio, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, tantæ dignitatis faſtigium obtinuiſſe, ut ex collata ſibi deſuper in magiſtro ſuo Beato Petro Apoſtolorum Principe poteſtate, ſi neceſſitas locorum exegit, & unum Epiſcopatum ſeparari in duos, & duos in unum ei licuerit adunare. *Et vero* BEATISSIME PATER, *quoties prædeceſſores tui perſpexerunt, pro rerum ac temporum ſtatu, quaſdam urbes, quæ proprios quondam Epiſcopos obtinuerunt, ruinas ac prope excidium paſſas, deinde ex ipſis ruinis caput extuliſſe, in veterem dignitatem eas reſtituerunt, a jugo aliarum Eccleſiarum exemerunt, atque ſuis Epiſcopis exornarunt. Id inter alios, olim feciſſe, legimus, Urbanum* II. *qui Atrebatenſi civitati, Cameracenſi Epiſcopo adiectæ, ſuum Epiſcopum*

A.D.

A. D. 1092. *dedit, & Cameracenſes, qui Pontificiæ largitioni obſiſtere auſi ſunt, editâ ſanctione compeſcuit. Urbanus enim, qui Romani Pontificis auctoritatem, & Atrebatenſis Eccleſiæ priſcam dignitatem noverat, in ipſa, quam hac de re emiſit, Conſtitutione, docuit*, fieri ſolere, ut Eccleſiæ perſecutionis tempore, ſuis ordinibus, ſuis populis, ſubſidiis etiam temporalibus deſtitutæ, aliis temporaliter committantur Eccleſiis, poſtquam vero his, quibus imminutæ fuerant, Deo diſponente, abundare cœperint, priſtinam recipiant dignitatem. Solius enim Apoſtolici eſt, Epiſcopatus coniungere, & conjunctos diſiungere, aut etiam novos conſtruere. *Meminerant etiam ab Eugenio* III. *A. D.* 1145. *Tornacenſi Eccleſiæ, quæ jampridem cum Noviomenſi, & ab Hono-*

Baluzii Miſcell. to. v pag. 237. & ſeqq.

Ibidem.

Gall. Chriſt. to. III. pag. 1069

rio

Ital.Sac. to.1. pag.816.

rio 11I. *A.D.* 1217. *Interamnati, quæ cum Spoletana coaluerat, ſuos Epiſcopos iterum donatos. Tu vero,* Beatissime Pater, *licet Setina civitas jam inde a ſua conjunctione; nobilibus, atque claris familiis floruerit, licet* Cleri, *& populi pietate, ac frequentia, variis item Regularium* Cænobiis, *in ſuperioribus, ac noſtra ætate effulgeat, licet Epiſcoporum ſedes, cùm ob ſalubriorem äerem, tùm ob diæceſis opportunitatem, exiſtat; adeoque eam a Tarracinenſi* Epiſcopatu *ſegregare, & proprio Antiſtite, multorum deceſſorum tuorum exemplo, donare potuiſſes, maluiſti tamen eorum Pontificum exempla plurima imitari, quibus ſolemne fuit, ut quoties utilitas, ac neceſſitas ſuaderet, duas in unam* Eccleſias *mutuis inter ſe juribus unirent. Itaque Tu,* Pater Beatissime, *ſaluberrimis præterito-*

rum

rum Pontificum veſtigiis inhærens, moderatiori poteſtate uſus es, ac ut conſultius Setinæ Eccleſiæ honoribus, futuris etiam temporibus proſpiceres, ne de iiſdem controverſia amplius moveri poſſet, eam rurſus, de tradita Tibi a Domino poteſtatis plenitudine, in cathedram Epiſcopalem erexiſti, atque æquè & principaliter, *ut ajunt, Tarracinenſi Eccleſiæ conjunxiſti, & conjunctam in perpetuum fore, hac tua provida Conſtitutione decreviſti*. Cur *igitur mihi lætandum non erat, ſi hanc ipſam Conſtitutionem, tam præclaris monumentis innixam, tam ſalubriter ſancitam, in manus hominum venire optabam, &* SANCTITATIS TUÆ *auſpiciis, præſidio, ac nomine munitam, in lucem prodire? En porro ipſam, ad Te reducem, eâ argumentorum varietate confertam, quæ per longa ſæ-*

b cu-

culorum ſpatia, Setinam urbem, claram quondam Romanorum coloniam, priſcis Eccleſiæ temporibus, Epiſcopis ornatam, dein Tarracinenſi Eccleſiæ copulatam, demum a Sanctitate Tua *priſtinæ dignitati reſtitutam, ſimulque Tarracinenſi cathedræ invicem conjunctam, uberrime oſtendunt. Ex hoc autem tenui labore meo, quem Tibi*, Pater Beatissime, *conſecro, dedicoque, fructum maximum me percepiſſe intelligam, ſi a Te clementer, & benignis oculis is excipiatur. Interim Tuis Sanctiſſimis obvolutus pedibus, omni animi demiſſione Apoſtolicam benedictionem poſtulo, ac Deum omnipotentem oro, ut* Sanctitati Tuæ *diuturnam vitam impertiatur, & omnia Tibi fauſte, feliciterque, ad totius Chriſtianæ Reipublicæ ſalutem, eveniant.*

PRÆ-

PRÆFATIO.

INſtituti mei de hac lucubratione, cauſſam allaturus, illud in primis præfari oportet, me eo conſilio provinciam hanc ſuſcepiſſe, ut ſaluberrimam Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI PAPÆ XIII. Conſtitutionem de reſtituta Setinæ civitati cathedræ Epiſcopalis dignitate, deque ejus conjunctione iterum, mutuis juribus, Eccleſiæ Tarracinenſi, commentario veluti illuſtrarem, ſimulque recenſerem uberius ſingula, quæ in ipſa Conſtitutione enarrantur, ac oſtenderem, merito urbem hanc ampliſſimis his honoribus decoratam. Id, ut pro virili conſicerem, initium ſumpſi ab ejuſdem civitatis præſtantia, quæ & Græcis, & Latinis literis celebtata eſt; veterumque etiam monumentorum reliquiæ, ibidem ſuperſtites, ejus amplitudinem, ac famam affatim produnt. Præterea animadverti, ex antiquiſſima Eccleſiæ diſciplina, unicuique urbi, vel a primis chriſtianæ rei ſæculis, Epiſcopos impoſitos: præſertim vero in Latio, ac Tuſcia ſuburbicaria, hunc morem obtinuiſſe adeo, ut Romani Pontifices, non modo in ſingulis harum regionum

urbibus Epiſcopos ſtatuerent, ſed etiam aliquando (ſi neceſſitas, ſeu utilitas exigeret) in oppidis, apud priſcos Scriptores, nullius ferme nominis. Quapropter Latium, ac Tuſciam ſuburbicariam ſum pervagatus, quò ſedes Epiſcopales utriuſque Provinciæ inveſtigarem, ac ipſa Epiſcoporum nomina eruerem. Igitur non eſt, cur quis me reprehendat, quòd in hac ſerie contexenda, ab inſtituta diſceptatione longius abierim, aut crambem coactam recoquerim; non enim plus juſto ab rerum ordine, me declinaſſe, ii fatebuntur, qui viderint, quanti momenti id ſit ad antiquum Setinum Epiſcopatum ſtabiliendum, ſimulque animo circumſpexerint, finitimas quaſque Setiæ urbes, ac loca ipſa dignitate longe inferiora, Epiſcopalibus infulis quondam ornata. Quod autem attinet ad induſtriam meam in nominibus Epiſcoporum perquirendis, qui in antiquatis, per ambas illas Provincias,cathedris,floruerunt, eorum eſto judicium, qui hanc molam verſare ſoleot, aut ſimilibus ſtudiis delectantur. Hi enim facile intelligent, & a Carolo a S. Paulo, & a Ferdinando Ughello, & a Luca Holſtenio, & a Julio Ambroſio Lucentio, quantavis diligentia, pauca tantummodo Epiſcoporum nomina eruta fuiſſe ex Latii Tuſciæque urbibus, quæ aut jam interiere, aut aliis ſedibus accenſitæ ſunt. Ego vero nunquam eò temeritatis deveni, ut crederem, poſt tam longas doctiſſimorum virorum diligentias, uberiorem

riorem indiculum me in lucem potuiſſe proferre, ſed elaboravi, ut nonnullos Epiſcopos ſuis annis reſtituerem, loca, in quibus eorum nomina leguntur, indicavi, ac vulgatis catalogis quoſdam, etiam hactenus incompertos adjeci. Explorata-tes eſt, inter eos, qui in conquirendis, & in Italia, & in cæteris Catholici orbis partibus, Præſulum, in unaquaque Epiſcopali cathedra, nominibus, operam dederunt, neminem adhuc inventum eſſe, qui hanc ſit felicitatem aſſecutus, ut integram, abſolutamque Epiſcoporum omnium per omnia tempora nomenclationem exhibuerit. Cauſſa in promptu eſt, quòd nimirum injuria temporum, frequentes barbarorum incurſiones, incendia, bella, urbium vaſtationes, ac ſumma ignorantia, & inertia, monumenta Eccleſiarum plurima unà cum Epiſcoporum nominibus abſumpſerint. Itaque ad hæc fuſius commemoranda declinavi, quod Setina Eccleſia maximam hanc calamitatem acceperit. Quemadmodum autem in vetuſtis codicibus frequentiſſime accidit, ut pravæ orthographiæ vitio, multa Epiſcopalium urbium nomina, in ſubſcriptionibus præſertim Conciliorum, longe a recta ratione urbis illius ſcribendæ deflectant, quæ facili negocio ſanantur, ita ſi qui erunt fortaſſe auribus tam delicatis, quibus videatur, Stephanus Setinus Epiſcopus, qui una cum multis Epiſcopis nominatur in diplomate, dato a Benedicto IX. monaſterio S. Andreæ de Peruſio

Peruſio, ad Setinam cathedram minime ſpectare poſſe, quippe quia Latinè *Setinus*, aut *Settenſis* dici debuit, eorum queſtibus hic etiam ſatisfaciemus. Etenim præter ea, quæ ſuo loco allata
De re diplomatica lib. II. cap. 1. §. vi. ſunt, addimus cum doctiſſimo Jo: Mabillonio, ad diplomatum barbariem conferre, non minus vitioſam Notariorum orthographiam, quam Scriptorum imperitiam: et in
Ibid. §. viii. hujuſmodi documentis reſidere orthographiæ nævos non paucos, qui vel ex dictantis, vel ex ſcribentis vitio proceſſerunt. Mabillonio adſtipulatur Carolus Cangius
§. xxvii. pag. xxiv. in Præfatione ad Gloſſarium mediæ & infimæ Latinitatis, ubi monet, eos ipſos, qui a Principibus deligebantur, ut munus diplomatum ſcribendorum obirent, quum leuiter Latinis literis imbuti eſſent, illa utcumque conſcripſiſſe, *ita ubi Latina, quibus, quæ vellent exprimere, non occurrerent, è vernacula lingua, Latinâ iis data inflexione, vocabula depromerent.* Quot verò orthographiæ vitia, & vernaculæ inflexiones non occurrunt in urbium Epiſcopalium nominibus? Aliquot, ex innumeris accipe. Scribebant enim *Vipernenſis*, & *Priverinus*, pro *Privernas*, ſeu mavis *Pipernenſis*; *Vabenſis*, *Balvenſis*, & *Balbenſis*, pro *Valvenſis*; *Segrinus*, & *Seguinus*, pro *Signinus*; *Popubrenſis*, pro *Populonienſis*; *Orbitenſis*, pro *Urbevetanus*; *Aricinus*, pro *Aretinus*, *Suranus*, pro *Soranus*; *Bilarinus*, pro *Bledanus*, ſeu *Bleranus*. Idcirco mirum minime videri debet, ſi barbaro illo ævo, Stephanus

Epiſcopus

VIII

Epiſcopus Setinus, *Seccenſis*, vernacula inflexione ab actuario exaratus eſt. Ad hæc, cathedralis Epiſcopalis Eccleſiæ Setinæ maxime fulcitur perſpicua, atque manifeſta unione ejuſdem cathedræ, quam ſolemni ſanctione Honorius III. confirmavit. In hac vindicanda multum immorati ſumus; deinde diluimus argumenta eorum, qui Setinæ Eccleſiæ priſcam dignitatem labefactare ſtuduerunt. Poſtremo, ut veſtigiis earum rerum, quæ in hac nova Conſtitutione prolata ſunt, inſiſteremus, ſummatim de aliquibus nobilibus familiis Setinis verba fecimus. Monumenta autem omnia, quæ paſſim toto opere commemoravimus, in appendicem coniecimus,& eorum nonnulla,ubi opus fuit, adnotationibus illuſtravimus, ac etiam quibus ex locis deprompta fuerint, innuimus. Acta S. Lidani, & Kalendarium Setinum, ſervatâ ad fidem codicis, corrupta orthographia, edidimus, ut ex barbara ſcriptione, ætas codicis agnoſceretur.

Reliquum modo eſt, ut duobus præſtantiſſimis S. R. E. Cardinalibus ſummas gratias habeam, nimirum Eminentiſſimo Joſepho Renato Cardinali Imperiali, Mœcenati meo optimo, itemque Eminentiſſimo viro Petro Marcellino Cardinali Corradino. Alter enim ſingulari humanitate liberum mihi otium ſuppeditavit, ut hæc elucubrarem: ea enim eſt,inter cæteras,ampliſſimi Cardinalis laus, ut non ſolum mea, ſed & aliorum ſtudia ad Romani

ni Pontificis & Apoſtolicæ Sedis jura, dignitatem ac decus tuendum dirigantur, quò potiſſimum celeberrimam, ac lectiſſimam Bibliothecam, cui præficior, comparavit. Alter verò pro hac ipſa diſceptatione mihi magno adjumento fuit, quum ex ejus eruditis libris, tùm de Latio veteri, tùm de civitate, & Eccleſia Setina, ac ex collectis ab eodem monumentis, multa in rem hanc delibaverim.

Interim monendus es, Lector, præter ſpem meam accidiſſe, ut hæc Diſſertatio ſub anni MDCCXXVII. exordiis prodiret, quippe quæ jamdudum prælo ſubjecta, abſolvi, & ad optatum exitum perduci non potuit ante finem anni MDCCXXVI. ut credideram, ac initio primi capitis expoſui, quare humaniter recognoſce verba ipſa, & ubi legis, pag. 1. *anno ſuperiore*, ſubſtitue, *anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto.* Vide autem ipſam Conſtitutionem e conſpectu poſitam, cui accedit alia ejuſdem Sanctiſſimi Domini Conſtitutio de novo iterum Eccleſiarum Setinæ, & Privernenſis in cathedrales erectione, earumque conjunctione æquè principali Eccleſiæ Tarracinenſi, nuperrime emanata.

IX

CONSTITUTIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIII. IN QUA

Eccleſia Setina declaratur cathedralis, & unita ab Honorio Papa III. æquè principaliter Eccleſiæ Terracinenſi, & quatenus poſt dictam unionem cathedralis eſſe deſiiſſet, denuò erigitur in cathedralem, & dictæ Eccleſiæ Terracinenſi æquè principaliter unitur.

BENEDICTUS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex ex commiſſo ſibi deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio circa pacificum, & tranquillum Eccleſiarum ſtatum, præſertim cathedralium, & quæ cathedrales eſſe prætendunt, ex viſceribus charitatis intendens ad ea, per quæ Eccleſiæ ipſæ cum Dei honore in ſpiritualibus, & temporalibus, ſalubribus proficiant incrementis, ac ſublatis diſſenſionum, diſcordiarumque fomentis, divinus cultus in illis inviolabiliter obſervetur, perſonæque Eccleſiaſticæ in pace, & quietis manſuetudine Altiſſimo vota reddere, & fructus bonorum operum proferre valeant ampliores, ipſarumque Eccleſiarum decorem magis augeat, avocat ad ſe lites, eaſque penitus extinguit, nonnullas, quæ in dubium vocantur cathedrales, quandoque tales eſſe declarat, & decernit, & quæ cathedrales

c nuſ-

Digitized by Google

nunquam fuerunt, de novo erigit, eodemque tempore alteri Eccleſiæ unit, vel alteram cathedralem ſupprimit, aliamque erigit, eiſque privilegia, gratias, & indulta concedit, prout, penſatis circumſtantiis univerſis, conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque nuper Venerabilis Frater Epiſcopus Tarracinenſis ad Romanum Concilium evocatus, Nobis humiliter expoſuerit, quod pro tempore exiſtentes Epiſcopi Tarracinenſes, ob äeris intemperiem civitatis Tarracinenſis, in ea majori anni parte habitare nequeunt abſque evidenti vitæ periculo, in eaque civitate, quæ biſmille circiter habitatores continet, & Domus Epiſcopalis minus capax, & decens exiſtit, proindeque ab antiquiſſimo tempore Curia Epiſcopalis non adeſt, ſed pro tempore exiſtentes Epiſcopi in civitate Setiæ, quæ ſeptem millibus circiter habitatoribus conſtat, à tempore ferè immemorabili reſidere conſueverunt, inibique prædicti Epiſcopi, ubi ſpecioſum habent Palatium Epiſcopale, Curiam cum Archivo, ac Tribunal publicum cum carceribus tenere, in quo omnes cauſæ totius Diœceſis deciduntur, & ut plurimùm Vicarium in ſpiritualibus Generalem retinere, & in Eccleſia Setina nobilis, & antiquæ ſtructuræ cathedram fixam habere, in ipſa quoque Eccleſia Setina, in qua adſunt tres Dignitates, Archipresbyter videlicet, Archidiaconus, & Præpoſitus, duodecim Canonici, & plures Clerici divinis inſervientes, ac in aliis ejuſdem civitatis Setiæ Eccleſiis Ordines conferre, Sacra Olea plerumque conficere, ac functiones Epiſcopales, quæ à Concilio Tridentino in cathedralibus Eccleſiis fieri debere demandantur, honorificè, & decentèr exercere ab antiquiſſimo etiam tempore conſueverunt, Seminarium inſu-

ſuper, quod in civitate Tarracinenſi retinere non potuerunt, attento quod in illo alumni ſufficienter inſtrui non poterant, ob deficientiam Magiſtrorum, in eadem civitate Setiæ, in qua peramplum Collegium Societatis Jeſu cum ſcholis exiſtit, etiam retinuerunt, quodque in eadem pariter civitate Setiæ adſunt ſepulchra Epiſcoporum, in quorum aliquo, ac in ipſo Palatio Epiſcopali quilibet ipſorum publice inſcribitur Epiſcopus Tarracinenſis, & Setinus; plures quoque in eadem civitate Setiæ adſunt Eccleſiæ Parochiales, & Laicorum Confraternitates, duo Monialium monaſteria, quatuor cum amplis, & nobilis ſtructuræ Eccleſiis diverſorum Ordinum Conventus Virorum, pluresque etiam ibi fuerunt, & reperiuntur familiæ, & literis, ac ſanguinis nobilitate ob equites militiæ Sancti Joannis Hieroſolymitani, aliorumque Ordinum militarium, qui in eis extiterunt, conſpicuæ; ſitus quoque ejuſdem civitatis Setiæ commodior, & vicinior Populo totius Diœceſis exiſtit, qui numerum vigintimillium animarum excedit; & cum per literas felicis recordationis Honorii Papæ Tertii, Prædeceſſoris noſtri, prædicta Eccleſia Setina unita fuerit Tarracinenſi, ac poſt dictam unionem perſeveraverint Epiſcopi pro tempore, etiam poſt Tridentinæ Synodi decreta, prædicta facere, quæ nonniſi in cathedrali, juxta eadem decreta, gerere nequibant, hinc ſuborta lite, quæ à pluribus annis pendet coram Generali Auditore noſtræ Cameræ Apoſtolicæ, cum commiſſione eidem directa, de voto Auditorum noſtri Palatii Apoſtolici, ſuper concathedralitate inter dictam Eccleſiam Tarracinenſem, & Setinam, prodierit unica Deciſio contra eamdem Setinam Eccleſiam, à qua conceſſa nova audientia ſine prolatione voti,

 ſea-

ſententiæ, aut decreti, à pluribus annis Epiſcopi continuaverint, etiam poſt emanatam Deciſionem, apud dictam Eccleſiam Setinam reſidere, cathedram fixam ibidem retinere, aliaque prædicta peragere, proptereaque, tam ob majus decus Epiſcopalis dignitatis, quàm ut ipſi Epiſcopi ſe eximere poſſent à clamoribus plurimorum aſſerentium, Epiſcopos teneri ad reſidentiam in civitate Tarracinenſi, inibique exercendum Eccleſiaſticas functiones, præſertim in temporibus à prædicto Concilio Tridentino præſcriptis, valde expediens exiſteret, ſi prædicta Eccleſia Setina, Eccleſia concathedralis declarata exiſteret, & quatenus cathedralis non exiſteret, aut nunquam fuiſſet, ea à Nobis in cathedralem erigeretur, dictæque Eccleſiæ Tarracinenſi æque principaliter uniretur; Nos attenta prædicti Epiſcopi Tarracinenſis relatione, Nobis ſic, ut præfertur, facta, ac de omnibus, & ſingulis præmiſſis quorum plura etiam vidimus, & audivimus, dum in prædicta civitate Tarracinenſi, cum in minoribus eſſemus, commorati fuimus, certam notitiam habentes, aliiſque de cauſis animum noſtrum moventibus, eidem moderno Epiſcopo Tarracinenſi ſpecialem gratiam facere, ac Dilectum Filium noſtrum Petrum Marcellinum tituli Sancti Joannis ante Portam Latinam, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem Corradinum nuncupatum, Prodatarium noſtrum, cujus prædicta civitas Setiæ dedit ortum natalibus, quique ſummo zelo, ſummaque diligentia, & fidelitate ſpatio fere triginta annorum in diverſis officiis huic Sanctæ Sedi ſervitia laudabiliter præſtitit, gratioſo favore proſequi volentes, ac pacem, & tranquillitatem inter perſonas Eccleſiaſticas, illis ſummopere conſentaneam, confovere cu-

cupientes, omnibuſque, & ſingulis præmiſſis, Nobis ſic, ut præfertur, expreſſis pro verificatis, & juſtificatis habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, meraque deliberatione noſtris, litem, & cauſam ſuper cathedralitate in Tribunali cauſarum Curiæ Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici prædicti Auditorio inter Capitula prædictarum Eccleſiarum Tarracinenſis, ac Setinæ à pluribus annis introductas, & adhuc indeciſas pendentes, ad Nos avocantes, eaſque penitùs, & omninò extinguentes, Capitulis, & Canonicis prædictarum Eccleſiarum, omnibuſque aliis, & ſingulis perſonis, etiam ſpeciali mentione dignis in lite, & cauſa prædictis, intereſſe habentibus, ſeu quomodolibet haberè prætendentibus, perpetuum ſilentium imponimus, ac pro majori dictæ civitatis Setinæ, de Sancta Sede prædicta ſummopere benemeritæ, honorificentia, & dignitatis Epiſcopalis decore, prædictam Eccleſiam Setinam concathedralem extitiſſe, tam ante, quàm poſt unionem de prædicta Eccleſia Setina, dictæ Eccleſiæ Tarracinenſi factam, ac de præſenti etiam exiſtere, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium declaramus; ac quatenus dicta Eccleſia Setina nunquam cathedralis extiterit, vel poſt dictam unionem cathedralis eſſe deſierit, eandem in Eccleſiam cathedralem de novo erigimus, & Eccleſiæ Tarracinenſi, æque principaliter perpetuo unimus, itaut in poſterum eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ Setiæ concathedralis cum Eccleſia Tarracinenſi ſit, & eſſe debeat, & Epiſcopus pro tempore exiſtens, Epiſcopus Tarracinenſis, & Setinus eſſe, & nominari debeat, quoque in actibus conſiſtorialibus, & in literis Apoſtolicis ſuper

per promotione novi Epiſcopi ad prædictas Eccleſias Tarracinenſem, & Setinam, ſic, ut præfertur, æque principaliter unitas, ſemper fieri debeat mentio prædictæ Eccleſiæ Setinæ, uti concathedralis ejuſdem Eccleſiæ Tarracinenſis, conditione tamen adjecta, quod eveniente vacatione ſedis Epiſcopalis, Capitulum Eccleſiæ Tarracinenſis, uti antiquius, juxtà hactenùs obſervatam conſuetudinem, inconſulto, & minimè audito Capitulo Eccleſiæ Setinæ, ad electionem Vicarii Capitularis procedere valeat, qui poſtquam à dicto Capitulo Tarracinenſi, ſic, ut præfertur, canonicè electus, & deputatus fuerit, ſuam juriſdictionem etiam in Eccleſia Setina exercere valeat. Ad hæc, ut Capitula prædictarum Eccleſiarum concathedralium Tarracinenſis, & Setinæ in prædictis Eccleſiis horas canonicas canere, ac Eccleſiaſticas functiones majori cum honorificentia, & decore, divinique cultus ſplendore exercere valeant, modernis, & pro tempore exiſtentibus Dignitatibus, & Canonicis prædictarum Eccleſiarum Tarracinenſis, & Setinæ, Mozzettam violacei coloris ſupra Rocchettum, tam in eorum Eccleſia, quam in Capitulo, vel extra, ac in Proceſſionibus funeralibus, & aliis quibuſcumque functionibus, & actibus Capitularibus publicis, & privatis. quibuſcumque anni temporibus, & diebus, etiam in præſentia quorumcumque Archiepiſcoporum, vel Epiſcoporum, & Sedis Apoſtolicæ Nunciorum, necnon prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam de latere Legatorum, & aliorum quoruncumque, quavis auctoritate, & poteſtate fungentium, ac honore, & præeminentia fulgentium, deferre liberè, & licitè poſſint, & valeant, ac ſuper geſtatione Mozzettæ, & Rocchetti hujuſmodi, à quoquam, qua-

quavis auctoritate, directè, vel indirectè impediri, moleſtari, inquietari, vel perturbari nullatenus poſſe, neque debere, perpetuò concedimus, & indulgemus. Decernentes inſuper eaſdem præſentes ſemper, & perpetuò validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, & juridica, etiam ex eo quod Capitulum, & Canonici dictæ Eccleſiæ Tarracinenſis, ſeu quicumque alii cujuſcumque dignitatis, gradus, conditionis, & præeminentiæ ſint, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel occaſione, jus, vel intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes, illis non conſenſerint, aut ad id vocati, & auditi, & cauſæ, propter quas eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut jus, vel intereſſe habentium, conſenſus, aut quolibet alio, quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem, ac expreſſionem requirente, defectu, ſive etiam ex eo, quod in præmiſſis, eorumque aliquo ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque, alio capite à jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua, reſultante, ſeu etiam enormis, enormiſſimæ, totaliſque læſionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa, etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validi-

ditatis præmiſſorum, neceſſariò exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperiùs expreſſis nullibi appareret, ſeu aliàs probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſo, vel impetrato, aut emanato, uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes, ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter ex quibuslibet cauſis, & ſub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis, etiamſi in eis de eiſdem præſentibus, earumque toto tenore, ac data, ſpecialis mentio fiat, pro tempore factis, & conceſſis, ac faciendis, & concedendis comprehendi, ſed tamquam ad majus bonum tendentes, ſemper, & omninò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo, antea quomodolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam ſub quacumque poſteriori data, quandocumque eligenda, conceſſas eſſe, & fore, ſicque, & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſto-

lici

lici Auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alios quoſcumque, quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de jure quæſito non tollendo, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, univerſalibuſque Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac prædictarum Eccleſiarum Tarracinenſis, & Setinæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis, ſtatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac locis quibuſcumque, etiam ſpecificâ, & expreſſâ, ac individuâ mentione dignis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, ac Conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmiſſorum conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in

eis caveatur expreſſe, quod illis, per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam motu ſimili pro tempore conceſſas, quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes, derogari non poſſit, neque cenſeatur eis derogatum: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quæcumque alia exquiſita forma, adhuc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores formas, & cauſas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertis, expreſſis, & ſpecificatis habentes, illis aliis in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum validiſſimum effectum hac vice dumtaxat, latiſſimè, & pleniſſime, ac ſufficientèr, nec non ſpecialiter, & expreſsè, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam extinctionis, avocationis, declarationis, ſilentii impoſitionis, erectionis, unionis, conceſſionis, indulti, decreti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Laterani anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, tertio Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno primo.

SAN-

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIII.

CONSTITUTIO

Qua Eccleſia Setina, & Privernenſis de novo in cathedrales eriguntur, ac Eccleſiæ Terracinenſi æquè principaliter uniuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcroſancta Romana Eccleſia, quæ ſuper univerſas orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione Primatum, circa ſtatum Eccleſiarum omnium, præſertim in cathedrales erectarum, vel erigendarum, velut pia mater de filiarum neceſſitate ſollicita, excogitat vigilanter, & providenter intendit, ut quandoque etiam per novæ erectionis, & unionis miniſterium, accommode, prout locorum, & temporum qualitas exigit, & earumdem utilitas perſuadet, Eccleſiarum ipſarum ſtatui ſtudeat efficaciter providere. Cum itaque Nos aliàs, videlicet ſub datum Laterani anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, tertio Kalendas Maji, Pontificatus noſtri anno primo, certis, tunc Nobis notis, rationabilibus cauſis adducti, Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis civitatis Setinæ, quæ ob ejus antiquitatem, & plurium familiarum,

& literis, & ſanguinis nobilitate pollentium ſplendorem, inter cæteras illarum partium civitates conſpicua non immerito exiſtit, in cathedralem Eccleſiam Apoſtolica auctoritate erexerimus, eamque Eccleſiæ Tarracinenſi æque principaliter perpetuò univerimus, itaut in poſterum eadem Eccleſia Sanctæ Mariæ civitatis Setinæ concathedralis cum præfata Eccleſia Tarracinenſi eſſet, & eſſe deberet, & Epiſcopus pro tempore exiſtens, Epiſcopus Tarracinenſis, & Setinus eſſe, & nominari deberet. Et deinde ſub datum videlicet apud Sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto, quarto Idus Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo, Eccleſiam ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis civitatis Privernenſis, quæ civitas ob ejus originis antiquitatem, & ædificiorum amplitudinem, ac incolarum numerum, aliaſque prærogativas, inter principales illius Provinciæ civitates numeratur, etiam certis, tunc Nobis ſimiliter notis cauſis, adducti, eadem Apoſtolica auctoritate, etiam in Cathedralem Eccleſiam ereximus, dictæque Eccleſiæ Tarracinenſi una cum dicta Eccleſia Setina æquè principaliter etiam univerimus, itaut in poſterum Eccleſis Tarracinenſis, Setina, & Privernenſis, tres Cathedrales inſimul unitæ eſſent, & eſſe deberent, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, prout in diverſis noſtris literis deſuper reſpective expeditis, latius, & uberius continetur. Nos quorum humilitatem Altiſſimus per ineffabilem ſuæ Divinæ Bonitatis abundantiam ad Apoſtolicæ Dignitatis faſtigium evehere, & ſublimare, ac ad ejus vices gerendas in terris, qui glorioſus regnat

in

in cœlis, eligere dignatus eſt, quique pacem & tranquillitatem animorum, ut inter eoſdem, pax, & fraterna vigeat unio, prout Paſtoralis Officii noſtri ſollicitudo requirit, paternis, & ſinceris deſideramus affectibus, præfatas Eccleſias Setinam & Privernenſem à Nobis, ut præfertur, unitas, licet eæ fuerint per Nos aliàs ad cathedralitatem reintegratæ, ac etiam de novo erectæ in cathedrales, nihilominus ad majorem cautelam, etiamſi cauſæ in motibus propriis noſtris expreſſæ non ſubſiſterent, vel eædem Eccleſiæ, vel earum aliqua nunquam cathedralis, aut cathedrales extitiſſent, vel eſſe tales deſiiſſent, ne unquam de voluntatis, vel intentionis noſtræ claritate dubitari contingat, aut ex quovis inexcogitabili caſu, ratione, vel cauſa, erectio jamdudum per Nos, ut præfertur, facta poſſit minus valida reputari, iterum de novo, & ex integro penitus, quatenus opus ſit, motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientiâ, merâque deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de Venerabilium Fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio in cathedrales erigimus, ac Eccleſiæ Tarracinenſi præfatæ æquè, & principaliter perpetuò canonicè unimus cum conditionibus, & aliis in præfatis noſtris literis reſpective contentis, & expreſſis. Decernentes inſuper, eaſdem præſentes ſemper, & perpetuò validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus & ſingulis ad quos quomodolibet nunc ſpectat & pro tempore ſpectabit firmiter, & inviolabiliter obſervari debere, ac ullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet cauſa, quantumvis legitima, &

ju-

juridica, etiam ex eo quod Capitula, & Canonici præfatarum Eccleſiarum Tarracinenſis, Setinenſis, & Privernenſis, aut quicumque alii in præmiſſis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis cauſa, ratione, actione, vel occaſione jus, vel intereſſe habentes, aut habere prætendentes, illis non conſenſerint, nec ad id vocati, citati, & auditi fuerint, & cauſæ propter quas, eædem præſentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & juſtificatæ non fuerint, de ſubreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut jus, vel intereſſe habentium conſenſus, aut quolibet alio quantumvis magno, ſubſtantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac ſpecificam, & individuam mentionem ac expreſſionem requirente, defectu, ſive etiam ex eo quod in præmiſſis, eorumve aliquo, ſolemnitates, & quævis alia ſervanda, & adimplenda, ſervata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, ac jure, vel facto, aut ſtatuto, vel conſuetudine aliqua reſultante, ſeu etiam enormis, & enormiſſimæ, totaliſque læſionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel cauſa etiam in corpore juris clauſa, occaſione, aliave cauſa, etiam quantumvis juſta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmiſſorum, neceſſario exprimenda foret, aut quod de voluntate noſtra, & aliis ſuperius expreſſis, nullibi appareret, ſeu alias probari poſſet, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adverſus illas, reſtitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel juſtitiæ remedium impetrari, ſeu quomodolibet, etiam motu ſimili conceſſo,

aut

aut impetrato, vel emanato, uti, ſeu ſe juvare, in judicio, vel extra poſſe, neque ipſas præſentes, ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus; derogationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, & ſucceſſores Noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam Conſiſtorialiter, & quibuslibet cauſis, & ſub quibuſcumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis, etiamſi de eiſdem præſentibus, eorumque toto tenore, ac data, ſpecialis mentio fiat, pro tempore factis, & conceſſis, ac faciendis, & concedendis, niſi Capitulorum, & Canonicorum præfatarum Eccleſiarum Tarracinenſis, Setinenſis, & Privernenſis, aut quorumcumque aliarum perſonarum ad id intereſſe habentium, ſeu habere prætendentium, expreſſus acceſſerit aſſenſus, compcehendi, ſed tanquam ad majus divini cultus augumentum, perſonarumque Eccleſiaſticarum pacem, & tranquillitatem, uberioremque, etiam laicorum ſpecialem conſolationem, & utilitatem tendentes, ſemper & omnino ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum, ac eum, in quo antea, quomolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per pro tempore exiſtentes Capitula, & Canonicos Tarracinenſis, Setinæ, & Privernenſis Eccleſiarum præfatarum, quandocumque eligenda, conceſſas eſſe, & fore, ſicque & non alias per quoſcumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos,

tos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ac alias quomodolibet, quavis auctoritate, poteſtate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præeminentia fulgentes, ſublatâ eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque inſtantia judicari, & definiri debere, & ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum quoque, & inane decernimus. Non obſtantibus quatenus opus ſit, noſtris, & Cancellariæ Apoſtolicæ de jure quæſito non tollendo, & de unionibus ad partes committendis, vocatis, quorum intereſt, aliiſque in contrarium præmiſſorum quomodolibet editis, & edendis regulis, aliiſque quibusvis etiam in Synodalibus, Provincialibus, univerſalibuſque Conciliis editis, vel edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Eccleſiarum Tarracinenſis, Setinæ, & Privernenſis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, ſtylis, uſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque perſonis, & locis quibuſcumque, etiam ſpecifica, expreſſa, & individua mentione digna, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, ac etiam Conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium præmiſſorum, conceſſis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiamſi in eis ca-

vea-

vetur expreſse, quod illis, per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam motu pari pro tempore conceſſas, quaſcumque etiam derogatoriarum derogatorias in ſe continentes, derogari non poſſit, neque cenſeatur eis quomodolibet derogatum: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut quæcumque alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium & ſingulorum tenores, formas & cauſas, etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, præſentibus pro plene, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, inſertis, expreſſis, ac ſpecificatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium & ſingulorum validiſſimum effectum, hac vice dumtaxat latiſſime, pleniſſime, ac ſufficienter, necnon ſpecialiter, & expreſſe, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, harum ſerie derogamus, ac derogatum eſſe volumus, & etiam declaramus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ novæ erectionis, unionis, decreti, derogationis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto, quinto Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

e IN-

INDEX CAPITUM.

I. SCribendi ratio, & ordo. pag. 1
II. Setinæ urbis laus, & antiquitas. 2
III. Setiæ conditor Hercules creditur. 2
IV. Setia colonia Romana quater deducta, ejuſdem opera publica. Ex illius præſtantia antiqua Epiſcopalis ſedes elicitur. 3
V. Singulæ urbes Latii ſedibus Epiſcopalibus ornatæ. 6
VI. Epiſcopi Minturnenſes. 7
VII. Epiſcopi Formiani. 7
VIII. Epiſcopi Antiates. 8
IX. Epiſcopi Laurentini. 8
X. Epiſcopi Privernates. 8
XI. Epiſcopi Triumtabernarum. 10
XII. Epiſcopi incomperti in nonnullis Latii urbibus, jampridem everſis. 11
XIII. Epiſcopi Aquinates. 12
XIV. Fruſinonenſis cathedra. 12
XV. Epiſcopi Caſinenſes. 13
XVI. Atinenſis cathedra. 14
XVII. Gabienſes Epiſcopi. 15
XVIII. Epiſcopi Labicani. 16
XIX. Trebani in Latio Epiſcopi. 18
XX. Epiſcopi Subaugustani. 20
XXI. Epiſcopi Nomentani. 20
XXII. Epiſcopi Curenſes & Feronovani in Sabinis. 22
XXIII. Sedes Epiſcopalis Silvæ candidæ, ſeu SS. Rufinæ & Secundæ in Tuſcia ſuburbicaria. 24
XXIV. Num Lorii Epiſcopi fuerint. 25
XXV. Cærenſes Epiſcopi. 26
XXVI. Epiſcopi Centumcellenſes. 27
XXVII. Epiſcopi Graviſcarum. 30
XXVIII. Epiſcopi Tarquinienſes. 31
XXIX. Epiſcopi Tuſcanenſes. 31
XXX. Epiſcopi Bulcentini, quibus ſuccedunt Caſtrenſes. 36
XXXI. Valentanum ſedes Epiſcopalis. 37

XXXII. *Epiſcopi Volſinenſes.* 37
XXXIII. *Epiſcopi Caſtelli Felicitatis deteguntur, & civitati Caſtellanæ aſſignantur.* 37
XXXIV. *Epiſcopi Ferentini in Tuſcia.* 41
XXXV. *Epiſcopi Polymartienſes.* 43
XXXVI. *Epiſcopi Balneoregienſes.* 44
XXXVII. *De Epiſcopali ſede Suanenſi, & Urbevetana obiter agitur.* 45
XXXVIII. *Hortana cathedra.* 45
XXXIX. *Epiſcopi Faleritani.* 45
XL. *Epiſcopi Galleſienſes.* 47
XLI. *Cathedra Nepeſina, & Sutrina.* 48
XLII. *Epiſcopi Blerani.* 49
XLIII. *Epiſcopi Marturanenſes.* 51
XLIV. *Epiſcopi Foroclaudienſes.* 52
XLV. *Epiſcopi Aquævivenſes.* 53
XLVI. *Epiſcopi Fidenates.* 54
XLVII. *Cur Epiſcopi tam frequentes eſſent per totum chriſtianum orbem. Ea de re antiquæ ſanctiones. Sacramenta omnia ab Epiſcopis adminiſtrata.* 54
XLVIII. *Epiſcopi in caſtellis conſtituti.* 56
XLIX. *Setini Epiſcopi. Cur pauci eorum ad nos pervenerint.* 59
L. *Subſcriptiones plurium Epiſcoporum ex provinciis ſuburbicariis in Romanis Conciliis per x. ſæcula ſemel, bis, ſeu ter tantum obviæ. Cauſſa inquiritur.* 65
LI. *Epiſcoporum cathedræ ob injurias a Gothis, ac Langobardis clades deperditæ cum ipſis Præſulum nominibus.* 68
LII. *Epiſcoporum nomina in actis Conciliorum, aut omiſſa, aut deperdita.* 70
LIII. *Bella Langobardorum in Italia.* 71
LIV. *Saraceni Campaniam diripiunt.* 72
LV. *Subſcriptiones Epiſcoporum in actis Synodalibus ſæculi IX. X. & XI. mutilæ, ac prætermiſſæ.* 72
LVI. *Subſcriptiones Epiſcoporum detectæ magnam lucem Epiſcopalibus cathedris afferunt.* 73
LVII. *Setini Epiſcopi nonnulli in actis S. Lidani Ab. Monaſterii S. Cæciliæ in agro Setino.* 76
LVIII. *Vindiciæ actorum S. Lidani per Laurentium Alexan*

xandrum Zacagnium. 77
LIX. *Octavius Cajetanus emendatus de patria S. Lidani*. 78
LX. *Diluuntur objecta actis S. Lidani*. 79
LXI. *Codex Ecclesiæ Setinæ ex antiquiori exſcriptus*. 80
LXII. *Eminentiſſimus Baronius explicatus*. 81
LXIII. *Cultus Setinorum in Sanctum Lidanum, expreſſus in epigraphe æris campani, fuſi ineunte xiv. ſæculi. Lemma ſacrum in campanis explicatur*. 81
LXIV. *Perpetuus Setinorum cultus erga S. Lidanum Apoſtolica auctoritate comprobatus*. 86
LXV. *De S. Lidano in Fastis Eccleſiaſticis, ac monologiis memoria*. 87
LXVI. *Nomina trium Setinorum Antiſtitum in actis S. Lidani*. 88
LXVII. *Subſcriptiones Epiſcoporum prætermiſſæ in Synodis Gregorii VII. ac in nonnullis Urbani II.* 90
LXVIII. *Vix ullæ ſuperſunt Conciliorum ſubſcriptiones in Conciliis Paſchalis II.* 91
LXIX. *Ex confirmatione unionis Eccleſiæ Setinæ, illius Epiſcopatus aſſertus*. 92
LXX. *Epiſcopatus Setinus apud recentiores ſcriptores, & in ſepulcralibus monumentis*. 95
LXXI. *Conjunctio Eccleſiæ Setinæ Tarracinenſi ab Honorio III. confirmata. Per hanc conjunctionem cathedra jura non amiſit*. 96
LXXII. *Idem magiſtratus apud Setinos poſt unionem, qui ante eamdem fuerat*. 98
LXXIII. *Mos Apoſtolicæ Sedis uniendi invicem cathedrales Eccleſias*. 98
LXXIV. *Confirmatur præcipue exemplo Eccleſiarum Valvenſis & Sulmonenſis*. 101
LXXV. *Plura ſigna antiqui Epiſcopatus, quæ in Eccleſia Setina ſuperſunt*. 114
LXXVI. *Diluuntur oppoſitæ argumentationes*. 116
LXXVII. *Ceteræ difficultates ſolvuntur*. 119
LXXVIII. Eccleſiæ vox in diplomate Honorii perperam ad matricem Eccleſiam detorta. 121
LXXIX. *Sequitur ejuſdem argumenti refutatio*. 122
LXXX. *Expenditur argumentum ex inſcriptione diplomatis*

XIX

tis ab Honorio data uni Epiſcopo Terracinenſi *in conjunctione confirmanda*. 124
LXXXI. *Nam ſubjectio colligatur ex verbis conjunctionis*. 125
LXXXII. *Quæ verborum ratio ſervata fuerit in Eccleſiis cathedralibus alteri ſubjiciendis*. 126
LXXXIII. *Variæ aliquæ difficultates expenduntur*. 129
LXXXV. *Romanus Pontifex abſque ullius conſenſu Epiſcopatus erigere, dividere, & unire poteſt*. 134
LXXXV. *De unionum ſedium Epiſcopalium origine, ac antiquitate diſputatur*. 136
LXXXVI. *Exempla conjunctarum ſedium primis Eccleſiæ ſeculis*. 137
LXXXVII. *Nulla praſcripta lex fuit antiquitus, ut conjunctarum ſedium titulos Antiſtites uſurparent, ſed eorum arbitrio relictum*. 140
LXXXVIII. *Familiæ Setinæ nobiles recenſentur*. 145
LXXXIX. *Familia Brancaleonum*. 149
XC. *Familia Pagana*. 150
XCI. *Familia Cecharella*. 151
XCII. *Familia Annibalia*. 152
XCIII. *Familia Stromala*. 152
XCIV. *Familia Maxignana*. 153
XCV. *Familia Royaalda*. 153
XCVI. *Familia Cervelleria, Rubea, & Gillia*. 154
XCVII. *Familia Taccona*. 155
XCVIII. *Familia Normeſina*. 157
XCIX. *Familia Ciambaricona*. 158
C. *Familia Caſtanea*. 160
CI. *Familia de Novis*. 161
CII. *Nonnullæ Familiæ nobiles prætermittuntur*. 161
CIII. *Operis concluſio*. 162

APPENDIX

MONUMENTORUM.

I. *Acta S. Lidani Abbatis & Confeſſoris ex codice membraneo Eccleſiæ Setinæ. Accedunt ex eodem codice, epitome actorum SS. Petri, & Marcellini, hymni, & collectæ in honorem S. Lidani, Kalendarium Setinum, & cyclus Lunaris.* pag. 169

II. *Laurentii Alexandri Zocagnii Bibliothecæ Vaticanæ præfecti recenſio codicis membranei Eccleſiæ Setinæ.* 207

III. *Epiſtola Jo. Baptiſtæ de Miro, tunc Bibliothecæ Vaticanæ præfecti de codice Eccleſiæ Setinæ ad Eminentiſſimum Cardinalem Corradinum, tunc Clementis Papæ XI. Subdatarium.* 215

IV. *Justi Fontanini Archiepiſcopi Ancyrani recognitio codicis MS. Setini de Vita Sancti Lidani Abbatis.* 220

V. *Charta plenariæ ſecuritatis inter Cajetanos, & Bellam Romanum.* 222

VI. *Pactum inter Marinum Dominum montis & arcis Circejenſis, & Cajetanos.* 225

VII. *Diploma Innocentii III. quo Caſtrum Traverſæ Frangipani adjudicat.* 228

VIII. *Literæ Honorii III quibus Sanguineam de Aquapuzza, & ejus bona ſub B. Petri protectione ſuſcipit, ac alia bona ei confirmat.* 231

IX. *Conjunctio Eccleſiarum Terracinenſis, Privernatis, & Setinæ.* 232

X. *Honorius III. Henricum Frangipanum impuberem commendat.* 236

XI. *Honorius III. revocat Johannis Ceccano, ob ingrati animi crimen jus, quod in Setino civitate illi conceſſerat.* 237

XII. *Honorius III. Terracinenſibus ſignificat, Frangipanos inteſtinis diſcordiis inter ſe diſſidentes, pacem iniiſſe.* 238

XIII. *Honorius III. donationem quarumdam bonorum, per Robertum, & Deodatum Frangipanos factam Cano-*

Digitized by Google

niae S. Mariae Novae de Urbe confirmat. 239
XIV. *Gregorius IX. Setinis Rectorem Ponlum Judicem concedit.* 240
XV. *Clemens V. Saxoni Tacconi confirmat quoſdam domos a Magiſtro Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani eidem Saxoni conceſſas.* 241
XVI. *Clemens V. Eccleſiam S. Angeli de Fortunolo eidem Saxoni confirmat.* 244
XVII. *Clemens V. nonnullas Præbendas eidem Saxoni concedit.* 246
XVIII. *Clemens V. Andreæ Tacconi aliquas Præbendas ſimiliter confert.* 249
XIX. *Legatio data a Setinis Raynaldo Tacconi pro pace inter eos, & Comitem Fundorum, ac Iacobum de Ceccano ineunda.* 252
XX. *Stipulatio pacis initæ a Franciſco Taccone, nomine Univerſitatis Setinorum cum Nicolao Fundorum Comite, Domino Sermonetæ, & Baſſiani.* 254
XXI. *Stipulatio de juribus, quæ habebat Porphiria Normeſino in Caſtro Seureuli.* 255
XXII. *Sanctiones, & decreta edita a Petro Cartorio in Viſitatione Eccleſiæ Setinæ ſub Urbano Papa V.* 256
XXIII. *Acta abſolutionis a cenſuris, quibus inflicta fuerat civitas Setina, dum partes Clementis VII. Antipapæ ſecuta eſt.* 263
XXIV. *Bonifacius IX Caſtrum, & arcem Ciſternæ, & alia bona in Territorio Marcus Johanni Cechorello confirmat.* 280
XXV. *Ladiſlaus Rex Neapolitanus, Campaniæ, & Maritimæ detentor, privilegia, & immunitates Setinorum confirmat.* 282
XXVI. *Conjunctio Eccleſiarum Humanotenſis, & Ancontonæ per Martinum V.* 285
XXVII. *Inſtitutio Epiſcopatus Cornetani, & ejuſdem conjunctio cum Eccleſia Montisfoliſci per Eugenium IV.* 288
XXVIII. *Legatio, & procuratio data Antonio Frangipano, ob controverſiam Setinorum cum Franciſco Cajetano, & Populo Sermonetæ.* 292
XXIX. *Antonius Ridus Præfectus Caſtri S. Angeli de Urbe monet Jo. Petrum Normeſinum, & Antonium*
Ciam-

Cimbariconum, ne patiantur annonam à locis S. R. E. ſubjectis aſportari. 295
XXX. *Conjunctio Eccleſiarum Abellinatis, & Frequentinæ per Paulum II.* 296
XXXI. *Stipulatio inter privatos, in qua mentio ſit de æde Epiſcopali in civitate Setina prope Eccleſiam cathedralem.* 299
XXXII. *Statuta Setinæ civitatis ſub Leone X. reſtituta, ac ab eo approbata, præcipiunt, ut quotannis feſtum S. Lidani ſolemniter celebretur.* 300
XXXIII. *Innocentius X. Fratribus Minoritis de obſervantia in civitate Setina privilegium concedit, ne libri ex eorum Bibliotheca extrahantur.* 302
XXXIV. *Clemens IX. indulget Antonio Pontino Presbytero Setino, ut in Miſſæ ſacrificio ad Præfationem uſque, bireto utatur, ſi Epiſcopo Setinenſi videbitur.* 304

AD-

ADPROBATIO

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini

FRANCISCI BLANCHINI

Sanctiſſimi Domini Noſtri Prælati Domeſtici.

HAc in diſſertatione de Epiſcopis Sanctæ Eccleſiæ Setinæ, per quam Auctor, Eminentiſſimi Scriptoris veſtigia ſecutus, aliiſque operibus cum laude editis, jam pridem clarus, illuſtrat non modo ejuſdem ſedis Epiſcopos, verum etiam complurium aliarum Eccleſiarum, tùm intra, tùm extra Italiam, quum nihil repererim a Catholica fide, aut chriſtianis moribus alienum, imo complura ſeſe offerant Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſtudioſis perutilia, ad diſſipandam præſertim caliginem ætatum obſcurarum; idcirco luce publica donandam cenſeo ego infraſcriptus, a Reverendiſſimo Patre Selleri Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro, juſſus eandem attente perlegere, ſi ita ſi videbitur magiſtratibus, quibus editionis concedendæ facultas eſt. Dabam ex domeſtico muſeo ſub Quirinali, Idibus Julii MDCCXXVI.

Franciſcus Blanchinus SS. Domini Noſtri Papæ Prælatus Domeſticus.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici

N. Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Viceſgerens.

IMPRIMATUR

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter.

DE

DE CATHEDRA EPISCOPALI SETIÆ CIVITATIS IN LATIO

SETINAM cathedram, a Sanctiſſimo Pontifice BENEDICTO XIII ſolemni Conſtitutione priſcis honoribus, ſi quoquomodo iis unquam exuta fuiſſet, reſtitutam, pro viribus illuſtrare aggredior. Anno ſiquidem ſuperiore III. Kal. Majas Beatiſſimus Pontifex conjunctionem Eccleſiæ Setinæ cum Tarracinenſi, jampridem a prædeceſſoribus ſuis ſancitam, petente ipſo Epiſcopo Tarracinenſi, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmavit, ac ſartam tectam futuris temporibus eſſe juſſit. Inſuper ad lites omnes, controverſiaſque tollendas, etiamſi per antiquas conjunctiones ſedes Epiſcopalis Setina capite minuta fuiſſet, eam poſtliminio reverti voluit, in cathedralem Eccleſiam rurſus erexit, ac Tarracinenſi ſociavit, ea *unionis* neceſſitudine, quam recentioris ætatis Canoniſtæ *æquè principalem* appellant. Itaque mearum partium eſſe duxi, uberi diſceptatione perſequi, ac digito veluti monſtrare ſingula, quæ in hac ipſa Conſtitutione continentur. Ut autem id ordine aliquo perficiam, rem totam in quatuor

I. Scribendi ratio, & ordo.

 par-

partes diſtribuam. Prima erit de antiquo urbis Setinæ ſplendore, itidemque de priſco ejus Epiſcopatu. Deinde obtinebit unio, adjectioque hujus Eccleſiæ Tarracinenſi ab Honorio III. confirmata. Diluemus in tertia contrarias Tarracinenſium argumentationes. Poſtremo vero nobiles, potenteſque familias Setinas perluſtrabimus. Ita profecto fiet, ut perſpicua explorataque eſſe narrata, luce clarius pateat; quæque Sanctiſſimus Pater edixit, Lector facili negotio agnoſcat.

II. Setinæ urbis laus, & antiquitas.

Primum omnium igitur ſatis conſtat, Setiam nobilem in Latio urbem, coloniamque, Romana Republica florente, cùm in primis celebrem fuiſſe, tum multa de eadem a priſcis ſcriptoribus, tam Græcis, quam Latinis poſteritati commendata. Quæcunque vero ii de colonia Setina literis tradiderunt, vel ex vetuſtis ruderibus, ipſius amplitudinem præferentibus, nunc etiam ſuperſunt, non modo diligenter collegit, verum etiam eruditis lucubrationibus exornavit Petrus Marcellinus Corradinus S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, qui patriam Setinam urbem ſortitus eſt, in libro ſecundo veteris Latii profani A. D. 1705. in lucem editi. Hunc ego tam præclarum ducem, a me paſſim honoris cauſſa tota hac diſceptatione nominandum, ſequar, breviterque perſtringam, quæ de patria urbe purpuratus vir luculenter diſſeruit.

III. Setiæ conditor Hercules creditus.

Itaque originem Setinæ urbis incertam & ambiguam, quemadmodum præſtantium civitatum quoque initia ſunt, veteres ſcriptores nobis fecere. Setini tamen ex cultu Herculis, ut antiquus lapis apud eos teſtatur, cum hac epigraphe HERCVLI FVNDAT COLONIAE, conditorem ſuum Herculem ipſum putant.

Se-

IV.
Setia colonia Romana quater deducta, ejuſdem opera publica. Exiſtit praeſtantia antiqua Epiſcopalis ſedes eſt.

Setia igitur, ſeu ab Hercule, aut ab Arcadibus, ſive Herculis ſociis condita, in Volſcorum agro ſita fuit, poſtea ab Albanis regibus multo ante Romæ exordium colonia traducta, quamobrem Latinorum priſcorum oppidis a Latinis ſcriptoribus accenſetur. Illud autem compertum eſt, ſub Romanæ Reipublicæ incrementis coloniam conſtitutam. Scribit enim Velleius, (a) poſt ſeptem annos, quam Galli urbem cœperunt, Sutrium deductam coloniam, & poſt annum Setinam. Hic tamen Velleii locus eruditos viros in ſententias varias adegit, quas vide apud Eminentiſſimum auctorem veteris Latii profani. Onuphrius Panvinius in libris de Imperio Romano A.V.372. coloniæ jure donatam opinatur; alii vero anno 371. quos inter Stephanus Vinandus Pighius bis deductam cenſet; primum A. V. 371. ut ex Livio conjicit, qui narrat a Tribunis militum hoc anno quinqueviros agro Pomptino dividendo, & triumviros Nepete coloniæ deducendæ creatos; mox A.V.375. quum idem Hiſtoriæ Romanæ princeps alibi diſerte prodat: *Eodem anno* (hoc eſt Manliis tribunis militum ex patribus, nempe Urbis 375.) *Setiam, ipſis querentibus penuriam hominum, novi coloni adſcripti*. Nihil apertius his Livii verbis, quibus deſignatur, Setinam coloniam renovatam. Quanquam ea vexare non deſtitit Carolus Sigonius, propterea quòd omiſſum a Livio *coloniæ* nomen eo loci animadverteret. Pighii tamen de duabus deductionibus ſententia certior eſt, in quam contra Sigonium pedibus manibuſque iit Johannes Freinshemius in notis ad hunc Livii locum. Certe quidem ipſemet Livius refert, a Privernatibus A.V.410. *Norbam atque Setiam finitimas colonias Romanas*, incurſione ſubita depopultas fuiſſe. Sæpius dein Livius de Setia Romanorum colonia mentio-

Corradinus Lat. vet. Lib. I. Cap. II.
Lib. I. Cap. I.
(a) Lib. I. c. XIV.
Lib. I. cap. I.
pag. 56. edit. Pariſ. A. 1588.
Annal. Rom. lib. III. to. I. pag. 240.
Lib. VI. Cap. XXI.
Lib. VI. Cap. XXX.
In Scholiis ad hunc Livii locum.
Lib. VII. Cap. XLII.

Lib. VIII. Cap. XII. nem ingerit. Etenim A. V. 412. recenſet Prætores Latinorum L. Annium Setinum, & Lucium Numicium Circejenſem, *ambos ex coloniis Romanis*: mox Annii Ibid. cap. IV. & V. conciones in Latinorum concilio, & Romæ in capitolio habitas memorat, ut Conſulem a Latinis populis, & Senatus partem, Romani ex iisdem acciperent, ac irâ numinum, dum ſe a templi veſtibulo proriperet, alliſo capite ad ſaxum, ſopitum, proinde traditum a quibuſdam, L. Annium ex vulnere interiiſſe. Setina colonia item apud Livium adnumeratur Lib. XXVII. Cap. IX. A. V. 543. inter triginta populi Romani colonias, ac fuit una ex duodecim, quæ milites, & ſtipendia negaverunt, quæ tamen A. V. 548 præſtare juſſæ ſunt. Lib. XXIX. Cap. XV. Obiter quoque Setiam recenſet, dum narrat A. V. 542. Lib. XXVI. Cap. VIII. Q. Fulvium Proconſulem admonitum, Annibalem Latinâ viâ iturum, per Appiæ municipia, quæque propter eam viam ſunt, Setiam, Coram, Lanuvium præmiſiſſe, ut commeatus paratos in urbibus haberent, & præſidia contraherent, ut ſua cuique reſpublica in manu eſſet. Nec quemquam moveat, inquit Lib. II. cap. II. ſæpe a nobis laudandus veteris Latii ſcriptor, quod Livius hoc loci *municipium* Setiam appellet; nam frequenter *municipii* voce, pro *coloniæ*, Latini uti ſolent. Frontinus demum in libello de coloniis, Setiam in coloniarum Romanarum album refert: *Setia*, inquit, *muro ducta colonia* III. *Viri munierunt*, nonnullæ editiones præferunt (*Triumvirali lege eſt munita*) *Iter populo debetur pedibus* XXXV. *Ager ejus in ſoluta ex occupatione a militibus tenetur*. Ex his quæ Fron- Ibidem. tinus ſcripſit, colligit Eminentiſſimus Corradinus, Setiam circa A. V. 711 a Triumviris Lepido, M. Antonio, & Octavio rurſus coloniam conſtitutam, ejuſque agrum militibus aſſignatum. Sulla paullo antequam Marium clariſſimi Marii fratris filium profli-

ga-

garet, Setiâ occupata A. V.671. eam quoque coloniam duxiſſe fertur, militibus nulla agri parte deſtinata; quapropter veriſimile eſt a Triumviris Reipublicæ conſtituendæ iterum etiam coloniis adſcriptam, & militibus agros diſtributos. Hinc fit, ut quater colonia deducta fuerit, nempe A. V.371. rurſus A. V.375. tertio a Sulla, quarto vero a Triumviris. Ipſi quoque vetuſti lapides hujus coloniæ memoriam nobis exhibent. Eos habes apud Jacobum Sponium in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis, & apud Fabrettum, quos denuo una cum aliquot præſtantium Setinorum ſepulcralibus monumentis vulgavit Eminentiſſimus Corradinus in diſſertatione de civitate, & Eccleſia Setina. Mittimus interea Strabonis, Juvenalis, Silii Italici, Plinii, Martialis, & aliorum veterum teſtimonia vinum *Setinum* celebrantia., quippe quia dignitatem urbis, non uberis ſoli fertilitatem inquirimus. Prætereundus tamen non eſt Ptolemæus, qui in mediterraneis Latinorum urbibus Setiam collocat. Audiendus & Stephani Byzantini epitomator, qui circa Juſtiniani ævum floruit: is enim inter Italiæ urbes Setiam enumerat. Viâ etiam publicâ per Lucum Ferentinæ ſub Albano monte, dein ſupra ſpeculum Dianæ deducta ad Appiam uſque, ubi cum Appia cohærebat, Setiam iter patuit, quæ *Setina* dicta eſt, atque una cum aliis Romanorum viis recenſetur a P. Victore, & ab Anonymo, qui ſub Honorio, aut Valentiniano III. vixit in deſcriptione Urbis Romæ, quæ poſt notitiam utriuſque Imperii proſtat. Quis demum Setinæ urbis hujus præſtantiam non perſpiciat ex monumentorum adhuc exſtantibus reliquiis, nimirum ex ruderibus templi Herculis, Saturni profugi, Apollinis, Martis, ex curia, & ærario, amphitheatro, & foro, ex quorum ru-

Apparatus de bellis civil. lib. I. pag. 403.

Setin. pag. 169.

Inſcript. antiq. pag. 90.

Cap. I.

Lib. III. cap. I. pag. 66.

Lat. vet. lib. II. Cap. I. pag. 51. Nicolaus Bergerius de publicis & militaribus Imperii Romani viis lib. III. ſect. xxv.

Vide Latii veteris lib. II. Cap. III. C. IV. C. V. C. VI. & C. VII.

ruinis prægrandia Setinorum molimina in delubris Deûm, ac operibus publicis licet admirari? Hæc ſummatim a nobis complexa ſunt, ut intelligeremus, hanc urbem, non modo æque ac ceteras totius Latii dignitate excelluiſſe, verum etiam cum aliis Italiæ claris urbibus, & de honoribus, & de operum publicorum magnificentia poſſe contendere; ex quibus etiam plane cognoſces, aliis itidem Latii utriuſque & Etruriæ ſuburbicariæ civitatibus non invidere, quòd eæ ad Epiſcopalium ſedium dignitatem primis Eccleſiæ ſæculis ſint evectæ. Id autem eò facilius, erudite lector, in animum induces, ſi animadverteris a Romanis Pontificibus, non modo in Latio & Campania, verum etiam in Tuſcia ſuburbicaria, Epiſcopos paſſim in vilioribus etiam oppidulis conſtitutos, quòd eorum operâ, atque conſilio in Romanis, quæ ſæpe celebrabant Conciliis ad fidei, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ res ſtabiliendas, uterentur. Quamobrem haud abs re me facturum puto, ſi enumeravero ſingulas Epiſcopales ſedes, quæ priſcis temporibus inter Lirim ac Anienem, nempe in Latio, quod poſterioribus temporibus Campaniæ nomen obtinuit; exinde, quæ in Sabinis Urbi proximioribus; poſtremo, quæ inter hos Tuſciæ fines, nimirum dextrum Tiberis latus ad Arminiam fluvium ſecus mare Etruſcum, & ad Palliam itidem flumen ſeptemtrionem verſus clauduntur.

V. Singulæ urbes Latii ſedibus Epiſcopalibus ornatæ.

Ordiamur igitur ab extremis novi Latii finibus, videlicet ab urbibus, quæ in ora maritima fuere. Celebratæ ſunt autem Minturnæ ad Liris oram, dein Formiæ, Fundi, Tarracina, Antium, Laurentum, & Oſtia, quarum ſingulæ antiquiſſimis temporibus peculiares Epiſcopos ſunt aſſecutæ. Conſulto autem a nobis prætermittentur eæ ſedes, quæ ſuos adhuc

Epi-

Epiſcopos retinent, ac de iis tractationem inſtituemus, quæ Epiſcopis deſtitutæ, aut aliis vicinioribus cathedris aggregatæ fuerunt, ſeu ob urbium excidium una cum Epiſcopalibus infulis interiere.

Primo vero loco a Minturnis, in extremo Latio prope maritimam oram incohandum ducimus. VI. Epiſcopi Minturnenſes.
Habes in Concilio Romano I. Symmachi Papæ A. D. 499. poſt ipſam Symmachi ſubſcriptionem *Caium Ruſticum Minturnenſem* Epiſcopum. *Concil. to. iv. pag. 1314.* Hanc Eccleſiam ſolo a barbaris æquatam S. Gregorius Romanus Pontifex cognomento Magnus, Formienſi univit, *Lib. 2. epiſt. 2. ind. 10.* atque aggregavit A. D. 591. Quanquam vero S. Gregorius jus poteſtatemque Eccleſiæ Minturnenſis in Epiſcopum Formienſem tranſmigrare juſſerit, Minturnæ tamen ad priſtinam dignitatem rediere, quum *Talarus Minturnenſis* Synodo Leonis IV. A. D. 853. ſubſcripſerit. *Concil. to. viii. pag. 113.* Vulgo nunc Minturnæ dicuntur *la ſcafa del Garigliano*.

Formiani autem Epiſcopi (nunc loco *il molo di Gaeta* nomen eſt) hi perhibentur, nimirum *Marcianus*, qui profectus eſt ad Romanum Concilium Felicis III. A. D. 487. VII. Epiſcopi Formiani. *Adeodatus* ſubſcripſit primæ Synodo Symmachi Papæ A. D. 499. *Ibid. pag. 1314.* *Bacauda* vero Formienſi. S. Gregorius, ut modo innuimus, Eccleſiæ Minturnenſis everſæ jura addixit A. D. 591. *Albinus* Formienſis Epiſcopus a B. Gregorio pariter memoratur. *Lib. vi. epiſt. 22. ind. 15.* *Bonitus* Formianus Synodicæ Martini I. A. D. 649. ſubſcripſit. *Concil. to. vi. pag. 362.* *Adeodatus* alter Formianæ Eccleſiæ Antiſtes ſuffragium tulit in Synodo Romana ſub Agathone A. D. 680. *Concil. to. vi. pag. 692.* Vertente autem medio Chriſti ſæculo IX. Formienſia cathedra, Formiis a Saracenis excisis, Cajetam tranſlata eſt, atque adeo unius Cajetani Epiſcopi nuncupatione innoteſcit.

An-

VIII. Episcopi Antiates.

Concil. to. iv. pag. 1060. Ibid. pag. 1149. Ibid. pag. 1315. 1327. 1358. 1368. 1376.

Antiates Epiſcopi, qui ad nos pervenere, ſunt *Gaudentius* in Concilio Romano ſub Hilaro A.D. 465. *Felix* in Synodo Romana Felicis III. A.D. 487. & *Vindemius* in Conciliis Symmachi Papæ ſub annis Chriſti 499. 501. 502. 503. 504.

IX. Episcopi Laurentini.

Concil. tomo XI. edit. Pariſ. an. 1715. pag. 762.

§. XIII. ex edit. Jo. Vignolii anno 1724.

Deſiderari videbatur in veteribus Conciliorum monumentis Laurentinus Antiſtes, ſed ſi fides eſt codicibus a Johanne Harduino conſultis, *Petrus Laurenſis*, alias *Lorenſis* A.D. 487. Concilio Romano Felicis III. interfuit. Hanc lectionem confirmare videtur vulgatus Anaſtaſius in S. Silveſtro, ubi memorat poſſeſſiones a Conſtantino M. Eccleſiæ Romanæ donatas in territorio civitatis Laurentum. Nonnulli codices habent *Lorentum*, quocirca in eam conjecturam ducimur, ut barbaris temporibus civitas Laurentum, *Lorenſis*, & *Lorentum* diceretur, atque adeo Petrus Epiſcopus Laurento in Latio adſcribendus mihi quoque videtur.

X. Episcopi Privernates.

Ital. antiq. lib. III. cap. VIII. pag. 1022.

Ital. Sacr. to. I. pag. 1196.

Si vero maritimis Latii urbibus relictis, in mediterraneas oculos convertamus, occurret primum Privernum ſecus Amaſenum fluvium. Crambem coctam recoquerem, ſi de vetuſtate, atque gloria Privernatium verba contexerem. Adi, ſi lubet, Cluverium, & Theodorum a Valle in patria hiſtoria Privernate. Epiſcopalibus infulis antiquitus ornata fuit Privernatium civitas, ſed injuria temporum plures ejuſdem urbis Epiſcopi evanuere. Ughellus nonnullos eorum exſpiſcatus eſt, nimirum *Eleutherium*, qui adfuit Concilio Romano ſub Eugenio II. A.D. 826. cujus Synodi ſubſcriptiones Baronius edidit ad hunc annum, *Majum*, qui convenit ad Concilium Romanum Leonis IV. A.D. 853. itidem ex Baronio hoc anno. *Martinus* vero, quem Ughellus ante annum Chriſti milleſimum vixiſſe opinatur, propterea quod ejus

ejus nomen offenderit in vetuſtiſſimo Paſtorali S. Gregorii Papæ, in tabulario Baſilicæ Liberianæ aſſervato, ubi adnotatur: *Martinus gratia Dei Epiſc. Sanctæ Pipernatis Eccleſiæ librum paſtorale fieri conſtitui*, Privernatem Eccleſiam regebat ſub Nicolao I. Romano Pontifice, nam ſubſcripſit Concilio Romano ab eodem Pontifice Nicolao habito indictione x. die octavo decimo menſis Novembris, anno IV. Pontificatus, quæ notæ conveniunt A.D. 861. indictione x. menſe Septembri inchoata. Hujus Concilii acta ex tabulario Eccleſiæ cathedralis Mutinenſis edidit inſignis vir Benedictus Bacchinius in appendice ad Agnelli Ravennatis Pontificale. Ibidem ergo inter Epiſcoporum ſubſcriptiones viſitur *Martinus Priverinus*, qui alius non eſt a *Martino* Privernate; omnes enim ferme, quæ in eo Concilio habentur ſubſcriptiones longe deflectunt a propria urbis cujuſcumque nomenclatura, ob corruptum medio ævo ſcribendi morem. *Benedictus* quoque interfuit Concilio Romano ſub Johanne XV. & ſubſcripſit diplomati canonizationis S. Udalrici in eodem Concilio ſancitæ A.D. 993. poſt Johannem Anagninum, in hæc verba: *Benedictus Epiſcopus Sanctæ Pipernienſis Eccleſiæ conſenſi*. Alium Privernatem Epiſcopum ſe erutiſſe ſcribit Ughellus ex ſubſcriptionibus diplomatis Benedicti Papæ VIII. pro Willelmo Abbate Fructuarienſi A.D. 1015. ubi *Petrus Pipernenſis* conſpicitur. Refert autem Petrus de Marca *Petrum Pipernenſem* miſſum fuiſſe in Galliam ad conſecrandum Monaſterium Belli-loci. Habes ea de re apud Sammarthanos in Gallia Chriſtiana literas Sergii IV. Pontificatus anno tertio indictione x. ſcilicet A.D. 1012. conſcriptas, quibus Monaſterium Belli-loci ſub Apoſtolicæ Sedis patrocinium ſuſcipit, & ejus

Ital. Sac. to. I. pag. 1067.

pag. 82.

Mabillon. Secul. v. Bened. pag. 471.

Ital. pag. 1067.

Concord. Imper. & Sacerd. lib. xv cap. VIII.

to. I. pag. 756. prima edit.

vice ad Eccleſiam illius Monaſterii conſecrandam, mittendum cenſet. Petrus Privernas Epiſcopus in Apoſtolicis Sergii literis paſſim nominatur Petrus Epiſcopus *Vipernenſis Eccleſiæ*. Adeo ævo illo corrupte efferebantur urbium nomina! Vivebat adhuc Petrus A. D. 1017. quo ſubſcripſit diplomati Benedicti IX. pro Eccleſia Sancti Salvatoris Biſuldunenſis, & pro inſtitutione Epiſcopatus Biſuldunenſis, apud Marcam in appendice Marcæ Hiſpanicæ. Interfuit etiam A.D. 1026. Concilio Romano a Johanne XIX. celebrato, ubi diplomati in cauſa Patriarchæ Gradenſis ſubſcripſit, ut patet ex ipſo diplomate, in nova editione Italiæ Sacræ vulgato. His addendus *Johannes Pipernenſis Epiſcopus*, qui A.D. 1037. adfuit ſtipulationi initæ in Concilio Romano inter Andream Epiſcopum Peruſinum, & Bonizonem Abbatem Monaſterii S. Petri de Peruſio. Hæc aliquanto fuſius ſunt diſputata, ut Epiſcopatus Privernas ſtabilius firmaretur, quoniam hujus ſedis Epiſcopos patronis Tarracinenſium in controverſiam vocare alias placuit.

Gallia Chriſt. to. 1. pag. 757.

pag. 1026. & 1020.

to. v. pag. 113.

XI. Epiſcop. Trium-tabernarum.

Interim non longe a Priverno remotas Tres tabernas petamus. Ecquis neſcit hunc locum nulla alia re nobilem haberi, quam quòd uſque ad eum, Paulo Apoſtolo Romam adventanti Chriſtifideles occurrerint? Ceterum conſtare ſcribit Cluverius, tres iſtas tabernas in viis publicis, nil aliud fuiſſe, quam tres cauponas, ſeu tria diverſoria publica. Mireris autem, ſi primis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopum ibidem conſtitutum audies. Utique Concilio Romano Melchiadis A. D. 313. apud Optatum interfuit *Felix a Tribus tabernis*: *Lucifer* Concilio Romano ſub Hilaro A.D. 465. *Decius* Concilio Felicis III. A.D 487. & in I. Synodo Symmachi A.D. 499. Hoſtium furorem

Act. xxviii 15.

Ital. antiq. lib. III. cap. VIII. pag. 1034.

Lib. I. cap. XXIII. Concil. to. IV. pag. 1060.

Ibid. pag. 1149.

Ibid. pag. 1315.

rem perpeſſa eſt Trium tabernenſis Eccleſia, quam Veliternenſi coniunxit S. Gregorius A. D. 592. Sed iterum caput extulit, & ſuos Epiſcopos eſt aſſecuta; nam *Petrus*, ſeu *Paruus* a Tribus tabernis ſubſcripſit diplomati Pauli I. pro Monaſterio S. Silveſtri A. D. 761. *Leonius*, ſeu *Leontius* in Concilio Romano ſub Eugenio II. A. D. 826. *Anaſtaſius* in Concilio Romano Leonis IV. A. D. 853. *Johannes* itidem in Concilio Romano A. D. 869. ſuffragium dedere. Exinde hunc Epiſcopatum una cum ipſa urbe, Saracenis per hæc tempora Latium vaſtantibus, interiiſſe credimus. De Sueſſa Pometia, Volſcorum olim urbe principe nil moramur, quippe quæ ſæpe cladibus attrita, vix poſt bella civilia ſupereſſet, quamvis incertum ſit, quo tempore, ut erudite notavit Eminentiſſimus veteris Latii auctor.

Lib. II. ind. x. epiſt. xxxv.

Concil. tom. VI. pag. 1693.
Ibid. to. VIII. pag. 101
Ibid. pag. 123.
Ibid. pag. 1091.

Lib. II cap. IX & X.

XII. Epiſcopi incomperti in nonnullis Latii urbibus, jampridem eversis.

Hactenus quoque exploratum non eſt, quos primum Epiſcopos habuerint Appii Forum, Ardea, Lanuvium, Bovillæ, Aricia, Cora, & Norba, quòd eæ etiam bellis Romanorum ſæpe concuſſæ fuerint. Harum nonnullas bello civili Cæſarem inter, ac Pompejum concidiſſe, cecinit Lucanus Lib. VII. verſ. 391.... *tunc omne Latinum*

Fabula nomen erit: Gabios, Vejoſque, Coramque
Pulvere vix tectæ poterant, monſtrare ruinæ,
Albanoſque lares, Laurentinoſque penates
Rus novum, quod non habitet, niſi nocte coacta
Invitus, queſtuſque Numam juſſiſſe, Senator.
Non ætas hæc carpſit edax, monimentaque rerum
Patria deſtituit: crimen civile videmus,
Tot vacuas urbes.

Hæc Lucanus de urbibus Latinis ſolo ferè æquatis ob civile bellum, cui concinit, quod antea Cicero Marco Laterenſi obiecerat in oratione pro Cn: Plan-

cio: *Niſi forte*, inquit, *te Lavicana, aut Bovillana, aut Gabina vicinitas adiuvabat, quibus è municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant inveniuntur*. Vides harum urbium miſeram his temporibus conditionem! Aliquæ tamen caput extulerunt, donec Gotthis, & Langobardis Italiam diripientibus, ad occaſum venere.

XIII.
Epiſcopi Aquinates.

Nunc ad aliam Latii partem, quæ Samnium, & Marſos reſpicit, pedem referimus. Aquinum prima nobis eſt, de cujus Epiſcopis, priſcis Eccleſiæ ſæculis, nulla eſt dubitatio, quum *Conſtantinus* Aquinas ad Concilium Romanum ſub Hilaro A. D 465. acceſſerit. *Conſtantius* alter Aquinas eam Eccleſiam rexit Johanne I. Romano Pontifice. Succeſſit *Jovinus* in eadem civitate ſullo: *quo adhuc ſuperſtite*, inquit S. Gregorius, *ita cuncti habitatores civitatis illius, & barbarorum gladiis, & peſtilentiæ immanitate vaſtati ſunt, ut poſt mortem illius, nec quis Epiſcopus fieret inveniri potuiſſet*. Propterea mancus eſt horum Epiſcoporum catalogus uſque ad *Angelum* Aquinatem, qui excommunicatione mulctatus a Leone IX. & a Nicolao II. A. 1060. omni dignitatis honore privatus eſt, ut habet Leo Oſtienſis. Fregellæ Aquino conterminæ, Strabonis ætate deletæ erant.

Concil. to. iv. pag. 1060.

Baronius A. D. 574.

Dialog. lib. iii. cap. viii.

Ughellus to. 1. pag. 442.

Chron. Caſſin. lib. iii. cap. xv.

XIV.
Fruſinonenſis cathedra.

Liber. pag. 237.

Proximum eſt Fruſino, inter nobilia oppida viæ Latinæ a Strabone adnumeratum. Neque hujus urbis levis eſt gloria, quod Hormiſdam, & Silverium Romanos Pontifices ediderit ex fide veteris libri Pontificalis. Ex eo enim diſcimus, Hormiſdam fuiſſe natione Campanum ex patre Juſto de civitate *Fruſinone*, nonnulli codices habent, *Friſione*, *Friſilone*, & *Friſulne*. De Silverio autem hæc prodit: *Silverius natione Campanus, ex Patre Hormiſda Epiſcopo Roma-*

In Hormiſda & Silverio

mano. Fruſinoni Epiſcopus adſcribitur *Papias Freſ-ſonenſis*, qui Synodo v. ſub Symmacho A. D. 503. ſubſcripſit: ſed quum ipſe *Papias* medius ſit inter Orientis Epiſcopos, vereor, ne Orientali Eccleſiæ ſit aſſignandus. Ego malim Fruſinonis Præſulem conſtituere, *Innocentium Epiſcopum Eccleſiæ Foroſenſis*, qui in ſubſcriptionibus primæ Synodi Romanæ A. D. 499. ſub Symmacho, per Stephanum Baluzium è variis codicibus erutis, poſt *Sanctulam Signinum* recenſetur, ac deinde poſt *Innocentium* ſuccedunt *Valerius* Epiſcopus *Calenotanus*, & *Feliciſſimus Caudinenſis*. Nulli deinceps, quod ſciamus, Fruſinonenſes Epiſcopi occurrunt, propterea quia, hanc urbem ſub Gotthis & Langobardis extrema paſſam, putamus. Nominatur quidem Fruſino in donationibus Ludovici Pii, Ottonis Magni, & Henrici II. Imperatorum; ſed Urbanus II. A. D. 1097. diploma concesſit Alberto Epiſcopo Verulano, quo ipſi, & *ſuis ſucceſſoribus Epiſcopali jure regenda perpetuo, ac diſponenda concedit, atque firmat civitatem Verulanam cum omnibus adjacentibus Eccleſiis intus, vel foris Fruſinonem, cum omnibus ſuis*.

Concil. to. IV. pag. 1370.

Nova Collectio Concil. pag. 1461.

Ughellus to. 2. pag. 291.

His ſuccedat Caſinenſis Epiſcopus, primis Eccleſiæ ſæculis, Caſino non incelebri coloniæ Romanæ in novo Latio præpoſitus. Celebratur enim inter Epiſcopos, qui ad Concilium Romanum ab Hilaro Papa A. D. 465. acciti fuere, *Caprarius Caſſitanus*. Itemque *Severus Caſſinas* A. D. 487. interfuit Concilio Romano Felicis III. Caſino porro a Gotthis everſo, iamdiu Epiſcopis caruit, donec Johanes XXII. A. D. 1323. Caſino Epiſcopum reſtituit, & hoc titulo Monaſterium Caſinenſe inſignivit. Verum Urbanus V. conſultius eſſe duxit ad antiquum ſplendorem Abbatibus Caſinenſibus reſtituendum, ut Epiſco-

XV. Epiſcopi Caſinenſes.

Cluver. lib. III cap. VIII pag. 1040.

Concil. to. IV. pag. 1060.

Ibid pag. 1149.

Mabillon. Annal. Benedict. t. pag. 55.

ſcopis abrogatis, Abbates toti Diœceſi præficeret, quare poſt novem Antiſtites, quorum poſtremus fuit Angelus Vrſinus, ad Abbates juriſdictio omnis Epiſcopalis reverſa eſt, quam eiſdem plures Romani Pontifices confirmarunt, ac Sanctiſſimus Dominus noſter prid. Nonas Auguſti elapſo A. D. 1725. Apoſtolico diplomate ſancivit. Obliterandi ſunt autem ab indice Geographico Epiſcoporum Caſinenſium per Joh. Harduinum confecto, *Simeon Caſſinenſis* A. D. 1409. in Concilio Piſano, & *Marinus Caſſinenſis* in Concilio Lateranenſi v. A. D. 1515. quum nullus eorum ad Caſinum Monaſterium pertineat.

Vid. Angelum a Nuce in notis ad Chron. Caſin. pag. 204. & 205. edit. Pariſ. an. 1668.

Appendix ad Conc. Romanum pag. 161.

Concil. to. IX. pag. 686. edit. Harduin.

XVI. Atinenſis cathedra.

Poſt Caſinates recenſendi forent Atinates Epiſcopi, quorum ſeries non exigua adhuc supereſt. Sita porro fuit Atina, Volſcorum prius, deinde Latii antiqua urbs ſupra Caſinum ad Melfis amnis fontes. Plures hujus Eccleſiæ Antiſtites, quorum primus ex vetuſtis ibidem chronicis, *Sanctus Marcus* ab ipſo Petro Apoſtolorum principe ordinatus perhibetur, apud Ughellum ſunt. Poſtremus vero apud eumdem *Sigebertus*, qui coronationi Rogerii primi Siciliæ regis A. D. 1129. interfuit, ut ex chronico vetuſto apud Rocchum Pirrum eruitur. Vghelli diligentiam maxime ſupplevere Bonifacius Taulerus, & Antonius Palumbus, quorum alter A. D. 1702. Atinenſium Epiſcoporum catalogum texuit, alter eamdem ſeriem notationibus illuſtravit. Inſignis Italiæ ſacræ concinnator hanc ſedem ſublatam fuiſſe ſcripſit circa Eugenii III. tempora. Verum ipſemet, ut eſt a Taulero & Palumbo obſervatum, in Beneventanis Archiepiſcopis monumentum anno 1180. confectum profert, quo Rogerius Archiepiſcopus Beneventanus indulgentiam, montis Caſini Eccleſiam viſitantibus conceſſit, ubi inter Antiſtites, qui ob eam rem convocati erant

Cluver lib. III. cap. VIII. pag. 1041.

Martyrolog. Roman. die 28. Aprilis Bolland. Apr. to. III. pag. 548.

Ital. Sac. to. VI. pag. 512. & 557. In Chronol. regum Siciliæ pag. XL.

to. VI. pag. 557.

Ibid. to. VIII. pag. 197.

erant memoratur *magiſter Ruffinus Atinenſis* Epiſcopus. Mitto demum hic recenſere Tuſculum, Albanum, Præneſte, Signiam, Verulas, Ferentinum, Soram, Alatrium, & Anagniam, quarum ſingulæ antiquitus ſuos Epiſcopos agnoverunt, & longa ſerie Antiſtitum feliciores, adhuc Epiſcopis exornantur. Neque intereſt de Velitrenſi cathedra diſputare, quòd nulli dubium ſit, quin Epiſcopos obtinuerit, donec ab Eugenio III. Oſtienſi conjuncta fuerit.

Ughellus to. 6. pag. 63.

XVII Gabienſes Epiſcopi.

Demonſtrandæ igitur eæ ſedes ſunt in Latii oppidis, quæ nullius hodie ferme nominis habentur. A Gabiis initium ducimus. Gabiorum civitas viâ Præneſtina XII. mill. paſſuum Româ diſtabat. Ejus rudera Raphael Fabrettus exhibet, ſtatuitque inter locum, qui vulgo dicitur *l'Oſteria* & il *ponte del fico*: A Plinio *Gabini* oppidani dicuntur; exiguum quippe oppidum fuiſſe, conſtat ex Juvenale, oſtendes tamen Gabios Epiſcopatus honore primis Eccleſiæ temporibus inſignitas. *Aſterius Gabinas* adfuit Concilio Romano ſub Hilaro A. D 465. *Andreas* A. D. 487. ſub Felice III. *Mercurius* A. D. 501. & 504. ſub Symmacho. *Martinus Gavinas* A. D. 649. ſub Martino I. *Martinianus* A. D. 721. *Nicetas Gabiis* A. D. 743. *Georgius*, ſeu *Gregorius* A. D. 826. *Petrus* item A. D. 853. & 869. 861. dicitur *Gabo*, & *Gavenſis* Epiſcopus. Anaſtaſius in vita Hadriani II. hunc Pontificem conſecratum narrat A. D. 867. *per Epiſcopos reverendiſſimos ſcilicet PETRUM GAVENSEM, Leonem Silvæ candidæ, deinde tertio loco Donatum Oſtienſem, quia Epiſcopus Albanenſis obierat, Formoſus vero Portuenſis a beatiſſimo Nicolao ad prædicationem, & inſtructionem Bulgarorum deſtinatus extiterat. Petrum* ſequitur *Leo* Gabienſis, Johannis VIII. nepos, miſſus ad Pontigonenſe Concilium A. D. 876. cele-

Diſſert. II. de aquis & aquaductib. pag. 67.

Lib. III. cap. v. Satyr. III. v. 193 VI. 56. VII. 4. X. 100.

Concil. to. IV. pag. 1060.
Ibid. pag. 1149.
Ibid. pag. 1327. & 1376.
Ibid. to. VI. pag. 75.
Ibid. pag. 1459.
Ibid. pag. 1532.
Ibid. to. VIII. pag. 101.
Ibid. pag. 943. & 1095.

Concil. to. IX. pag. 283.

celebratum, in quo paſſim de Leone mentio occurrit. Hunc Leonem cum Petro Epiſcopo Foroſempronienſi Legatum in Gallias ad Imperatorem Carolum Calvum miſit ipſemet Johannes VIII. qua de re agunt ejuſdem Pontificis epiſtolæ anno æræ vulgaris 877. ſcriptæ. De Legatione meminit etiam Aimonius de geſtis Francorum. Vivebat adhuc A. D. 879. quo Romanæ Synodo de reſtituendo Photio interfuit. Gabinenſium Epiſcoporum deinceps nulla apud nos memoria pervenit, quòd fortaſſe paullo poſt funditus ea urbs everſa fuerit; adeo enim, inquit Cluverius, *Interiit, ut de loco ejus inter doctos viros diſceptetur*.

Ep. VI. VII IX. & XIII.
Lib. V. cap. XX. XXI.
Concil. to. IX. pag. 325.

XVIII. *Epiſcopi Labicani.*

Si parumper iter deflectamus in proximo eſt *Labicum*. Plinius *Labicanos* inter oppidanos Latii collocat. Coloniæ nomine aliquando Labicum donatum, ancipiti conjecturâ ſuſpicatur (*a*) Cluverius. Exſtat etiam ejus mentio apud Anonymum Ravennatem. Verum ita concidit, ut multum de ejus ſitu plerique diſputaverint. Doctorum hominum ſententias in medium affert clariſſimus Fabrettus, quas refellit, atque una cum Holſtenio Labicum ad oppidum Columnam conſtituit. Aberat autem ab antiquo Tuſculo tribus circiter milliariis. Si cupis hujus oppidi Epiſcopos, invenies *Petrum Lavicanum* Epiſcopum A.D. 761. in privilegio Pauli I. *Luniſſum* in Synodo Romana A. D. 964. *Benedictum Laicanenſem* A. D. 998. in Concilio Romano, qui *pro omnibus Cardinalibus Epiſcopis* ſubſcripſit. Mortalem vitam agebat Benedictus A. D. 1011. quo inter Cardinales Epiſcopos, poſt Petrum Portuenſem, & ante Gregorium Silvæ candidæ ſua manu roboravit diploma Sergii IV. A.D. 1011. Turonenſi Archiepiſcopo conceſſum. Formulam ſubſcriptionis referre lubet, quæ eſt hujuſmodi: *Joannes, qui & nomine vocatur La-*

Lib. III. cap. V.
(a) Lib. III cap. IX pag. 499.
Geograph. lib. IV. §. XXXIII. pag. 215.
Diſſert. III de aquis & aquaeduct. pag. 182. n. 364. & ſeq. In Cluverium pag. 194
Concil. to. VI. pag. 1693.
Ibid to. IX. pag. 654.
Ibid. to. IX. pag. 773.
Gallia Chriſt. tea pag. 756.

Lavicanenſis Eccleſiæ Epiſcopus. Ideo vero inter Cardinales Epiſcopos medius ſubſcribit Lavicanenſis, quod, ut teſtatur Joſephus Maria Suareſius Epiſcopus Vaſionenſis, Epiſcopi Tiburtinus, Nepeſinus, Lavicanus, & Hortanus, a Romanis Pontificibus inter ſeptem Cardinales Epiſcopos aliquando adnumerati fuere. *Dominicus* ſane *Sanctæ Lavicanæ Eccleſiæ* Epiſcopus legitur in diplomate Johannis XIX. A. D. 1027. pro Eccleſia Silvæ candidæ. Interfuit etiam Synodis Romanis A. D. 1029. & 1037. Anno 1036. ſua ſubſcriptione firmavit diploma Benedicti IX. pro Eccleſia Florentina. Hunc excipit *Johannes* Benedicti IX. nepos; adfuit enim Concilio Romano A.D. 1044. & in hunc modum primus omnium ſubſcripſit diplomati, quo lites inter Popponem Aquileienſem Patriarcham, & Urſonem Gradenſem diremtæ ſunt: *Johannes Lavicanenſis nepos noſter Epiſcopus*. Collocandus eſt deinde *Petrus*, qui Suareſio teſte, a Victore II. A. D. 1057. Cardinalis Epiſcopus fuerat renunciatus. Hic autem una cum aliis Epiſcopis Cardinalibus ſubſcripſit Synodo Romanæ Nicolai II. A.D. 1059. alteroque anno 1060. inter Epiſcopos Cardinales comparet in diplomate ejuſdem Nicolai pro Monaſterio S. Felicitatis prope Florentiam. His adde *Minutum* A.D. 1089. & *Bubonem* Labicanos Epiſcopos Cardinales ex conjecturâ Onuphrii. Re vera *Minutus* anno 1089. ſubſcripſit diplomati Urbani II. Velitrenſibus dato, quod nuper in lucem eruit Alexander Borgia Epiſcopus Nucerinus, nunc Archiepiſcopus Firmanus in Hiſtoria Velitrenſi. Magnus præterea Annalium parens ad A.D. 1100. ex Anonymo coævo in vita Paſchalis II. refert, Paſchalem ab Oddone Oſtienſi, Mauritio Portuenſi, Gualterio Albanenſi, *Bonone*, alias *Boſone* Lavicano,

Præneſtes antiq. lib. I. pag. 190.

Ughellus to. 3. pag. 113. Concil. to. 12. pag. 1150.

Ughellus to. III. pag. 71.

Ughellus nova edit. to. v. pag. 113.

Concil. to. 12. pag. 1159.

Baronius A. D. 1060.

pag. 224.

no, Milone Prænestino, & Ottone Nepeſino in Romanum Pontificem conſecratum. *Boſo* autem eodem anno primam orationem dixit ſuper Henricum III. Imperatorem coronatum. Rem narrat Petrus Diaconus his verbis: *Mox ſuper eam orationem primam, ſicut in ordine continetur Lavicanus Epiſcopus dedit.* *Boſo* Romanæ Eccleſiæ Cardinalis A. D. 1118. confirmavit epiſtolam encyclicam Cæſarauguſtani Epiſcopi de indulgentiis collatis iis, qui eleemosynas ad eam Eccleſiam mitterent. Verum Baroniani indicis auctores *Boſonem* Labicanum *a Boſone* Cardinali S. Anaſtaſiæ non diſtinxerant, qui licet æqualis, alius tamen eſt a Boſone Labicano, ut patet ex actis conſecrationis Eccleſiæ Villæ Bertrandi in Hiſpania A.D. 1100. ex Hiſtoria de bello a Piſanis adverſus Majoricenſes geſto, & ex ſubſcriptionibus Concilii Toloſani, cui præfuit Calixtus II. A.D. 1119. In his enim *Boſo* Sanctæ Anaſtaſiæ Cardinalis, & Romanæ Eccleſiæ legatus dicitur, nunquam Epiſcopus Labicanus. Perperam etiam ab Hugone Flaviniacenſi in chronico ad A. D. 1101. Johannes Epiſcopus *Tuſculanus*, ſive *Labicanus* aſſeritur, perinde ac per idem tempus hæ duæ ſedes in unam coaluiſſent. Nam perduraſſe didicimus Labicanam cathedram uſque ad annum 1231. quo Gregorius Papa IX. hanc urbem fatiſcentem, ac pene exciſam *Tuſculanenſi* (licet *Albanenſi* ſcribat Suareſius) Eccleſiæ conjunxit.

Chron. Caſin. lib. IV. cap. LXXVII.

Baronius A. D. 1118.

Marca in appendice Marca Hiſpanicæ pag. 1223.

Marca Hiſpan. lib. IV. pag. 477.

Apud Labbeum in Bibl. MSS. to. I. pag. 261.

Præneſtes antiqua lib. II. pag. 151

XIX.
Trebani in Latio Epiſcopi.

Labico in ruinis relicto, paullo ſuperius ingreſſi, prætermiſſa Præneſte, Trebam in Æquis poſitam prope Anienis fontes adeamus, cujus incolæ *Trebani* a Plinio vocantur. Hujus meminit Frontinus, qui Anienem oriri ſcribit ſupra Trebam *Anguſtam*, ſeu ut nonnulli codices habent *Auguſtam*. Trebam inter Latinorum mediterraneas urbes refert Ptolemæus. Suum

Lib. III. cap. XII.

Lib. II. de aquæduct.

Lib. III. cap. 1.

Digitized by Google

Suum quoque locum habet in tabulis Peutingerianis, *Trebiis* appellata. Ab Anonymo vero Ravennate *Trebio* dicitur. Alia ejuſdem nominis urbs in Umbriæ, non longe a Spoletio nota eſt. Porro nominis ſimilitudo, utriuſque urbis Epiſcopos commiſcuit, ac utraque ſibi adſciſcere ſingulos Præſules ſategiſſe videtur. Qui vero Trebiates Epiſcopi in actis Conciliorum recenſentur, ſunt hi. *Conſtantinus Trebias* in Concilio Romano A.D.487. *Laurentius* in Concilio 1. Romano Symmachi A.499. *Propinquus* item in Synodis Romanis Symmachi ſub annis 502. 503. & 504. *Griſo* Trebianus in Concilio Romano Zachariæ I. A.D.743. *Paulus* Tribenſis in Concilio Romano ſub Eugenio II. A. D. 826. *Creſcentius* in Concilio Romano Leonis IV. A. D. 853. L. *Trebenſis* legitur in ſubſcriptionibus Synodi Romanæ habitæ a Nicolao II. A. D. 1059. Hi Epiſcopi uni Trebiæ in Umbria adſcribuntur, quibus principe loco ſtatuendus eſt S. Æmilianus primus Trebiatum Epiſcopus, qui paſſus eſt ſub Diocletiano, & nunc etiam ibidem tanquam Patronus colitur. Sed nonnullos eorum Epiſcoporum ſibi jure antiquitus vindicarunt Trebani in Æquis, quum pateat ex diplomatibus Gregorii IX. A.D. 1224. datis, quæſtionem motam inter Epiſcopum Anagninum, & Abbatem S. Theodori de Trebis jam pridem coram Innocentio, & Honorio III. num diœceſana lege Anagnino Epiſcopo ſubiiciendi eſſent, detrectantibus Trebanis, propterea quod Eccleſiam S. Theodori de Trebiis, olim ſuos Epiſcopos habuiſſe contenderent. Gregorius vero, ut Anagninæ Eccleſiæ gratificaretur, licet non negarit, Trebam aliquando Epiſcopali honore præfulſiſſe, ob ejuſdem tamen paupertatem, & incolarum infrequentiam, populi calamitates, quòd etiam de Anagnina civitate ortum

Lib. IV. & XXXIII pag. 115.

Concil. to. IV. pag. 1249.

Ibid. pag. 1315.

Ibid. pag. 1332. 1368. 1377.

Ibid. to. VI pag. pag. 1551.

Ibid. to. VIII. pag. 103.

Ibid. pag. 113.

Concil. to. IX. pag. 1160.

Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ pag. 56.

Bolland. Jan. to. II. pag. 83.

Ughellus to. I. pag. 151.

duceret, & ejuſdem olim Eccleſiæ filius eſſet, eam Epiſcopis Anagninis ſubdidit. Ex quo ſane diplomate elicimus, nonnullos ex his Epiſcopis aſſignandos Trebæ in Æquis, atque a Trebia Umbriæ diſtinguendos. Johannes Harduinus, neſcio qua auctoritate permotus, in indice Geographico Epiſcopatuum i. *Trebenſem*, qui A. D. 1059. Synodo Romanæ Nicolai II. interfuit, Trebanis in Latio adſcribit, ceteris Trebiæ in Umbria adtributis.

XX. Epiſcopi Subauguſtani.

Reliquis Latii urbibus addamus & aliam Epiſcopalem ſedem Romanis mœnibus prope inhærentem, quæ *Sub auguſta* dicta fuit. Nomen ab Auguſta Helenâ Conſtantini matre traxiſſe fertur, ubi & ſepulcrum porphyreticum eidem Conſtantinus extruxit, uti teſtatur liber Pontificalis. *In S. Silveſtro §. xxvi.* Sita fuit via Lavicana milliario ab Urbe Româ III. ut ibidem ſcribit idem auctor, ejuſque veſtigia adhuc ſupereſſe ad turrim, vulgo dicta la *Pignatara*, tradit Holſtenius. *In Corol. a S. Paulo pag. 81.* Quid autem dixeris, ſi in hoc oppidulo, de quo ante Auguſtam Helenam altum ſilentium eſt, Epiſcopos deſignatos audies? Porro *Criſpianus Subauguſtanus* interfuit Synodo Romanæ ſub Hilaro A. D. 465. *Concil. to. iv. pag. 1060.* *Petrus* Concilio Romano III. Felicis III. A. D. 487. *Ibid. pag. 1149.* *Maximianus* primæ Synodo Romanæ A. D. 499. ſub Symmacho. *Jocundus* in Synodis item a Symmacho habitis A. D. 501. & 504. *Ibid. pag. 1315. 1327. & 1377.* Exinde Subauguſtanæ ſedis memoria inolevit.

XXI. Epiſcopi Nomentani.

E Latio in Sabinos Urbi conterminos revocanda oratio eſt, atque lubet Nomentum proficiſci. Nomentum antiqua certe urbs fuit in Sabinis, ab Albanis condita, ut Dionyſius Halicarnaſſeus refert. *Hiſtor. Rom. lib. II. pag. 116. edit. an. 1586.* Sed forte ob civilia Romanorum bella detrita, atque adeo Strabonis ætate ad oppiduli potius, quam urbis faciem redacta. *Lib. v. pag. 228.* Etenim Strabo Nomentum

Digitized by Google

πολίχνιον oppidulum vocat. A Plinio vero Nomentani inter populos Sabinorum accenſentur, *Lib.iii.cap.xii.* & Anonymo Ravennati civitas appellata eſt. Municipium autem fuiſſe conſtat, ex antiquo lapide *Lib.iv.4.xxxix. pag. 238.* ibidem, quem memorat Holſtenius, eumque emendatiorem dedit Fabrettus. *In Cluver. pag. 104.* Exploratum nihilominus eſt Nomento primis Eccleſiæ ſæculis ſuum Epiſcopum fuiſſe; *Inſcript. cap. I. pag. 29.* id enim perſpicitur ex epiſtola Innocentii I. ad Florentium Epiſcopum Tiburtinum, in *Concil. to. II. pag. 1263.* qua eum monet, Urſum Epiſcopum Nomentanum conqueſtum eſſe, quòd *Nomentanam, ſive Felicienſem parochiam ad ſuam diœceſim a majoribus pertinentem* (Florentius) *invaſerit*. *Servus* Dei *Nomentanus* interfuit A. D. 465. Concilio Romano Hilari Papæ. *Concil. to. IV. pag. 1060.* *Cyprianus* item A. D. 487. Concilio Felicis III. *Ibid. pag. 1149.* *Serenus* videtur adfuiſſe Concilio Romano II. S. Gelaſii A. D. 495. Subſcripſit autem I. Synodo Romanæ Symmachi A. D. 499. *Ibid pag. 1269.* Huic ſucceſſit *Romanus*, qui recenſetur in Synodis Symmachi A. D. 501. 502. 503. & 504. *Ibid. pag. 1311. Ibid. pag. 1316. 1319. 1367. & 1377.* *Felix* ſedit in Concilio Romano III. Bonifacii Papæ II. A. D. 531. *Redemptus* Nomentanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit *Ibid. pag. 1694.* Conſtituto Vigilij Papæ A. D. 553. Dein mutila eſt Epiſcoporum ſeries uſque ad *Gratioſum*, *Baron. A. D. 553.* cui S. Gregorius coniunxit Eccleſiam S. Anthimi A. D. 593. *Lib. II. epiſt. xx. item lib. IV. epiſt. xxiv.* Subſcripſit Concilio Romano S. Gregorii A. D. 595. & corrupte exiſtimo *Gratianum* ibidem haberi, nam inter ſubſcriptiones, ex codice Bigotiano erutas, legitur: *Gratioſus Epiſcopus civitatis Numentum*. In Concilio Romano III. ejuſdem S. Gregorii habito A. D. 601. in ſubſcriptionibus, quas Labbeus *Concil. to. V. pag. 1608.* vulgavit ex codice Monaſterii Flaviniacenſis, locum habet *Generoſus Epiſcopus Eccleſiæ Numenti*; num is diverſus a *Gratioſo*, valde ſuſpicor, & librario-

rum

rum inſcitia pro *Gratioſa*, *Generaſum* ſublectum arbitror. Exerte autem *Conſtantinum* Nomentanum conſediſſe videmus in Concilio Romano III. habito A. D. 601. ut contendit Pagius ad hunc annum.

§. xII.

Porro *Sapientius Numentanus* ſententiam dixit A. D. 649. in Concilio Lateranenſi ſub Martino I.

Concil. to. vI. pag. 79.

Paulus Nomentanæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit Synodicæ Agathonis Papæ in Concilio Romano

Ibid. pag. 696.

A. D. 680. *Benedictus* Nomentanus adfuit Concilio Romano I. & II. ſub S. Zacharia A. D. 743. & 745.

Ibid. pag. 1531. & 1556.

Narrat Anaſtaſius in Stephano III. hunc Pontificem in Gallias profecturum A. D. 753. comites ſibi adjunxiſſe Georgium Epiſcopum Oſtienſem, & *Vvillarium Epiſcopum Numentanum*. De eo item meminit Stephanus epiſtola VI. ad Pippinum Regem. *Coſmus* in nova editione Ital. Sacræ Numentanus Epiſcopus traditur, quia ſubſcripſit Concilio Romano

To. x. pag. 146.

Eugenii II. A. D. 826. Sed ibidem legitur Epiſcopus Humanæ, quare a Nomentanis expungendus. *Johannes* Nomentanus Epiſcopus adfuit Concilio Romano

Concil. to. vIII. pag. 103.

Joannis XII. A. D. 964. Exinde interiiſſe videtur hæc Epiſcopalis ſedes, quòd eorum nomina in veteribus monumentis deſiderentur; ſtetiſſe tamen

Concil. to. IX. pag. 651.

exiſtimo adhuc A. D. 1059. quo *Hugo Epiſcopus Numantinus* ſubſcripſit Concilio Romano ſub Nicolao II. niſi mavis hunc Hugonem Humanæ in Piceno accenſere.

Ibid. pag. 1160.

XXII. Epiſcopi Curenſes & Foronovani in Sabinis.

Alios etiam in Sabinis Epiſcopatus agnovimus, nimirum *Curenſem*, & *Foronovanum*. *Cures*, inquit Strabo *nunc viculus eſt, quondam urbs illuſtris*; ac mox addit, cetera Sabinorum loca pagis potius, quam urbibus annumeranda. Curium veſtigia, ubi nunc oppidum *Correſe* eſt, Holſtenius figit. Curibus tamen, & Foro novanis Epiſcopus antiquiſſimis temporibus eſt

Lib. v. pag. 228.

In Cluverium pag. 105.

Digitized by Google

eſt impoſitus. En tibi Curium Sabinorum Epiſcopum *Tiberium* in Concilio Romano ſub Hilaro A. D. 465. *Feliciſſimus* item Sabinenſis A. 487. in Concilio Romano ſub Felice III. *Dulcitius* Sabinenſis adeſt Concilio Rom. I ſub Symmacho A. 499. Idem *Dulcitius* in III. Romana Synodo ſub Symmacho A. D. 501. nominatur *Sancti Anthimi* Epiſcopus, ſcilicet ob Eccleſiam S. Anthimi in territorio Curienſium collocata. S. Anthimus presbyter ſub Diocletiano martyrium ſubiit, & humatus dicitur *in via Salaria* triceſimo ab urbe milliario. Similiter etiam ſubſcribit in VI. Synodo ſub ipſo Symmacho A. D. 504. Hinc intelligimus a S. Gregorio, dum S. Anthimi cathedram in *Curium Sabinenſium territorio* conſtitutam Eccleſiæ Numentanæ univit A. D. 593. Epiſcopatum Sabinenſem deſignari. Alter Epiſcopatus fuit *Forum novum* a Sabinenſi prorſus diſtinctus; nam *Paulus* Foronovanus Epiſcopus adfuit Concilio Hilari Papæ A. D. 465. *Aſterius* Foronovanus A. D. 487. ſub Felice III. & item interfuit Concilio Romano S. Gelaſii A. D. 495. *Projectitius* Forinovi in Synodo Romana A.D.499. pro quo ſubſcribit *Gaudentius* Vulſinienſis. Idem *Projectitius* perrexit ad Synodum Romanam A. D. 502. Altum deinceps de Foronovanis Epiſcopis ſilentium. De Foronovo Plinius, ejuſque ſitum ancipitem & incertum detexit Holſtenius, ac ſtatuit, ubi vulgo dicitur il *Veſcovio*, ductus in eam ſententiam, ob veteres lapides eò loci repertos, ex quibus eruitur Forum novum municipium fuiſſe, qua de re etiam Dominicus Macri in conjecturis de Sabinenſi Epiſcopatu. Porro Sabinenſis Eccleſia in perpetuum juncta non fuit Eccleſiæ Numentanæ. Videmus enim Synodo Lateranenſi ſub Martino I. A. D. 649. ſubſcri-

Concil. to. IV. pag. 1060.
Ibid. pag. 1149.
Concil. to. IV. pag. 1315.
Ibid. pag. 1327.
Acta SS. Bolland. Maii die XI. pag. 618
Concil. to. IV. pag. 1377.
Lib. II. epiſt. XX. indict. XI.
Concil. to. IV. pag. 1060.
Ibid. pag. 1149.
Ibid. pag. 1315.
Ibid. pag. 1339.
Lib. III. cap. XI.
In Cluver. pag. 107. & 122.

Concil. to. vi. pag. 367.

Ibid. pag. 1458.

ſcripſiſſe *Joannem Vico-Sabinatem*. Mutilus quidem eſt catalogus Sabinenſium ad *Martianum*, qui A. D. 721. interfuit Concilio Romano ſub Gregorio II. dein identidem Sabinenſes Epiſcopi occurrunt, quorum ſedem Alexander VI. Manlianum tranſtulit.

XXIII. Sedes Epiſcopalis Silvæ candidæ, ſeu SS. Ruffinæ & Secundæ in Tuſcia ſuburbicaria.

His de Latii, & Sabinorum ſedibus prænotatis, in Tuſciam ſuburbicariam properemus, atque oram maritimam legamus. *Auguſti Portum* ſilentio prætermus, quod adeo pateat hujus ſedis antiquitas, ut nullis egeat munimentis fulciri. Adeamus igitur *Silvam candidam* cujus nomen primum innotuit ex vulgatis actis SS. Virginum & Martyrum Ruffinæ & Secundæ, quæ *ductæ in Silvam per viam Corneliam miliario decimo ab urbe Roma* capite cæſæ ſunt A. D. 260. ſeu potius 257. quo loci Eccleſia ædificari cœpta eſt, quam S. Damaſus Romanus Pontifex, ut in ejus actis præfertur, abſolvit. Hanc autem Baſilicam, prodit Anaſtaſius in Hadriano I. quum ob vetuſtatem collaberetur, idem Hadrianus una cum baptiſterio renovavit. Erat & Silvæ candidæ alia Baſilica in honorem SS. Coſmæ & Damiani extructa, cui, ipſomet Anaſtaſio teſte, Leo IV. Sacra ornamenta donavit. Illuſtrata etiam fuit martyrio SS. Petri & Marcellini, qui, ut acta perhibent, ducti ad *Silvam nigram*, quæ hodie in honorem Sanctorum *Silva candida* appellatur, capite plexi ſunt. Ob horum martyrum memoriam, credimus eo loci impoſitos Epiſcopos, qui modo *Silvæ candidæ*, modo *S. Ruffinæ* nomen ſumſerunt: legimus enim *Adeodatum Silvæ candidæ* in Synodis Romanis ſub Symmacho A. D. 501. & 504. *Valentinus* item *Silvæ candidæ* Epiſcopus, ab Totila Gotthorum rege captivus ductus, & male habitus, impii regis juſſu manibus truncatus eſt A. D. 546. uti narrat

Baronius A. D. 261. & in annotat. Martyrolog. die 10. Julii.

Bolland. Julii die 10. pag. 28.

Baron. A. D. 384.

Acta SS. Junii to. I. pag. 73. n. II.

Concil. to. IV. pag. 1327. & 1377.

Liberat. cap. XV.

rat Procopius de bello Gotthico. Hinc in conſtituto Vigilii A. D. 553. quum manibus ad ſcribendum uti non poſſet: *Zachæus Epiſcopus rogatus a fratre Valentino Epiſcopo Silvæ candidæ, ipſo præſente, & conſentiente, & dictante conſtituto pro ipſo ſubſcripſit*. Anaſtaſius in Vigilio hunc Valentinum Epiſcopum *a S. Ruffina, & Secunda* appellat. Exinde Silvæ candidæ, & S. Ruffinæ Epiſcopi ſæpe & in Conciliis, & in Eccleſiaſticis monumentis memorati, ac inter Cardinales Epiſcopos Romano Pontifici aſſidentes accenſiti, donec ea civitas incolis deſerta, ab Calliſto II. A. D. 1120. Portuenſi Eccleſiæ invicem conjuncta eſt. Nunc etiam ſupereſt vicus, ubi conſpicitur ſacellum *S. Ruffinæ* apud viam Aureliam decimo ferme ab urbe lapide, duobus milibus paſſuum ab antiqui Lorii ruinis. *Baron. A. D. 511.*

XXIV. Num Lorii Epiſcopi fuerint.

Lorii mentio, quippe Silvæ candidæ finitimum, vulgo nunc *Caſtel di Guido*, nos monet, ut obiter diſpiciamus, num ad Epiſcopalem dignitatem aliquando evecta fuerit. Lorium nobis exhibent antiqua itineraria, ac tabulæ, præter Latinorum teſtimonia, apud Cluverium, quæ Lorium via Aurelia villam Imperatoris Antonini Pii eſſe ſtatuunt. Porro Concilio Romano ſub Felice III A. D. 487. inter alios Epiſcopos, adfuit *Petrus Lorenſis*, cui ſubſcriptioni quum animum intenderet Lucas Holſtenius, ſtatim judicavit, hunc Petrum Lorii Epiſcopum fuiſſe; contra vero Loerenſes in Brutiis hunc Petrum ſibi vendicant, & *Locrenſem* legunt; at Johannes Harduinus in ſua collectione Conciliorum, Laurenti in Latio Petrum ſtatuit; quæ certe opinio omnino placet, dummodo codicibus probæ notæ nitatur. Ex his nos conficimus, incertum eſſe, num Lorii villa ad Epiſcopale

Ital. antiq. lib. II. cap. III. pag. 531.

In Cluver. pag. 43.

D fa-

faſtigium elata fuerit, neque pro tanta dignitate inclinat animus, quum nihil a veteribus de ea tradatur. Accedit etiam, quòd & Silvæ candidæ, & Portui Auguſto proxima erat, ideoque veriſimile non ſit, tanto incolarum numero frequentatam, ut Epiſcopo indigeret.

XXV. *Carenſes Epiſcopi.*

Ad Tyrrheni maris oras igitur progredientes, Cærenſem Epiſcopatum inveſtigemus. Cære, quæ & Agylla, antiquiſſima urbs fuit, ut omnes norunt, ſed Strabonis ætate, ſi fides habenda eſt his, quæ tradit, urbis tam ſplendidæ veſtigia tantum ſupererant. Exoriri paulatim potuit, & augeri, quum in Gruterianis lapidibus municipium Cæritum appareat ſub annis Chriſti 113. & 114. De Cære quoque Rutilius Numatianus in Itinerario verſ.225. hæc memorat:

Lib. v. pag. 220.

pag. CCXIV. & CCCCLXXXV. 5.

Alſia prælegitur tellus: Pyrgique recedunt,
Nunc villæ grandes, oppida parva prius.
Jam Cæretanos demonſtrat navita fines,
Ævo depoſito nomen Agylla vetus.

Quidquid de ejus fortuna fuerit, certum eſt Cæritibus ſuos Epiſcopos olim datos. Nam *Adeodatus Cærenſis* legitur in Concilio Romano ſub Symmacho A. D 499. *Petrus* item Cærenſis in privilegio Pauli I. A. D. 761. *Romanus* in Synodo Romana Eugenii II. A. D. 826. *Adrianus* in Synodo Leonis IV. A. D. 853. *Creſcentinus* in Concilio Romano Hadriani II. contra Photium A. D. 869. *Anniſus* A. D. 993. in Concilio Romano pro canonizatione S. Wdalrici. *Stephanus* A. D. 998. *Benedictus* in Concilio Benedicti VIII. A. D. 1015. & A. D. 1017. in privilegiis ab eodem Pontifice Eccleſiæ S. Salvatoria

Concil. to. IV. pag 1314
Ibid. to. VI. pag. 1693.
Ibid. to. VIII. pag. 101 & 123.
Ibid. pag 1095.
Ibid. to. IX. pag. 742.
Ibid pag 774.
Ibid pag 836.
Appendix Marca Hiſpanica pag. 1006. & 1010.

toris Biſuldunenſis conceſſis. Item A.D. 1026. Concilio Romano ſub Johanne XIX. *Creſcentii* Cærenſis nomen innotuit ex ſubſcriptionibus Concilii Romani A. D. 1049. ſub Leone IX. a cl. Mabillonio editis. Alii etiam aliquando Epiſcopi Cærenſes in lucem prodire poterunt. Nunc paret Eccleſiæ Portuenſi.

Vgtel. nova edit. to. v. pag. 113. & veteris edit. to. I. pag. 116
Annales Benedictini to. IV. pag. 739.

XXVI
Epiſcopi Centumcellenſes.

Poſt Cærenſes proxime veniunt Epiſcopi Centumcellenſes, quorum ſeries exigua non eſt. Præter nobiliſſimum toto inter Neapolim & Etruriam littore portum a Trajano conditum c. A. D. 105. ut elicitur ex nummo apud Mediobarbum (de quo ſane portu Plinius junior, Ptolemæus, Itineraria Antonini, & Rutilii, tabulæ Peutingerianæ, S. Eutropius Paulinus, quos vide apud Cluverium) Procopius in libris de bello Gotthico (a) Centumcellas vocat urbem maritimam memorabilem: ac item de eadem Anonymus Ravennas meminit. Eò nobis memorabilior eſſe debet, quòd A. D. 252. S. Cornelius Romanus Pontifex a Gallo Imperatore Centumcellas in exilium pulſus, ibidem obierit. Colunt etiam Centumcellenſes, Secundianum, Marcellinum, & Verianum martyres ſub Decio, de quibus agunt vetuſtiſſima martyrologia die IX. Auguſti. Eorum vulgaria acta apud Mombritium, & Surium perhibent, hos martyres, juſſu Decii deportatos Centumcellas, ut a Promoto Conſulari Tusciæ Diis ſacrificare cogerentur. Capitis porro damnati a Promoto ſunt, & cæſi dicuntur LXII. ab urbe milliario, ex quo fit, ut & Tuſranenſes eos tanquam Patronos venèrentur. Martyrio item coronatus A. D. 303. Centumcellis legitur Flavianus Vicariam præfecturam agens, cujus feſta dies memoratur in Faſtis Eccleſiaſticis V. Kal. Februarii. Sub æuum S. Gregorii Magni ſanctitate floruit Theophanius Comes Centumcellenſis. Comi-

pag. 154.
Lib. VI. epiſt. XXXI.
Lib. II. cap. 7
Lib. II. cap. II. pag. 482.
(a) Lib. II. cap. VII.
Lib. IV. §. XXXII. pag. 210. & lib. V § II. pag. 214.
Pagius ad A. D. 252. §. XII. & XIII.
Bolland. die 2. Iunii pag. 35.

D 2 tes

tes enim per ea tempora præcipuas urbes regebant, ac jus populis dabant. Itaque de Theophanii virtutibus, morte, ac miraculis agit ipſe S. Gregorius in dialogis. De ejus celebritate Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ ad xxvi. Januarii. A Cornetanis vero agitur feſtum die ix. Julii, quo ejus corpus inventum, translatumque eſt. Dolendum porro, quod primus Epiſcoporum Centumcellenſium, qui hactenus innotuerit, Ariana labe infectus, Nicænæ fidei hoſtis infenſiſſimus fuerit. Is eſt *Epictetus*, quem ceu perditiſſimum Arianum ſub annis Chriſti 355. exprimunt S. Athanaſius in epiſtola ad Monachos, & libellus Schiſmaticorum ſub Damaſo. Mutila eſt exinde Epiſcoporum ſeries uſque ad annum 487. quo *Paſchaſinus* Centumcellenſis Concilio Romano Felicis III. interfuit. *Molenſius* fortaſſe Paſchaſino ſuffectus eſt; nam Molenſius recenſetur inter alios Epiſcopos in Synodis Romanis ſub Symmacho anno 499. & 503. *Caroſus* apparet una cum nominibus Epiſcoporum, qui ad Romanum Concilium III. Bonifacii II. A. D. 531. convenere. Pelagius Papa I. literas miſit *Laurentio* Epiſcopo Centumcellenſi, quæ ſcriptæ videntur circa annum 556. *Dominicus* Centumcellenſis floruit ſub S. Gregorio; exſtant enim ejuſdem Gregorii literæ A. D. 591. ad eumdem Dominicum datæ. *Dominicus* ſubſcripſit Concilio Romano S. Gregorii A. D. 601. *Martinus* Centumcellenſis adfuit Synodo Lateranenſi A. D. 649. ſub Martino I. Gregorius Papa III. c. A. D. 741. Anaſtaſio in vita teſte, Centumcellenſis urbis *muros* dirutos pene a fundamentis conſtrui fecit. Mancus eſt autem Epiſcoporum catalogus uſque ad annum 821. quo *Petrus* Centumcellenſis Epiſcopus una cum Leone Nomenclatore Legatus miſſus eſt a Paſcha-

Lib. IV. Cap. XXVII.

Baronius A. D. 355. & 359.

Concil. tomo IV. pag. 1149.

Ibid. pag. 1315. & 1367.

Ibid. pag. 1691.

Diſt. XXIII. c. principali.

Concil. to. V. pag. 810.

Lib. I. epiſt. XI.

Concil. to. V. pag. 1608.

Ibid. to VI. pag 79.

Baronius A. D. 741.

Paſchali I. ad Ludovicum Pium, ut tradunt annales Francorum Bertiniani ad hunc annum. Eginhardus vero in annalibus de rebus geſtis Ludovici Pii, hanc legationem in A. D. 826. confert, ubi perperam *Petrum* Centumcellenſem, *Leonem* vocat. Hinc factum, ut Cluverius hunc, & Aimonium ſecutus, uno tempore duos proferret Centumcellenſes Epiſcopos, nimirum *Petrum* a nobis laudatum, & *Leonem*. Carolus quoque Cointius in annalibus Eccleſiaſticis Francorum ex Annaliſta Laureshamenſi refert Apoſtolicam legationem a Paſchale I. Romano Pontifice demandatam hoc anno *Leoni* Epiſcopo Centumcellenſi. Mendum ſolemne eſt in nomine; conſtat enim adhuc anno 826. ſediſſe in Centumcellenſi cathedra *Petrum* Epiſcopum, cujus nomen expreſſe legitur inter Patres Romani Concilii ab Eugenio II. celebrati hoc ipſo anno 826. die 15. Novembris. Ipſe quoque Cointius memoria lapſus eſt, qui jam notaverat, Petrum Centumcellenſem, & Leonem Nomenclatorem hac legatione functos. Claruit in Centumcellenſi urbe alter *Dominicus* Epiſcopus, qui A. D. 853. ad Concilium Romanum Leonis IV. ſe contulit. Saracenis ſæculo IX. maritimam Campaniæ ac Tuſciæ oram vaſtantibus, ſæpe ab iis Centumcellæ depopulatæ fuere. Incolarum calamitatibus permotus Leo Papa IV. circa annum 854. novam civitatem Centumcellcoſibus ædificavit, & per viſum admonitus de loco, ubi eſſet ædificanda, nimirum duodecimo milliario a veteris civitatis ſitu, eamdem Leopolim appellari voluit, ſolemniter benedixit, multaque dona contulit Eccleſiis, quas ibidem extruxit. Rem fuſe exponit Anaſtaſius in hujus Pontificia vita. Florebat circa A. D. 936. *Valentinus* Centumcellenſis Epiſcopus, qui Campone Far-

Ducheſne Hiſt. Francorum to. III. pag. 178.

Lib. II. cap. 21. pag. 473.

A. D. 826. §. XXII.

Concil. to. VIII. pag. 103.

A. D. 821. §. XIX.

Concil. to. VIII. pag. 113.

Baronius A. D. 854.

Mabillon Annal. Bened. tom. III. pag. 431. & tom. v. pag. 118.
Idem Muſei Italici to. 1. P. 1. pag. 58.
Concil. to. IX. pag. 835.
Ibid pag. 1251.

Farfenſi Abbate, ut eſt in narratione contentionis de Cella S. Mariæ in Minione inter Monachos Farfenſes, & Sanctorum Coſmæ & Damiani, Eccleſiam S. Mariæ in Minione conſecravit. Gradum facimus ad Petrum Centumcellenſem, qui ſedit in Concilio Romano ſub Benedicto VIII. A. D. 1015. *Azo* Romano Concilio Benedicti IX. A. D. 1037. adſtitit. In vivis adhuc erat anno 1049. quo Synodo Romanæ Leonis IX. Subſcripſit, idque patet ex ipſis ſubſcriptionibus a Mabillonio vulgatis. Conjuncta demum eſt Eccleſiæ Tuſcanenſi, quod nos docet inſcriptio A. D. 1093. in æde principe Tuſcanenſi, ubi Riccardus Præſul *Tuſcanus*, *Centumcellicus*, *&* *Bledanus* legitur. Piratarum excurſionibus ſæpe expoſita fuit. De Græcorum ad eam appulſu meminit Adrianus I. ad Carolum Francorum regem, ſignificans, quanto ſtudio Græcos piratas propellere curaret: *Tamen*, inquit, *in quantum valuimus, Domino proferimus teſte, quia magnum exinde habuimus certamen, cupientes hoc ipſum ſcelus vetare, qui & naves Græcorum gentis in portu civitatis noſtræ Centumcellenſium comburi fecimus, & ipſos Græcos per multa tempora detinuimus*. Optime porro animadvertit Holſtenius, oſcitanter cùm a Carolo a S. Paulo, tùm a Cluverio confuſam veterem ac novam Centumcellenſium urbem. Novæ enim a Leone IV. ædificatæ adhuc veſtigia manent ſeptimo fere a Centumcellenſi portu lapide, & vulgo *Cencelle* dicitur. Hinc factum, Holſtenius inquit, ut ab incolis, Cincellis relictis & ad antiquam Centumcellenſem urbem commigrantibus, civitatis veteris nomen Centumcellenſi portui inditum ſit.

Annal. Bened. to. IV. pag. 739.
Epiſt. LXV.
In Carol. a S. Paulo pag. 7. & 34.

XXVIII. Epiſcopi Graviſcanum.

Centumcellis dimiſſis, maritimam oram ſequentes, Graviſcas petamus, claram quondam ad

Digitized by Google

littus Etruſci maris urbem a priſcis Geographis celebratam, quanquam conſenuiſſe debuit ævo Strabonis qui oppidulis accenſet. Certe quidem ſæculi v. initio Rutilius in nullo ferme pretio habet, quum tradat verſ. 280.

Cluverius Ital. antiq. lib. II. cap. 11. pag. 481
Lib. v. pag. 225.

Inde Graviſcarum faſtigia rara videmus,
Quas premit æſtivæ ſæpe paludis odor.

In Peutigerianis tabulis Graviſcæ etiam comparent, ac de iis meminit Sæculo VII. Anonymus Ravennas, donec collapſa eſt tota, ejuſque veſtigia ad mare conſpiciuntur. In ea tamen urbe, ſeu oppidulo conſtitutus eſt Epiſcopus, ut liquet ex ſubſcriptionibus ſextæ Romanæ Synodi ſub Symmacho A. D. 504. in qua ſedit *Adonius Graviſcæ*.

Lib. IV. §. XXXI. pag. 210.
Concil. to. IV. pag. 1377.

XXIX. Epiſcopi Tarquinienſes.

Proxima his eſt Tarquinia, vulgo *Tarquena*. Antiquitatem longe magnam præſefert, de qua Græci, & Latini ſcriptores in Cluverii Italia antiqua. De eadem etiam tabulæ Peutingerianæ, & Anonymus Ravennas. En hujus urbis Epiſcopi. *Apulejus* A. D. 465. in Concilio Hilari Papæ. *Projectitius* in Concilio Felicis III A. D. 487. *Lucianus* in prima Synodo ſub Symmacho A. D. 499. Tarquiniæ, barbaris eam regionem deprædantibus, ſolo ferme æquatæ ſunt. Leo enim IV. Virobono Epiſcopo Tuſcanenſi confirmavit anno ſexto Pontificatus *Plebem Sanctæ Mariæ, quæ poſita eſt in Terquinio*.

Lib. II. cap. II. pag. 518
Lib. II. §. XXXVI. pag. 221
Concil. to. IV. pag. 1060.
Ibid. pag. 1149.
Ibid. pag. 1315.
Epiſt. Innocentii III. a edit. lib. X. epiſt. 141.

XXX. Epiſcopi Tuſcanenſes.

Opportunè porro agendum nobis eſt hoc loco de Tuſcanenſi Eccleſia, quæ celebres Præſules obtinuit. Tuſcanenſes in veterum ſcriptorum monumentis memorantur a Plinio, a quo inter oppidanos Etruriæ adſcribuntur: deinde apparet eorum oppidum *Tuſcania* in tabulis itinerariis, ac apud Anony-

Lib. III. cap. V.

Lib. iv. ſ. xxxvi. pag. 121.

nymum Ravennatem, ubi corrupte *Tuſiana*, pro *Tuſcania* habetur. Langobardis in Tuſcia conſiſtentibus, Tuſcaniæ *Caſtaldus* (ita enim barbari illi regionum & urbium præfectos nominabant) præerat. Horum juriſdictio tamen in plebem tantum erat, non autem in nobiles. De Raningo Caſtaldo Tuſcanenſi c. A. D. 742. mentionem injecit Anaſtaſius in Zacharia I. qui juſſu Luitprandi regis obſequium præſtitit eidem Zachariæ. Nullum Tuſcanenſem Præſulem ante S. Gregorii ætatem, qui ſeriem Epiſcoporum contexerunt, nobis hactenus prodiderunt. Primus enim ſtatuitur *Urbanus*, ſeu *Virbonus* Epiſcopus Eccleſiæ *Tuſcanis*, qui Synodo Lateranenſi ſub S. Gregorio A. D. 601. ſubſcripſit. *Maurus* interfuit Synodo Lateranenſi a Martino I. coactæ A. D. 649. *Gedemundus*, ſive *Gaudemundus* in Synodo Eugenii II. A. D. 826. Jungendus his *Virbonus* in novis Italiæ Sacræ additamentis omiſſus, cui Leo IV. anno ſexto Pontificatus, nempe Chriſti 852. Eccleſiæ ſuæ privilegia confirmavit. Lucem aſpexit hoc diploma in nova editione epiſtolarum Innocentii III. Stephano Baluzio curante. Succeſſit *Johannes*, qui adſuit Concilio Romano Leonis IV. A. D. 853. celebrato, & convenit ad Concilium Romanum ſub Nicolao I. A. D. 861. ut ex ipſis ſubſcriptionibus patet, quas una cum actis hujus Synodi primus vulgavit ex tabulario Cathedralis Eccleſiæ Mutinenſis vir cl. Benedictus Bacchinius in appendice ad Agnellum. *Johannes* iſte Legatus Johannis Papæ VIII. præfuit Concilio Pontigonenſi A. D. 876. qui ante ceteros Patres in hunc modum ſubſcripſit: *Johannes Tuſcanenſis Epiſcopus, Legatus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & domni Johannis ſummi Pontificis & univerſalis Papæ, in his quæ ſupra ſcripta interfui,*

Concil. tomo v. pag. 1609.

Concil. tomo vi. pag. 78.

Concil. to. viii. pag. 103.

Lib. x. Epiſt. 142.

Concil. to. viii. 121. pag. 123.

pag. 89.

Concil. tomo ix. pag. 285.

ſui, conſenſi, & ſubſcripſi. Johannes alter Tuſcanenſem Eccleſiam regebat A.D. 897. quo non interfuit, *ſed poſtea ſubſcripſit coactè* Synodo Romanæ habitæ a Stephano Papa VI. adverſum Formoſum Pontificem.

Mabillon. Muſ. Ital. to. 1. Pal. pag. 26.

Benizo A.D.1033. infulis Tuſcanæ Eccleſiæ donatus eſt. His enim verbis ſubſignavit diploma Benedicti IX. eo anno datum pro Eccleſia Silvæ candidæ: *Benizo presbyter & vicedominus Sanctæ Rufinæ, & deſignatus gratia Dei Epiſcopus Tuſcanenſis*.

Vghellus to. 1. pag. 115.

Idem quoque ſubſcripſit diplomati ejuſdem Benedicti IX. A.D.1044. in cauſa Poponis Aquileienſis, & Urſonis Gradenſis Patriarchæ, ac etiam Synodo Romanæ Leonis IX. circa A.D 1049. celebratæ.

Ibid. to V. novæ edit. pag. 115.

Mabillon Annal. Bened. to. IV. pag. 739.

Vulgatis catalogis adſcribendus eſt *Giſelbertus*, qui A.D. 1080. Canonicorum collegium in Eccleſia Sanctæ Mariæ novæ Viterbienſis confirmavit, cujus rei memoria, in lapide a me exſcripto, in eadem Eccleſia legitur. Deinde vetera monumenta *Riccardum* produnt, quo ſedente, conjunctæ ſunt ſedes Centumcellenſis, & Bledana Tuſcanenſi Eccleſiæ, ut ex diplomate A.D.1086. & ex epigraphe in teſtudine Eccleſiæ S. Petri Tuſcanenſis, quæ eſt hujuſmodi: ✠ *Riccardus Preſul Tuſcanus, Centumcellicus, atque Bledanus* ✠ *Sit Riccordus Paradiſi ſede paratus* ✠ *Ego Petrus Presbyter hoc opus feci juſſi* ✠ *Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo* III.

Vghellus to. V. pag 1545.

Nec pretereundus *Petrus*, qui A.D.1126. interfuit confirmationi privilegiorum ab Honorio II. indultorum Piſanæ Eccleſiæ.

Vghellus to. III. pag. 445.

Hiulca deinde eſt Epiſcoporum ſeries uſque ad *Cencium* Tuſcanenſem, qui ſubſcripſit inter Epiſcopos Provinciæ Romanæ Concilio generali Lateranenſi III. A.D.1179. ab Alexandro III. celebrato. Cenſio ſufficitur *Johannes*, cujus nomen comparet A.D.1188. in privilegio Henrici VI. Imperatoris pro Monaſterio S. Pauli de

E Ur-

Urbe. Johannes porro inter S. R. E. Cardinales tit. S. Clementis adſcriptus eſt a Clemente III. ſiquidem diplomati Clementis III. quo confirmat bona, & poſſeſſiones allodii Comitis Sulzabachii, dato II. Idus Septembris, indict. VIII. A.D. 1189. in hæc verba ſubſcribit: *Johannes tit. S. Clementis Card. & Tuſcanen. Epiſcopus*. Anno vero 1188. Petrus presbyter Card. tit. S. Clementis erat, qui hoc ipſo anno V. Kal. Novemb. ſubſcripſit diplomata Clementis III. pro Eccleſiâ Montis regalis in Sicilia. Hic idem Johannes Tuſcanenſis Epiſcopus Cluniacenſi Monaſterio in civitate Tuſcanenſi cappellam donavit: quam quidem donationem Clemens III. & poſtmodum Innocentius III. confirmarunt. A.D. 1191. *Johannes tit. S. Clementis Card. Tuſcanus Epiſcopus* ſua ſubſcriptione ſignavit diploma Cœleſtini III. datum idibus Junii Pontificatus anno primo pro Monaſterio S. Clementis in inſulâ Piſcariæ. Eodem quoque anno V. Kal. Auguſti ſubſcripſit privilegio ab ipſo Cœleſtino III. Cluniacenſibus conceſſo, ubi mendoſe *Tuſculanus*, pro *Tuſcanus* legitur, quemadmodum & in alio diplomate anni 1193. III. Kal. Octobris pro Eccleſiâ Theanenſi. Contigit autem, ut ſub hoc eodem Johanne a Cœleſtino III. c. A.D. 1193. Tuſcanenſis Eccleſia Viterbienſi jungeretur. Id elicitur ex Innocentio III. & ex ſubſcriptionibus diplomatis a Cœleſtino A.D. 1193. VIII. Idus Martii dati pro Monaſterio S. Laurentii de Averſa, ubi: *Johannes tit. S. Clementis Card. Viterbien. & Tuſcanen. Epiſcopus* una cum ceteris Sacri Senatus Cardinalibus ſubſcripſit. Inter Cardinales autem, qui Cœleſtino III. canonizationem S. Johannis Gualberti celebranti A.D. 1193. adſtiterunt, enumeratur a Gregorio Abbate S. Michaelis Archangeli de Paſſiniano

Chriſtophorus Gewold. in Metropoli Salisburgenſi to. III. pag. 87.

Michael de Induc in deſcriptione templi Montis regalis pag. 14. 57. & 59.

Bullar. Cluniac. pag. 402.

Ughellus to. 7. pag. 318.

Bullar. Cluniac. pag. 91.

Ughellus to. 1. pag. 707.

Epiſt. CCXXIX. lib. 2. novæ edit.

Bullarium Caſin. to. 2. pag. 221.

in

in epiſtola de canonizatione ejuſdem S. Jo: Gualberti: *Johannes Lombardus, olim Tuſcanenſis Epiſcopus S. Clementis presbyter Cardinalis*. Adfuit quoque Johannes dedicationi Eccleſiæ S. Laurentii in Lucina, ab ipſo Cœleſtino A. D 1196. die 26. Maji conſecratæ. De ea porro exſtat ibi inſcriptio, quam hoc anno in magnis Annalibus profert Baronius; viſitur enim inter alios Epiſcopos *Johannes Biterbienſis*. Anno 1197. *Jo. tit. S. Clementis Card. Viterbien & Tuſc. Epiſcopus* ſubſignavit privilegium Cœleſtini III. pro Monaſterio Montis Virginis. Sequenti vero 1198. Innocentii III. diploma ſubſcripſit pro Eccleſia Archiepiſcopali Montis regalis in Sicilia. Johannem demum Epiſcopum Albanenſem renunciatum, tradunt Ughellus in Epiſcopis Viterbienſibus, & Ciaconius in vita, ac diem obiiſſe A.D. 1210. Id ego neque negare, neque affirmare auſim; illud compertum eſt Viterbienſi, & Tuſcanenſi cathedris præfuiſſe Raynerium A. D. 1206. quod nos clare docet lapis dedicationis Eccleſiæ S. Mariæ Majoris Tuſcanenſis, ubi hoc monumentum ſcalptum eſt:

Bolland. Iul. to. III. pag. 337. § 135.

Bullar. Roman. to. I. pag. 70.

Bullarium Caſin. to. II. pag. 25. Michael de Iudice in appendice monument. Eccleſiæ Montis regalis pag. 64.

Virginis & matris regis cæleſtis honores
Raynerius Præſul Tuſcanus convocat octo.
Nonus Pontifices tenuit, mora nulla vocatis.
Conveniunt, ſacrantque locum ſolemniter iſtum
Petrus Sutrinus, Caſtellanus Romanus
Et Nepeſinus Gerardus, & Urbevetanus
Matthæus, Burgundio Balneoregenſis
Nec Rolandus abeſt Caſtrenſis, & hi ſimul omnes
Cum fide continua ſiſi pietate tonantis,
Sanctorum meritis indulgent omnibus his, qui
Si ſibi collatis a Chriſto participare
Eccleſiam Domini facient hanc quatuor annos

 Pro

Pro peccatorum venia cuicumque ſuorum.
Sit tantum in cura poſitis confeſſio pura.
Annus erat Chriſti ſextus cum mille ducentis
Octobris ſexta, ſed non de fine dierum.
Tunc celebrata maneat, ſacrata tempora feſti.
Hæc Petrus prior Eccleſiæ cum fratribus ejus
Cæpit, perfecit in honorem Dei Genitricis.
Hæc eſt ergo pia juvet illum Virgo Maria. Amen
Ferre ſuos oculos Lector hæc carmina ſedem,
Parce precor peccant, ſi pede lapſa ſuo.

Eadem deinceps a Johanne Card. & Tuſcanenſi Epiſcopo eſt Tuſcanenſium ac Viterbienſium Præſulum ſeries; quandoquidem invicem hæ Eccleſiæ conjunctæ fuere, ac nunc Viterbienſis Diœceſis octo Epiſcopales cathedras complectitur.

XXXI. *Epiſcopi Bulcentini, quibus ſuccedunt Caſtrenſes.*

In Cluver. pag 40.
In Carolum a S. Paulo pag 7.
(a) *Dialog. lib. III. cap. XVII.*

Si e Tuſcania iter deflectamus ad viam Aureliam verſus mare, medio ferme loco inter montem acutum, & montem altum, veſtigia *Bixentinæ*, vel Bulcentinæ, ſeu Vulcentinæ Eccleſiæ invenimus. Bixentiam Epiſcopali ſede ornatam olim fuiſſe, recte arguit Holſtenius, quòd S. Gregorius de (a) *Bixentina Eccleſia* in partibus Aureliæ mentionem faciat: & recte quidem ex voce *Eccleſiæ Bixentinæ*, illius Epiſcopalem cathedram Holſtenius conjicit, prout etiam jure obſervat, hunc Gregorii locum, perperam ad *Buxentinos* in Lucania detorqueri. Vulgaris opinio fert, Bulcentinam cathedram fuiſſe Caſtrum tranſlatam. Primus, qui obvius inter Caſtrenſes in Epiſcopatuum catalogis ſe offert, *Jordanes* habetur, cujus ſubſcriptio comparet in Concilio Romano Leonis IV. A.D.853. Hinc emendandus Ughellus veteris editionis, qui primum Caſtrenſem Epiſcopum, poſt Volſciæ excidium, Bernardum conſtituit.

Concil. to. VIII. pag 123.
Ughellus to. 1. pag. 638.

Ad-

by Google

Addendus eſt etiam vulgato ab ipſo Vghello catalogo Caſtrenſium Epiſcoporum, *Johannes*, qui A.D.969. ſubſcripſit diplomati inſtitutionis Archiepiſcopatus Beneventani. Cuivis patet, Caſtro exciſo, Aquam pendentem fuiſſe Epiſcopalem cathedram deductam.

Concil. to. 11. pag. 1240.

XXXII. Valentanum ſedes Epiſcopalis.

His enarratis, per mediterraneam Tuſciæ ſuburbicariæ plagam divagari oportet, atque ab alia ſede Epiſcopali antiquata auſpicari. Valentano, cujus oppidani penes Plinium ſunt *Verentani*, licet caſtri nomen vtI. ſæculo obtineret; Epiſcopum datum videmus; nam *Cuſtoditur* Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ *Caſtro Valentinæ*, poſt Volſinenſem & Cluſinum Epiſcopus ſubſcripſit epiſtolæ Synodicæ Agathonis Papæ A.D. 680. Hunc autem Valentani caſtri Epiſcopum agnoſcit Holſtenius. Perperam vero Harduinus in indice Geographico, Latio Valentanum adſcribit.

Lib. 3. cap. 5.

Concil. to. 7. pag. 704.

XXXIII. Epiſcopi Volſinienſes.

Nullus porro de Volſinienſi Epiſcopatu ambiget, quippe quia Volſinium inter validiſſimas duodecim Etruriæ urbes, antiquitatis laudibus ſummopere a priſcis ſcriptoribus celebratur. Tres tantum hujus urbis Epiſcopi nobis in vulgaris monumentis ſuperſunt, nimirum *Gaudentius* in Concilio Romano I. ſub Symmacho A.D.499. *Claudius* in Synodo S.Gregorii Magni A.D. 601. & *Agnellus* in Synodica Agathonis A. D. 680.

Cluver. lib. 2. cap. 2. pag. 516.

Concil. to. 5. pag. 1315.

Ibid. to. 6. pag. 1609

Ibid. to. 7. pag. 704.

XXXIV. Epiſcopi Caſtelli Felicitatis deteguntur, & civitati Caſtellanæ aſſignantur.

pag. 77.

Quandoquidem Tuſciam excurrimus, agendum eſt de Epiſcopis Caſtelli Felicitatis, & inveſtigandum, cui urbi hi aſſigendi ſint. Hactenus eruditorum diverſæ, diſtractæque fuere ſententiæ. Coſmus de la Rena in ſerie antiquorum Ducum, & Marchionum Tuſciæ dubius hæret, num Caſtellum Felicitatis ſit Tifernum Tiberinum, Caſtrum, an civitas Caſtellana. Illud in primis certum eſt, Caſtellum

Fe-

Felicitatis in Tuſcia Langobardorum fuiſſe, atque Romanæ Eccleſiæ ex incolarum deditione, & Caroli Magni munificentia acceſſiſſe. Alterum enim teſtatur donatio Ludovici Pii, his verbis: *Item in partibus Tuſciæ Langobardorum Caſtellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum regis, Ferenti caſtrum, Viterbium, Martam, Tuſcaniam, Populoniam, Soanam, Roſellas.* Alterum vero confirmat Hadrianus I. A.D. 776. ad

Epiſt. 2. Carolum M. ſcribens, ac rogans, ne permitteret Raginaldum Ducem Cluſinum, qui prius Caſtelli Felicitatis Caſtaldio fuerat, amplius in Tuſciæ partibus morari: *eò quod plurima mala per ſuas iniquas ſummiſſiones ſpirituali matri veſtræ ſanctæ Dei Eccleſiæ, & nobis ingerere non deſinit, dum omnino ea, quæ B. Petri Principi Apoſtolorum a veſtra Excellentia, pro animæ veſtræ mercede oblata ſunt, per ſuum iniquum argumentum abſtollere anhelat, & in ſuo proprio ſervitio ea habere deſiderat. Unde & per ſemetipſum in camdem civitatem noſtram Caſtelli Felicitatis properans, eoſdem Caſtellanos abſtulit.* Anaſtaſius autem in ipſo Hadriano I. narrat, habitatores de Caſtello Felicitatis, poſt victoriam Caroli de Langobardorum rege Deſiderio relatam, Hadriano ſeſe tradidiſſe. His ergo præmiſſis, patet Caſtellum Felicitatis, ſecus ac arbitratus eſt Ughellus, diſtinguendum a Tiferno, ſeu civitate Caſtelli, atque adeo expungendos eſſe ab ea ſede, Epiſcopos Caſtelli Felicitatis, quos illi aſſignat; qua de re eum

Annal. Franc. A.D. 776 §. 11. etiam reprehendit Carolus Cointius. Ego vero ſtatuo Caſtellum Felicitatis eſſe ipſam civitatem Caſtellanam, quod a multis etiam eſt traditum, ſed nullâ veterum monumentorum auctoritate. Quod autem Epiſcopi Caſtelli Felicitatis civitati Caſtellanæ attribuendi ſint, meam ſententiam inibis, ſi leges ea,

quæ

quæ nunc in lucem profero. Qui primus Epiſcoporum Caſtelli Felicitatis titulo inſignitus innoteſcat, *Stabilis* appellatur, qui Synodo Romanæ Eugenii II. A. D. 826. interfuit. Alter eſt *Rodericus*, qui Concilio Romano Leonis IV. A. D. 853. ſubſcribens, *Caſtellanæ* Epiſcopus dicitur; idemque *Rodericus* in Synodo item Romana Nicolai I. A. D. 861 *Rodericus Caſtello-felicitatis* appellatur. En igitur ex involucris extricati hi Epiſcopi, planumque eſt, idem eſſe Epiſcopum *Caſtelli Felicitatis*, atque *Caſtellanum*. Anceps hæſeram aliquando, antequam in hanc ſententiam venirem, quòd videram ab Ughello, ac a novis editoribus Italiæ Sacræ, *Stabilem Caſtelli Felicitatis* Epiſcopum in ſerie Tifernatium collocari; ac primum civitatis Caſtellanæ Epiſcopum *Creſcentianum* A. D. 998. conſtitui. Verum dubitationem omnem mihi ſuſtulit antiqvus lapis Eccleſiæ cathedrali civitatis Caſtellanæ affixus, quem V. C. Franciſcus Blanchinus exſcripſit, atque mecum ſumma humanitate communicavit. Dignus profecto eſt, qui hic locum habeat. Deſignantur enim in hoc lapide fundi ejdem Eccleſiæ addicti A. D. 871. a *Leone* Epiſcopo, forte Roderici ſucceſſore; atque excommunicationis pœna infligitur Epiſcopis futuris, Tribunis, Comitibus, ac quibuſcumque de Clero & populo, qui alienationi prædiorum, ibi recenſitorum, & Beatæ Mariæ Virgini oblatorum, cui cathedralis Eccleſia dedicata eſt, conſenſerint. Lapis a Præſule Illuſtriſſimo Blanchino deſcriptus, hujuſmodi epigraphen continet:

Conc. l. to. viii. pag. 103.

Ibid. pag. 123.

Bacchini appendix ad Agnellum pag. 80

Ughellus to. 1. pag. 118.

Ibid. pag 636.

¶ BEA-

✠ BEATA·DI GENETRIX·SEMPER VIRGO·MARIA
DE TVA TIVI DONA LEO INDIGNVS·EPC·TE
LARGIENTE·REPARAVI ET·SI QVIS EX SVCCESSO
RIB·NOSTRIS QVI POS·NOS·BENTVRI SVNT·EPCOPI
EX EA QVOD HIC SCRIPTA SVNT ALIENARE VOLVERIT ANATEMA
SIT·ET DE TRIBVNIB VEL COMITIB·CLERO AVT POPVLO
QVI CONSENSERIT ANATEMA SIT·A·DCCCLXXI
FVND·CASSIANVM IN INTEGRVM
FVND·STATILIANVM·IN INEGRVM
FVND MAC····TIONE VT SIT SEMP IN SCM GRATILIAM
CLVSVRA POMATA IN AMPIANA SVB BALNEVM
CVM MOLA ET ORTVM QPADE VNTE SOMNIA IN INEGR
OLIVITV IN FVND ASELLV NVCITV SIVE IN ALARI
FVND TERRIANI VNCIAS OCTO
FVND TIBILLANV VNC OCTO FVND MARTA VNC OCTO
FVND ASELLV IN INEGR FVND MITILIANV IN INEGR
DOMVCELLA QPANTE SCM CLEMENTE CVM ORTV A SNATE DOMV
CELLA CVM ORTV E CVRE VBI MANET ALARICVS PRB·VT SIT SEMP SVA
AMBAS DE MANSIONARII FVND BASSIANI VNCIAS IIII

a Blanchinus interpretatur ſiglas Q. P. qui ponitur.

Præclarum hoc monumentum Epiſcopatum Eccleſiæ Caſtellanæ vindicat; neque ex translatione, aut ruinis ſedis Falariranæ initia cathedræ Caſtellanæ ſtabilienda ſunt, ut Famianus Nardinus conjecit. Quæ *De antiquo Veio l.1. cap.vi.* quum ita ſint, ad hanc Caſtellanam Eccleſiam pertinere nobis videtur *Ingizo Caſtellanæ Eccleſiæ Epiſcopus*, qui ex chronographo, apud Chriſtophorum Brovverum in annalibus Trevirenſibus ad A.D. 969. ſubſcripſit una cum multis Præſulibus, juſſu Johan- *Lib. x. §. xi.* nis XIII. cuidam permutationi inter Attonem Archiepiſcopum Moguntinum, & Hildeuvardum Alberſtadienſem Epiſcopum. Fortaſſe idem *Ingizo* vixit uſque ad A.D. 998. ſubſcriptus enim invenitur *Ingizo Caſtellanus* in Concilio Romano Gregorii V. eo anno *Concil. to. xi. pag. 774.* habito. Hæc non longa digreſſio, veniam poſtulat, quia ex eâ lucem obſcuris rebus afferri, nemo non videt.

XXXV. Epiſcopi Ferentini in Tuſcia.

Exciſarum urbium mentio, & inſtitutæ methodi ratio monet, ut de Ferentinis Epiſcopis in Tuſcia aliquid producamus. Nullus ignorat Ferentum haud ignobilem urbem fuiſſe, de qua Horatius, (*a*) Vitruvius, (*b*) Plinius, (*c*) Suetonius in Othone, (*d*) & Frontinus de coloniis. At ut rerum humanarum vices ferunt, bellis inteſtinis fortaſſe quaſſata, inter oppidula amandatur a Strabone, in quem cenſum nimirum confert Bleram, Faleriam, Faliſcam, Nepete, Statonium, aliaſque civitates, quæ ibidem πολίχνια ab eo appellantur, nos *oppidula* dicimus. Suis tamen Ferentum priſcis ſæculis ornata fuit Epiſcopis. Argumento ſiquidem ſunt *Maximinus Ferentienſis* in Concilio Romano A.D. 487. ſub Felice III. in quo etiam ſpectatur *Baſſus* Epiſcopus *Ferentinus*, ut intelligamus *Maximinum* Ferento in Etruria adſignandum eſſe. Lucas Holſtenius Baſſum

(*a*) *Lib. 1. epiſt. xvii. v. 8.*
(*b*) *Lib. ii. cap. vii.*
(*c*) *Lib. iii. cap. v.*
(*d*) *Cap. 1.*
Lib. v. pag. 226.
Concil. to. iv. pag. 1145.

In Carolum a S. Paulo pag. 5. Ferentii Epiſcopum, & Maximinum Ferentini ſtatuit, neſcio vero quibus codicibus fretus; nam in
Concil. to. IV. pag. 1149. editis clare conſpiciuntur *Maximinus Ferentanenſis*, & *Baſſus Ferentinus*, qui Baſſus *Ferentinus*, ſeu *Eccleſiæ Ferentinæ* Epiſcopus occurrit in Synodo Sym-
Ibid. pag. 1314. Nova collectio Concil. Baluzii pag. 1460. Concil. to. IV. pag. 1326. 1377. machi A.D. 499. *Innocentium* item Ferentinatem, qui in eiſdem Symmachi Conciliis A.D. 501. & 504. ſedit, Ferento in Etruria aſſignat, quum ex ipſius vocabuli inflexione Ferentino in Latio dandus ſit. Lubenter vero admiſerim *Servum Dei*, Ferentenſem, quem Holſtenius ex MS. Vaticano in lucem eruit, Synodo Palmari interfuiſſe. At enim *Servi Dei* ſubſcriptio abeſt a Synodo Palmari: nomen tan-
Ibid. pag. 1334. B. tum ſupereſt initio conſtituti una cum nominibus aliorum Epiſcoporum. In Synodo tertia anni 501. *Servus Dei Veronenſis* legitur; quare ſuſpicor in codice Vaticano *Veronenſem*, pro *Ferentenſem* legendum. Nec mihi perſuadet, dum accenſet Ferentenſi
Concil. to. VIII. pag. 122. Eccleſiæ Adrianum, qui A. D. 853. interfuit Synodo Leonis IV. Ibi enim legitur *Adrianus* Epiſcopus *Ferentinate*, cur a Ferentinis in Latio expungendus, quum Ferenti cathedra alio jampridem commigrarit, ut mox videbimus?

Floruit in Ferentienſi ſede circa Juſtini Imperatoris ætatem *S. Bonifacius*, cujus nomen, ac miracu-
Dialog. lib. 1. cap. IX. la S. Gregorius poſteritati commendavit. De S. Bonifacio Epiſcopo Ferentienſi agit quoque martyrolo-
Die XIV. Maji. gium Romanum. *Martianus Epiſcopus civitatis Ferentis* ſubſcriptus legitur in Synodis ejuſdem S. Gregorii Romæ celebratis A. D. 601. in quibus etiam
Concil. to. V. pag. 1603. apparet *Luminoſus Epiſcopus civitatis Ferentino* in Latio. Translati ſedes non multo poſt Polymartium exiſtimatur, quoniam in Synodo Lateranenſi
Concil. to. VI. pag. 78. A. D. 649. hoc pacto ſubſcripſit *Bonitus Ferentos-Polymartio Epiſcopus*.

De

XXXVI. Epiſcopi Polymartienſes.

De Epiſcopatu vero Polymartii, vulgo *Bommarzo*, cur ſupercilia non contrahent, qui niſi in claris urbibus Epiſcopales cathedras volunt, quum nuſquam ejus nomen apud veteres Romanos ſcriptores, ne fando quidem, audiverimus? Primus de eo, quod hactenus compertum ſit, meminit liber Pontificalis in vita S. Gregorii Papæ, ubi narratur Romanum Patricium, exarchum Ravennatem, dum Româ Ravennam rediret, recuperaſſe civitates, *quas Langobardi tenebant, ideſt Sutrium, Polymartium, Hortas, Tudertum, Ameriam, Peruſiam, Luceolis, & alias multas*. Huic adſtipulatur Paullus Diaconus, qui eadem omnino ſcribit. Anaſtaſius item Bibliothecarius in Zacharia literis conſignavit, a Luitprando Langobardorum rege ablatas fuiſſe Gregorio III. Romano Pontifici civitates quatuor in Romano ducatu, nempe Ameriam, Hortas, *Polymartium*, & Bleram, quæ ipſi Zachariæ reſtitutæ fuerunt. Anaſtaſius ibidem Polymartium, *caſtrum* pro more ſuo vocat; nam familiare ei eſt *caſtrum* pro *civitate* uſurpare. Itaque primus in geſtis Conciliorum Polymartienſis Epiſcopus eſt *Bonitus*, qui in Synodo Lateranenſi Martini I. A.D. 649. & *Ferentos-polymartio*, & *Sanctæ Ferentii-polymartiæ Eccleſiæ Epiſcopus* inſcribitur. *Barbatianus Sanctæ Eccleſiæ Polymartienſis provinciæ Tuſciæ* Epiſcopus interfuit Concilio Romano Agathonis A.D. 680 & Synodicæ epiſtolæ ſubſcripſit. Barbatianum ex Conciliorum actis *Majorinus* ſequitur, qui poſtremo loco inter Italiæ Epiſcopos ſedit in Concilio Romano Gregorii II. A. D. 721. *Johannes Polymartienſis* adfuit Concilio Romano Zachariæ Papæ A. D. 743. *Agatho* A. D. 826. ad Concilium Eugenii II. Romæ habitum convenit. *Grimoaldus* Polymartienſis in Bulgariam

Baronius A.D. 598.

De geſtis Langobard. lib. IV. cap. VIII.

Concil. to. VI. pag. 78. & 363.

Ibid. pag. 708.

Concil. to. VI. pag. 1418.

Ibid. pag. 1551.

Ibid. to. VIII. pag. 103.

F 2 præ-

prædicandi cauſſa deſtinatus a Nicolao I. Romano Pontifice, A. D. 867. eò miſſus eſt ab Hadriano II. cujus legationis, & Grimoaldi paſſim meminit Anaſtaſius in eodem Hadriano II. Notatus infamiâ, quòd

Baron. A. D. 871. a Bulgaris dona accepiſſet. Neſcio vero, cur omiſſus ſit iſte Grimoaldus in vulgatis hactenus Polymartienſium Epiſcoporum catalogis. Nulla eſt exinde in Eccleſiaſticis monumentis hujus ſedis memoria uſque ad annum 948. quo *Marinus* Polymartienſis Apoſtolicæ ſedis Vicarius, & Agapeti Papæ II. Apocriſarius præfuit Conciliis Engilenheimenſi, ac Trevirenſi.

Concil. tom IX. pag. 623 & ſeq. Poſtremus Polymartii Epiſcopus *Lambertus* creditur, qui interfuit Synodo Romanæ Benedicti VIII. A.D. 1015. exinde enim Polymartienſem

Ibid. pag. 835. Eccleſiam cum Caſtellana coaluiſſe ferunt.

XXXVII. Epiſcopi Balneoregienſes.

Dimiſſis ergo Epiſcopis Polymartienſibus, paullo ſuperius progreſſi, de Balneoregenſibus inquiramus. *Balneum regis* intactum omnino eſt antiquis omnibus Latinis ſcriptoribus. Prima hujus mentio eſt apud S. Gregorium, qui ad Eccleſium Epiſcopum

Lib. VIII. epiſt. XXXIV. Cluſinum ſcribens, Johannem diaconum electum Epiſcopum *caſtri Balneoregis* memorat. Itaque ubi primum in urbis amplitudinem ſe extulit Balneum regis, Epiſcopalis ſedes evaſit, ac ad hunc uſque diem ſuos Epiſcopos obtinet. De Balneoregis porro Anonymus Ravennas, (*a*) & Paullus Diaconus (*b*) meminere. Romanæ Eccleſiæ acceſſit ex donatione Pippini, & Caroli Magni: quam in rem facit epiſtola XIII. Hadriani I. ad eumdem Carolum: *Sed ſicut in partibus Tuſciæ civitates*, inquit, *Id eſt Suanam, Tuſcanam, Biternam, & Balneum regis, ceteraſque civitates, cum finibus, & ſervitariis earum beato Petro offerentes condonaſti &c.*

(a) *Lib.* IV. §. XXXVI. *pag.* 22.
(b) *De geſtis Langobard. lib.* IV. *cap.* XXXIII.

Concil. to. VI. *pag.* 1786.

Quandoquidem de Suana mentio incidit, obiter

ter quoque monendum duximus, hanc urbem, ut ſingulæ aliæ hujus tractus, ſuis Epiſcopis antiquitus inſignitam, qua de re adeundus eſt Ughellus in Suanenſibus. Locorum ſitum ſequentes, extrema ad Paliam eſt *Urbs vetus*, quæ *Herbanum* Plinii creditur. Notius eſt illius nomen ex Procopio, quamquam corrupte *Urbiventum* eam dicat, ex Anonymo Ravennate, & ex Paullo Diacono, locis nuper laudatis. Hujus urbis Epiſcopos agnoſcimus quoque ex S. Gregorio in epiſtola ad Johannem Epiſcopum de Urbe veteri data. Nemo ignorat, ac ſingulares hiſtoriæ teſtantur, poſterioribus ſæculis, ob præclaras in hac urbe res geſtas, ac Romanorum Pontificum ſeceſſum, atque nobilium familiarum præſtantiam, Urbis veteris nomen celebrari.

XXXVIII. De Epiſcopali ſede Suanenſi, & Urbevetana obiter agitur.

Lib. iii. cap. xv.

De bello Gothico lib. ii. cap. xi. & xx.

Lib. i. epiſt. xiv.

Hinc iter deflectentes ad Tiberim, Horta prima ſe obiicit, de cujus Epiſcopis præſtat omnino ſilentium tenere, quum hanc ſpartam diligentiſſime, ac uberrime ornarit vir clariſſimus, honoris, ac obſervantiæ cauſſa a me ſemper nominandus, Juſtus Fontaninus, nunc Archiepiſcopus Ancyranus in præclaro opere de antiquitatibus Hortæ, ubi Hortanum primum Epiſcopum ſtatuit *Sanctum Caſſianum* anno vulgari 363.

XXXIX. Hortana cathedra.

Lib. ii. cap. vii & vii.

Agamus igitur de Epiſcopis Falaritanis, quoniam Falaris decimo lapide ab Hortana colonia diſtabat, cujus ruinæ adhuc ſuperſunt, nomenque loco *Falari*, ut oculatus teſtis Holſtenius perhibet. Vix autem ſingula, quæ reſtant Falarenſium Epiſcoporum nomina, Falari in Etruria addici poſſunt, quum ob nominis ſimilitudinem, facile cum *Faleria*, ſive *Falaria* Piceni confundi poſſint. *Johannes* Epiſcopus civitatis *Falerinæ* habetur in Synodo S. Gregorii A. D. 601. *Caroſus Faralitanus*, vel *Falaritanus* con-

XL. Epiſcopi Falaritani.

In Cluver. pag. 57. & 59.

Concil. to. v. pag. 1608.

Concil. to. xi pag. 78. & 362. conſpicitur in Synodo Lateranenſi Martini I. anno æræ chriſtianæ 649. Certus Falari in Etruria Epiſco-
Ibid. pag. 708. pus eſt *Johannes*, qui Synodicæ Agathonis his verbis ſubſcripſit: *Johannes Epiſcopus Sanctæ Eccleſiæ Falaritanæ provinciæ Tuſciæ*. Item *Tribunitius in-*
Ibid. pag. 1458. *dignus Epiſcopus Eccleſiæ Phalaritanæ* in hac ſede collocandus mihi videtur, quoniam Concilio Romano A. D. 721. ſub Gregorio II. cui ſubſcripſit, ſoli Epiſcopi Campaniæ in Latio, & Etruriæ interfuerunt, ac poſt Sutrinum Epiſcopum ſubſcribat. Neque ab
Ibid. pag. 1550. horum ſerie ablegandus *Johannes Fallaritanus*, qui inter Tuſciæ Epiſcopos poſt Mauritium Hortanum recenſetur in Synodo Zachariæ Papæ A. D. 743.
Concil. to. viii. pag. 103. celebratæ. *Hadrianum* Falaritanum in Concilio Romano Eugenii II. A. D. 826. huic ſedi deſtinare pla-
Ibid. pag. 123. cet. *Johannes Epiſcopus Falaritanæ* in Synodo Romana Leonis IV. A. D. 853. & anno 861. in Conci-
Bacchinii appendix ad Agnellum pag. 90 lio Nicolai Papæ I. ſuffragium tulit. Idem interfuit anno 869. Concilio Romano Hadriani II. contra Photium. *Phalarenſis* Epiſcopi locus, conſumto de
Concil. to. viii. pag. 1095. codicis ætatem nomine, exſtat poſt Johannem Gal-
Concil. to. x. pag. 642. leſienſem in Conciliabulo Romano A. D. 963. quo Johannes Papa XII. depoſitus eſt. Diploma Benedi-
Bullar. Cluniacenſe pag. 6. cti VII. pro Monaſterio Cluniacenſi A. D. 978. datum eſt *per manum Johannis Epiſcopi Falaritanæ Eccleſiæ*. *Creſcentius Phalaritanus* inter Epiſcopos Tuſciæ comparet, in Synodo Romana Benedicti VIII.
Concil. to. ix. pag. 835. A. D. 1015. *Creſcentius* item *Fallarenſis*, poſt Landovinum Ortenſem, nominatur in documento, edito in Synodo Romana pro Monaſterio S. Petri de Peru-
Ibid. pag. 1351. ſio ſub Benedicto IX. A. D. 1037. Conjuncta autem tunc fuerat Falaritana ſedes Caſtellanæ Eccleſiæ; nam in Bulla Benedicti IX. pro Eccleſia Silvæ candidæ
Vghellus to. 3. pag. 125. A. D. 1033. legitur *Benedictus Sanctæ Fallaritanæ*

& Ca-

& Caſtellanæ Epiſcopus; quare puto, Benedicto vita functo, Creſcentium ſuffectum, & pro more quandoque uſurpato, omiſſa Caſtellanæ ſedis mentione, Falaritani nomen tantum adhibuiſſe.

XLI. Epiſcopi Galleſenſes.

Galleſium parvo intervallo a Falaritanæ urbis ruinis diſſitum, ac ſeptem milliariis a civitate Caſtellana, & ab Horta remotum petamus. Galleſii nomen, quantum inveſtigando comperire potuimus, primus nobis detexit Anonymus Ravennas VII. ſæculo clarus, qui inter Tuſciæ urbes, ac loca *Galeneſe*, Falarim inter, & Nepe recenſet. (Lib. xvi. §. xxxiii pag. 214.) Narrat autem Anaſtaſius in Gregorio III. Tranſamundum Spoletanum Ducem ſibi vendicaſſe caſtrum Galleſii. Sed quum hujus cauſſa quotidie ducatus Romanus expugnaretur, idem caſtrum Pontifex Gregorius pecuniâ non parva a Tranſamundo redemit *atque in compage ſanctæ Reipublicæ, atque corpore Chriſti dilecti exercitus Romani annecti præcepit*. In Ludovici Pii conſtitutione pro Romana Eccleſia, *caſtellum Galeſii* invenitur. Inter Galleſii decora illud præclarum eſt, in hoc oppido natum Marinum Papam I. ab omnibus æque affirmari. (Baronius A.D. 882.) Quamquam vero ſui exordia antiquiſſimis temporibus non referat, Epiſcopos ſortita eſt, ex quorum numero hi ſuperſtites ſunt. *Donatus Gallenſis* ſubſcripſit Concilio Eugenii II. A. D. 826. (Concil. to. VIII. pag. 103.) *Dominicus Callienſis* Concilio Romano ſub Leone IV. A. D. 853. (Ibid pag. 113.) Idem *Dominicus Calliſinus* Epiſcopus interfuit Synodo Romanæ Nicolai I. A.D. 861. (Bacchinus appendix ad Agnellum pag 90) *Stephanus Epiſcopus Sanctæ Galliſanæ* Eccleſiæ ſubſcripſit Concilio Romano Hadriani II. contra Photium A. D. 869. (Concil. to. VIII. pag. 1066.) *Theodorus Galleſienſis* Epiſcopus interfuit Concilio Ravennatenſi a Johanne VIII. celebrato A. D. 877. (Ibid. to. IX pag. 305.) Item Synodo Romanæ ab eodem Pontifice habitæ in cauſſa Photii A.D. 879. *Johannes*

Gal-

Ibid. pag. 141. *Galliſanus* Epiſcopus coacte adfuit Synodo Romanæ A. D. 897. quo Formoſus Romanus Pontifex depoſitus fuit. *Johannes* alter *Gallacenſis* Epiſcopus comparet una cum multis Epiſcopis in conciliabulo Romano A. D. 963. Idem *Johannes Epiſcopus Galiſanæ Eccleſiæ* ſubſcripſit diplomati inſtitutionis Archiepiſcopatus Beneventani, edito in Concilio Romano ſub Johanne XIII. A. D. 969. Lacuna eſt in vulgatis catalogis uſque ad annum 1059. quo conſpicitur ſubſcriptio *Hugonis* Epiſcopi *Gallienſis* in Concilio Romano Nicolai II. Diuturnum poſtea eſt de Galleſienſibus Epiſcopis ſilentium, donec Alexander IV. hanc Eccleſiam, cujus reditus ob everſionem aliquot caſtrorum diœceſis valde erant diminuti, Eccleſiæ civitatis Caſtellanæ conjunxit XIV. Kal. Februarii, Pontificatus ejus anno primo, hoc eſt anno Chriſti 1254. prout in regeſtis Vaticanis ſe vidiſſe, teſtatur Antonius Maſſa de origine & rebus Faliſcorum. At idem Maſſa amore patriæ abreptus, nonnulla de Epiſcopis Galleſienſibus ariolatur; tradit enim, *Dominicum* Galleſii Epiſcopum ſubſcripſiſſe Synodo Romanæ Martini I. habitæ anno a natali Jeſu Chriſti DCLXIII. In hujus Concilii ſubſcriptionibus, quod celebratum eſſe A. D. 649. omnes norunt, nihil hujuſmodi prorſus legitur, neque ullus Epiſcoporum, qui Concilio adfuerunt, *Dominici* nomen habet. Pius IV. demum A. D. 1562. hunc Epiſcopatum reſtituit, ad quem evexit Hieronymum Garimbertum Senenſem, cujus cenotaphium in Lateranenſi Patriarchio, hujus Eccleſiæ Epiſcopum Garimbertum profert. Redit deinde ad Caſtellanam Eccleſiam, cui nunc ſubeſt.

Marginal notes: Mabillon. Muſ. Ital. to. I. P. II. pag. 81. — Concil. to. IX. pag. 648. — Ibid. pag. 1247. — Ibid. pag. 1260.

XLII. Cathedra Nepeſina, & Sutrina.

Galleſio Romam adeuntibus Nepe, & Sutrium oculis obiiciuntur. Utriuſque ſedis Antiſtites in Ita-

Italia Sacra recenſentur. Nepeſini enim primum Epiſcopum conſtituunt *Sanctum Romanum* a B.Petro Apoſtolorum Principe miſſum. Nepe autem peculiarem Antiſtitem conſecuta eſt uſque ad annum 1436. quo Eugenius IV. eam cum Sutrina æquis juribus copulavit. Sutrini pariter ab Apoſtolorum Principe, Epiſcopum ſe accepiſſe gloriantur. Eorum ſeriem videſis apud Ughellum; noſtrum enim non eſſe ducimus de his Eccleſiis diſputare, quæ nunc etiam ſuis Epiſcopis ornantur; ſatis eſt oſtendere ſingulas urbes Epiſcopali honore fuiſſe decoratas. *Ibid.pag.* *190.*

XLIII. Epiſcopi Blerani.

Bleram igitur, quæ X. circiter millia paſſuum Sutrio diſtat, progrediamur. Inter oppidula a Strabone ablegatam audivimus. De Bleranis Plinius lib. III. cap. V. Ptolemæus autem lib. III. cap. I. Bleram in mediterraneis Tuſciæ civitatibus collocat. Clarior eſt Sabiniani (*a*) Papæ, qui ſedit A. D. 604. & Paſchalis II. natalibus (*b*). Florebat ævo S. Gregorii in Blerana civitate Monachorum monaſterium, quibus ad certum tempus dedit appendicem agri ex corpore maſſæ Gracilianæ. Varias calamitates Longobardis in Italia graſſantibus, perpeſſa eſt. Circa annum Chriſti 739. uti eſt apud Anaſtaſium in Zacharia, Blera, cum Horta, Ameria, & Polymartio ablata eſt Romanis a Luitprando Langobardorum rege. Ea porro una cum nominatis urbibus, ac earum incolis, ut auctor eſt idem Anaſtaſius, per Ramingum Caſtaldum Tuſcaneſem, & Grimaldum Legatum Luitprandi regis, Sancto Zachariæ Romano Pontifici ſolemniter tradita fuit. Bleranos porro magnâ clade Langobardi affecerunt, ac ferro, & igni urbem ipſam fere abſumſerunt A. D. 772. quod perhibet ipſemet Anaſtaſius in Hadriano I. Romanæ

(a) Liber Pontificalis a Vignolio editus in Sabiniano.

(b) Anonymus apud Baronium A.D. 1100.

S. Gregorius lib. 9. Epiſt. 11. Indict. V.

Baronius A.D. 742.

Idem A.D. 772.

Eccleſiæ Bleram confirmarunt Imperatores Ludovicus Pius, Otto I. & Henricus II. In tam varia fortuna Epiſcopos nonnullos jam inde ab antiquis temporibus enumerat. Primus eſt *Maximus* Bleranus, qui adfuit Concilio Romano Felicis III. A. D. 487. & Conciliis Symmachi habitis A.D. 499.501. & 504. *Romanus* Epiſcopus civitatis *Bleritanæ* ſubſcripſit Synodo S. Gregorii A.D. 601. *Firminus* Bleranus Synodo Lateranenſi Martini I. A. D. 649. *Amator* Epiſcopus Eccleſiæ *Bleranæ provinciæ Tuſciæ* Concilio Romano ſub Agathone A. D. 680. *Johannes Bleranenſis* Synodo Gregorii II. A.D. 721. habitæ. *Gaudioſus Bladerenſis*, pro *Blerenſis*, Concilio Zachariæ A.D. 743. *Paſſivus Bleranenſis* adfuit Synodo Eugenii II. A.D. 826. *Andreas Bleranus* Concilio Leonis IV. A.D. 853. *Bonifacius Bilarinus*, emendandus *Bleranus*, Concilio Romano Nicolai I. A.D. 861. Hic idem *Bonifacius Bleranenſis* ſubſcripſit Synodo Romanæ Hadriani II. contra Photium A. D. 869. & alteri Synodo Romanæ Johannis VIII. in cauſſa ejuſdem Photii A.D. 879. *Sico Blerenſis* habetur in conciliabulo Romano A.D. 963. quo Johannes Papa XII. deponitur. Diploma Johannis XIII. pro Eccleſia Trevirenſi A.D. 969. Kal. Februarii datum eſt *per manum Siconis Epiſcopi Sanctæ Bleranæ Eccleſiæ ad vicem Guidonis Epiſcopi, ac Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ*. Supplenda igitur eſt lacuna in ſubſcriptione diplomatis pro inſtitutione Archiepiſcopatus Beneventani hoc anno, ab eodem Johanne XIII. in Concilio Romano dati, ubi primo loco poſt Imperatorem ſubſcribit *Sico*, ſed injuriâ temporis in membrana, Eccleſia Epiſcopalis, quæ eſt *Blerana*, exeſa conſpicitur. *Johannes* interfuit Synodo Romanæ A.D. 1026. & ſubſcripſit diplomati Johannis XIX.

Concil. to. IV. pag. 1149.
Ibid. pag. 1315. 1326. 1338. 1376.
Ibid. to. V. pag. 1608.
Ibid. to. VI. pag. 365.
Ibid. pag. 705.
Ibid. pag. 1457.
Ibid. pag. 1150.
Ibid. to. VIII. pag. 103.
Ibid pag 125. Baccinus appendix ad Agnellum pag. 89.
Concil. to. VIII. pag. 1095.
Ibid. to. IX. pag. 323.
Ibid. pag. 648.
Christophor. Brouverus Annal. Trevir. lib. X. ſ. x. 102. pag. 472.
Concil. to. IX. pag. 1240.

pro

pro Eccleſia SS. Ruffinæ & Secundæ hæc verborum formula: *Johannes Epiſcopus S. Bledanæ Eccleſiæ interfui, & in perpetuum valere judico*. Subſcripſit etiam in eodem Concilio diplomati pro Gradenſi Patriarcha. Perit deinceps horum Antiſtitum ſeries; diſcimus enim eam Eccleſiam jam conjunctam fuiſſe A.D. 1093. Eccleſiæ Tuſcanenſi, quod Riccardus Tuſcanus, Centumcellicus, & Bledanus Epiſcopus vocetur.

Ughellus to.x. pag.116.
Ughellus nova edit. to. x. pag. 103.

XLIV. Epiſcopi Marturanenſes.

Marturanum igitur accedimus, nuſquam, quod ſciam, a priſcis Geographis in pretio habitum. Id oppidum Holſtenius in Abrahamum Ortelium Tuſciæ ſuburbicariæ adſcribit, ſtatuitque ubi nunc eſt *Barberano*. Vis hujus loci Epiſcopos? *Reparatus Sanctæ Manturianenſis Eccleſiæ provinciæ Tuſciæ*, ante Amatorem Bleranum ſubſcripſit Concilio Lateranenſi A. D. 649. ſub Martino I. *Opportunus* Maturanenſis interfuit A.D. 721. Concilio Romano Gregorii II. cui convenere Epiſcopi Urbi proximi. *Domnus* item *Maturanenſis*, ſeu *Marturanenſis* conſtituto Pauli I. A. D. 761. ſubſcriptione firmavit. Prave quidem Ughellus *Domnum*, & *Theodorum*, Marturanenſibus in Brutiis aſſignat; qua in re obluctantem habet Cointium. *Theodorus ergo Manturanenſis* Concilio Romano ſub Eugenio II. A. D. 826. *Theodoſius* quoque, Manturanenſis, niſi mavis laudatum modo *Theodorum*, A.D. 853. Concilio Leonis IV. adfuit. *Florius Marturenſis* A.D. 879. Concilio Romano ſub Johanne VIII. *Johannes* item *Marturanenſis* adſtitit Concilio Romano Johannis Papæ XII. A. D. 963. ſi nonnullis codicibus fides eſt, quum alii reponant *Mantuanenſis*, licet perperam; nam ſi veris monumentis nititur Ughellus, A.D. 963. Mantuæ Epiſcopus ſedebat *Petrus* natione Germanus, qui vitam protraxit ad annum 985.

pag. 116.
Concil. to. vI. pag. 561.
Concil. tom. vI. pag. 1458.
ibid. pag. 1691.
Annal. Franc. A. D. 756. §. xxxvi.
Concil. to. vII. pag. 101
Ibid pag. 123.
Concil. to. IX. pag 123.
Ibid. pag. 654.

G 2 Me-

Digitized by Google

Concil. to. IX. pag. 773.

Memoratus forte *Johannes Maturanenſis* ſubſcripſit A.D.998. Concilio Romano Gregorii V. Hæc fuſius commemoravimus, ut Manturanenſium Epiſcoporum nomina, quæ indagare potuimus, panderemus, quandoquidem in poſtrema Italiæ *Sacræ* editione, inter Epiſcopales cathedras antiquatas minime referuntur. Inſigne porro de Maturano teſtimonium exſtat in donatione Ludovici Pii pro Romana Eccleſia; hæc enim una cum aliis Tuſciæ urbibus, quæ donatæ fuerant Apoſtolicæ ſedi, ibidem recenſetur, ſicut & A. D 962. in diplomate Ottonis Imperatoris de confirmatione jurium Romanæ Eccleſiæ, & A.D. 1012. in privilegio Henrici II. de iiſdem S.R.E. juribus. Quid de hoc Epiſcopatu acciderit, prorſus mihi incompertum. Fatalis profecto multarum ſedium hæc calamitas fuit.

Ibid. pag. 641.
Ibid. pag. 814.

XLV.
Epiſcopi Foroclaudienſes.

De schiſmate Donatiſt. lib. I. §xx. cap. xxiii.
Concil. tom. IV. pag. 1149. Ibid. pag. 1317. 1334. 1339. 1337.
In Cluver. pag. 47. Ital. antiq. lib. II. pag. 525.
Lib III. cap. v. lib. IV. §xxxvI. pag. 222.

Quid quod Forum Claudii primis Eccleſiæ temporibus Epiſcopatus honore inſignitum fuit? Invenies hujus rei præclarum teſtimonium apud S. Optatum Milevitanum. Siquidem ibi inter Epiſcopos, qui Concilio Romano ſub S.Melchiade A. D. 313. adſuerunt, *Donatianus* a Foro Claudio poſtremo loco ſignatur. Exinde *Gaudentius* legitur in Concilio Romano A.D.487.& in Conciliis ſub Symmacho *Calloniceus*, ſeu *Colonus*, *Colonicus* Foroclodienſis. Forum Claudii extitiſſe, ubi nunc eſt *l' Oriolo*, recte docuit Holſtenius, contra ac ſtatuit Carolus a S. Paulo, qui ſitum Fori Claudii ad *Tolfam* fixit, qua in re ipſum Cluverium repugnantem habet. Plinius Præfecturam Claudiam Foro Claudii recenſet. Stabat adhuc ætate Anonymi Ravennatis, apud quem *Forum Globi* in Etruria occurrit. Prave autem meo judicio ex Ughello Ludovicus du Pin in annotationibus ad Optatum, Forum Claudii, cujus Epiſcopus erat Donatianus,

Cam-

Campaniæ adſcribit. Ughellus obſcurum ſibi eſſe tradit, num Gaudentius, & Colonicus *Fori Claudii in Etruria*, an in *Campania* Epiſcopi fuerint; ſed nullus veterum Fori Claudii in Campania meminit, & licet Camillus Peregrinius in apparatu ad antiquitates Capuæ, Forum Claudii a Pelaſgis, aut Auruncis forte conditum exiſtimet, ad hanc tamen ut bem neque *Gaudentium*, neque *Colonicum* detorquet, Calenum translatam ſedem Epiſcopalem monet Notatu dignum eſt, *Johannem* Epiſcopum Foro Claudienſem ſubſcripſiſſe A. D. 1071. diplomati conſecrationis Eccleſiæ Montis caſini, qui Johannes in deſcriptione hujus celebritatis *Epiſcopus Calenus* vocatur. Itaque recte quidem Chriſtophorus Cellarius Holſtenio conſentiens, Donatianum Foroclaudienſem Epiſcopum, de quo Optatus, Foro Claudii in Etruria adſignat.

Ital. Sacr. to. I. pag. 587.

pag. 463.

Chron. Caſin. Lib. III. cap. XXX.

Geograph. antiq. lib. II. cap. IX. pag. 729.

XLVI. Epiſcopi Aquævivenſes.

Sed ut in adverſum Tuſciæ ſuburbicariæ latus nos conferamus, inter Epiſcopales ſedes deperditas habetur nunc Aquaviva, cujus ſitum Holſtenius ad XXXII. ab Urbe lapidem locavit, ſecus fontem, qui, vulgo dicitur *la fontana d' Aquaviva*, ac ibi prope Eccleſia exſtat B. Virginis, vulgo *la Madonna d' Aquaviva*. Nullo porro apud Geographos, qui ſub incrementis Romani imperii ſcripſere, civitatis titulo donatur. Primum occurrit in tabulis Peutingerianis, quæ Honorii & Arcadii ætatem redolent, ac in Itinerario Hieroſolymitano, ubi *manſio* eſt, & locatur in via Flaminia ad XXXII. ab Urbe lapidem. Attamen Epiſcopali ſede decoratam quinto Eccleſiæ ſæculo percipimus. *Paulinus* Aquævivenſis Epiſcopus interfuit Concilio Romano ſub Hilaro A. D. 465. *Benignus* item Concilio Romano III. ſub Felice III. A.D. 487. ejuſque nomen adparet in Concilio Roma-

In Cluver. pag. 72.

Concil. to. IV. 1069.

Ibid. pag. 1149.

Ibid. pag. 1169. & tom. v. pag. 1324. 1338. 1367.

mano II. ſub S.Gelaſio A. D. 495. & in Synodis Romanis ſub Symmacho A. D. 499. 502. 503. In VI. Romana Synodo ſub eodem Symmacho A. D. 504.

Ibid. pag. 1376.

eſt Bonifacius *Aquilejenſis*, qui ope codicum MSS. a Labbeo in Aquævivenſem transfertur. Aquævivenſium Epiſcoporum ſeries deinceps deſiit.

XLVII. Epiſcopi Fidenates

Quoniam vero huc, atque illuc per Tuſciam pervagati ſumus, tempus jam eſt, ut Romam propius revertamur, & Fidenatium Epiſcopatum quinto ab Urbe lapide in ipſa Tuſcia poſitum perluſtremus. Fidenas, cujus pone rudera nunc *Caſtel Giubileo* eſſe dicitur, olim inter præclaras urbes enumeratas ſcimus. Verum Auguſti ævo ad interitum prope veniſſe teſtatur Horatius lib. I. Epiſt. XI. verſ. 5.

Scis, Lebedus, quam ſit Gabiis deſertior, atque Fidenis.

Notum & illud ironicum Juvenalis Satyra X. verſ. 9.

An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas.

Concil. to. IV. pag. 1326. & 1334.

Huic deſertæ, ac pene dirutæ urbi Epiſcopus eſt impoſitus. *Gerontius* enim *Fidenas* interſuit Synodo Romanæ ſub Symmacho A.D. 501. & 502. *Juſtinus* autem qui Synodo Agathonis A.D. 680. ſubſcripſit, a quibuſdam Fidentinenſis creditus eſt, ſed revera

Ibid. to. VI. pag. 908.

Vicohabentinus, dicendus eſt; nam inter Epiſcopos ſuffraganeos Metropolitæ Ravennatis recenſetur, & codices caſtigatiores legunt *Vicoaventinenſis*.

XLVIII. Cur Epiſcopi tam frequentes eſſent per totum Chriſtianum orbem Ea de re antiquæ ſanctiones. Sacramenta omnia ab Epiſcopis adminiſtrata.

Habes igitur ex his, lector, Epiſcopales cathedras, non modo in claris Latii, & Tuſciæ ſuburbicariæ urbibus, antiquis temporibus a Romanis Pontificibus inſtitutas, atque ita ſpiſſas, ut veluti inter ſeſe contingerent, ſed etiam in nullius ferme dignitatis oppidis Epiſcopos deſtinatos. Hæc autem Epiſcopatuum recenſio longius fortaſſe, quam par erat, nos abduxit, ſed ideo perluſtrandas ſingulas Latii, & ſu-

ſuburbicariæ Tuſciæ Epiſcopales urbes exiſtimavimus, ut nemo ambigeret, quin Setia priſcis temporibus ſuum Antiſtitem, ceterarum inſtar habuerit. Sane quidem hactenus percenſita, fortaſſe ii mirabuntur, quibus incomperta eſt antiqua Eccleſiæ diſciplina de Epiſcopis in ſingulis urbibus conſtituendis, quæ, pace Eccleſiæ reddita, præſcriptas regulas tranſiliit, adeo ut in vicis, & villulis quandoque Epiſcopi crearentur. Ea enim de cauſſa Concilium Laodicenum habitum c. A.D. 320. ſtatuit, *ne in villulis, vel agris Epiſcopi conſtituantur, ſed viſitatores*. Similiter Sardicenſis Synodus A.D. 347. ſanxit. *Non licere autem ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago, vel parva urbe, cui vel unus presbyter ſufficit. Non neceſſe eſt enim illuc Epiſcopum conſtitui, ne Epiſcopi nomen, & auctoritas vilipendatur*: & mox: *Si autem inveniatur urbs aliqua tam populoſa, ut ipſa Epiſcopatu digna judicetur, accipiat*. Frœnum itaque in Oriente adhibere oportuit, ut huic malo obviam iretur, quod etiam improbat S. Athanaſius, & perſtringit Sozomenus, qui apud quaſdam nationes ait, *interdum etiam vici conſecratos habent Epiſcopos, ſicut in Arabia, & inſula Cypro animadverti*. Hinc factum, ut Imperatores Orientis, qui Eccleſiaſticas regulas cuſtodiendas curabant, hæc edixerint. *Unaquæque civitas proprium Epiſcopum habeto. Et ſi quis, vel per divinum reſcriptum civitatem aliquam, aut ſuo Epiſcopo, aut territorio, aut alio quopiam jure privare audeat; exuitur bonis, & infamis redditur. Excipitur autem Tomenſium Scythiæ civitas: illius enim Epiſcopus reliquarum etiam civitatum curam gerit: tum etiam Leontopolis Iſauriæ ſubeſt Epiſcopo Iſauropolitano*. Serpſerat autem hic abuſus, & in Africam, quod initium ſumſit fortaſſe a Donatiſtis, qui

Margin notes: C. xvi. Concil. to. 2. pag. 1506. — Ibid. to. 2. pag. 645. C. I — Apolog. II. — lib. vii. cap. xix. — Cod. lib. 1. tit. 3. le. L. xxxvi.

quint Catholicis numerum Epiſcoporum obiicerent, Epiſcopos in villis, & fundis conſtituerunt; ſed quum ob hæc redarguerentur, Petilianus Donatiſta exprobat hunc morem Alipio Epiſcopo Tagaſtenſi: *Sic etiam tu*, inquit, *multos habes per omnes agros diſperſos*. Quamobrem in Conciliis Carthaginenſi II. A.D. 390. & in Carthaginenſi III. A. D. 397. lex, & moderatio præſcripta. Afris quoque S. Leo Magnus hæc præcepit: *ne in quibuslibet locis & caſtellis, & ubi ante non fuerunt, Epiſcopi conſecrentur: Cum ubi minores ſunt plebes, minoreſque conventus, Presbyterorum cura ſufficiat*: ac addit, Epiſcopalia gubernacula, non niſi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus præfigenda. Magnus certe in Africa fuit Epiſcoporum numerus; ſatis enim vulgatum eſt, ad numerum quod attinet, licet a Vandalis Africa premeretur, A.D 484. conveniſſe Carthaginem ex ſex Africæ provinciis Epiſcopos CCCLXXVIII. juſſu Hunerici Vandalorum regis.

S. Auguſt. Collatio. I. cum Donatiſtis [illegible] 182.
Concil. to. II. pag. 1499.
C. v.
C. XIII.
Epiſt. LXXXVII. cap. I. alias edit. Diſt. LXXX. Cap. Illud ſane.
Concil. to. IV. pag. 1141.

XLIX.
Epiſcopi in caſtellis conſtituti.

Neceſſe tamen aliquando fuit Epiſcopos in caſtellis ordinare. Accipe in rem hanc, ni grave eſt, verba Stephani Baluzii in notis ad Synodicon adverſus tragœdiam Irenæi: *Hinc*, inquit, *collegit Lupus Epiſcopum fuiſſe poſitum Barbaliſſi contra canones, non animadvertens eſſe loca Epiſcopalia in notitiis, quæ caſtra erant; in Meſopotamia ſuperiore, caſtrum Turandios, caſtrum Lornes, caſtrum Iſphrios, & multa alia; in ſecunda Armenia, caſtrum Marticertum, caſtrum Polios, caſtrum Bajuluos, caſtrum Ardon; in Africa, caſtellum Medianum, caſtellum Jabaritanum, caſtellum Tatroportenſe, caſtellum Titulianum, caſtellum Ripenſe; caſtellum Minoritanum; in Gallia caſtrum Cabilonenſe, caſtrum Matiſconenſe, caſtrum Vindoniſſenſe, caſtrum Ebredunenſe, caſtrum* *Rau-*

Nova Collectio Conciliorum pag. 854.

Rauracenſe, caſtrum Vcecenſe. Prætermitto Italiam; & ceteras provincias, quæ multas ſedes Epiſcopales habuerunt in caſtris. Sufficiunt enim hæc exempla. Et ſane nonnullos in Latio, & Tuſcia ſuburbicaria Epiſcopos, in caſtris, & vicis conſtitutos, jam oſtendimus. Nunc ſatis ſit innuere, *Callium*, ſeu Calle, vicum in via Flaminia ab Antonino denominari. Ibi tamen fixa eſt Epiſcopalis ſedes primis ſæculis; nam *Gratianus* Calhenſis Epiſcopus ſtrenue pro fide Nicæna decertavit in Concilio Ariminenſi A. D. 359. uti teſtatur S. Hilarius in fragmentis. S. Baſilius ad Amphilochium, quum de Iſauriæ Eccleſiis, uni Epiſcopo committendis cogitaret, ſi idoneus pro hoc munere non reperiretur, hoc eſſe in primis agendum ſcribit, *ut exiguæ civitates, & tenuiores viculi, quibus olim Epiſcopi præſidebant; Præpoſitos ſuos reminiſcantur.* Neque prætereundum hic appendicis vice, a S. Cyrillo Alexandrino epiſtolâ ad quoſdam de clero CPolitano, affirmari ſex millia Epiſcoporum ſub imperio Romano ſua ætate fuiſſe. Adeo in orbe chriſtiano per ea tempora Epiſcoporum numerus increbuerat! Bonifacius Moguntinus, tres in Germania conſtituit A.D. 741 Epiſcopales ſedes, primam in Caſtello *Wirtzburg*, alteram in oppido *Buriburg*, tertiam vero in loco, qui dicitur *Erphesfurt*; de quibus rogavit Zachariam Pontificem, ut Apoſtolica auctoritate muniret, quæ benigne firma eſſe conceſſit, quòd ſcilicet è re foret, has cathedras Germaniæ rurſus ad Chriſti fidem converſæ, ultro impertiri. Sæpius quoque ſubſecutis temporibus lex de Epiſcopis ſtabiliendis in unaquaque civitate renovata eſt. Concilium Vernenſe A. D. 755. c. 1. *Ut Epiſcopi eſſe debeant per ſingulas civitates.* In capitularibus Karoli Magni c. xix. A. D. 789. in capitularibus

Concil. to. 13. pag. 795.

Epiſt. 406.

Baluziur. nova collect. Concil. pag. 485.

Epiſt. I. Concil. to. vi. pag. 1495.

Baron. A. D. 742.

H bus

bus A.D.794.c.xx. & lib.1. capitul. c.xvii. Sardicenſis canon innovatur, *ne in villulis, & agris Epiſcopi conſtituantur*.

Qui vero antiqua Eccleſiæ tempora, ne primoribus quidem labiis attigerunt, & noſtra eiſdem ſimilia prorſus putant, facile hallucinari poſſunt, & judicium nimium præceps ferre.

Scire demum cupis, cur Epiſcopi tam frequentes iis temporibus eſſent, id intelliges, ſi memoriā recolas, Epiſcopos munia omnia ſacramentorum ipſos per ſeſe obiiſſe. Sexcenta eā de re teſtimonia proferri poſſent, quæ omnia per unum Epiſcopum ſacramenta adminiſtrata fuiſſe confirment. Nos aliqua, ne longiores ſimus, indicabimus. De ſacramentis conferendis, ac populo habendis concionibus locupletiſſimus teſtis S. Juſtinus apologia ſecunda. De Baptiſmo, & Euchariſtia Juſtino fere ſuppar Tertullianus in libris de corona militis, & de Baptiſmo.

Cap.iii. Adeo enim Baptiſmi conferendi munus proprium Epi-

Cap.xvii. ſcopi fuit, ait ibidem Tertullianus, ut ſine ejus licentia, presbyteris, & diaconis baptizare minime liceret: *Dandi quidem habet jus ſummus Sacerdos*, (qui eſt Epiſcopus) *Dehinc presbyteri & diaconi, non tamen ſine Epiſcopi auctoritate, propter Eccleſiæ honorem: Quo ſalvo, ſalva pax eſt*. Antea quidem S. Ignatius martyr Epiſcopus Antiochenus Smyr-

Epiſt. vii. næos docuerat, neminem ſine Epiſcopo quidquam poſſe agere eorum, quæ ad Eccleſiam pertinent; ea porro explicat, nimirum, neque baptizare, neque offerre, neque ſacrificium celebrare ſine Epiſcopo poſſe. Reliqua teſtimonia Patrum, & Conciliorum

Diſſert. Eccleſiaſt. lib. I. cap. vi. præterimus, quæ vide apud Dionyſium Petavium.

Reconciliandis vero publice pœnitentibus ſoli ſibi Epiſcopi poteſtatem reſervarunt, eamque preſbyte-

byteris, & Chorepiſcopis negabant, niſi neceſſitas urgeret. Hæc patent ex antiquis Conciliorum canonibus, nimirum ex Illiberitano, (a) Carthag. II. (b) Carthag. III. (c) & ex Rabano in Pœnitentiali (d).

(a) C. xxxI.
(b) C. IV.
(c) C. xxxI. xxxII.
(d) C. xxxv.

L.
Setini Epiſcopi. Cur pauci eorum ad nos pervenerint.

Sed jam ad Setinum Epiſcopatum inveſtigandum, orationem convertamus: quem primis Eccleſiæ ſæculis in ea urbe inſtitutum, nemo qui exempla ceterarum civitatum finitimarum animo circumſpiciet, inficiabitur. Nunc antequam ultra progrediamur, ad ipſius urbis memoriam quod attinet, prænotandum duximus, ab auctore libri Pontificalis in vita S. Silveſtri a V. C. Johanne Vignolio Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto ad fidem codicum Vaticanorum nuper vulgato, hæc de Conſtantino Magno literis conſignari: *Fecit quoque, & forum, & domum, & obtulit poſſeſſiones iſtas: poſſeſſionem Mataru præſtantem ſolid.* CI. *poſſeſſionem Cymbrianam præſtantem ſolid.* CV. *poſſeſſionem SETINAM præſtantem ſolid.* CVIII. Stephanus Byzantinus, ut initio diximus, ſæculo VI. Setiam in Italia urbem nominat. §. xxxII. pag. 107.

Rari quidem ad nos Setini Epiſcopi ob monumentorum inopiam, ac frequentes Campaniæ calamitates pervenere, quoad Langobardi in Italia dominati ſunt. Stetiſſe tamen Eccleſiam Setinam, quum Carolus Magnus eoſdem Langobardos profligavit, non uno in loco vir emunctiſſimæ naris Carolus Cointius in annalibus Eccleſiaſticis Francorum docuit. Audi quid doctiſſimus Cointius ſcribat ad A.D. 796. §. xxvIII. affirmat enim in Ludovici Pii conſtitutione ducatum Romanum Apoſtolicæ ſedi confirmari, ac per ea verba *cum aliis partibus Campaniæ*, Verulum, Privernum, Setiam, & Tarracinam venire. Ibidem paullo poſt, ita loquitur: *Erant & in ducatu Romano, Tarracina, Privernum, Setia, tres olim urbes* §. xxix.

H 2 Ff ſ-

Epiſcopales uni hodie Tarracinenſi Epiſcopo ſubjectæ. Eleutherii Privernatis Epiſcopi meminit Baronius in Concilio Romano ſub Eugenio II. *Papa. In vetuſta S. Lidani vita, qui temporibus Gelaſii* II. *floruit, nonnulla Setinorum Epiſcoporum nomina reperiuntur.* Inſuper percenſet Epiſcopatum Setinum in indice Epiſcoporum, quem ad hujus tomi calcem contexuit. Adeo vero certus erat Cointius de Epiſcopatu Seti-
82. no, ut ad A.D. 811. in indice Epiſcoporum nonaginta & unius, qui Romano Pontifici ſuberant, ceu Metropolitæ, ævo Caroli Magni, exhibeat in Campania Romana Fruſinonenſem, Anagninum, Alatrinum, Veliternenſem, Verulanum, Trium Tabernenſem, Signinum, Privernatem, Setinum, Sueſſanum, & Tarracinenſem Epiſcopatus, quamvis toto ferme Caroli regis tempore Epiſcoporum nomina non appareant in his, quæ habemus monumentis. Denique enume-
A.D.82. f.2. rans urbes, quæ in ducatu Romano Epiſcopali honore decorabantur, Setiam recenſet. In hujus tomi calce de Setino Epiſcopatu hæc notat: *Setia in ducatu Romano dominationem Græcorum excuſſit, ſeque Francis ſponte dedidit A.D. 796. Per inſignem donationem a Ludovico Pio Francorum rege data eſt in perpetuum Romano Pontifici cum reliquo ducatu Romano, Inſuliſque Corſica, & Sardinia A.* 817. *Toto tempore, quo ſub poteſtate Francorum fuit, mutilus eſt Epiſcoporum catalogus*. Ita Cointius vir in antiquitate Eccleſiaſtica præſtantiſſimus, nulli partium ſtudio addictus, ex vetuſta S. Lidani vita, Epiſcopatum Setinum decrevit. Quid ſi cetera monumenta, quibus Setina cathedra innititur, præ oculis habuiſſet? Vidiſſet enim in Synodis Romanis Epiſcopum Setinum, cui litem moveri, vel ab infenſis Setinæ Eccleſiæ nulla ratione poſſit. Siquidem *Stephanus Setenſis Epiſ-*

copus

copus adfuit Concilio Romano, quod habuit Benedictus Papa IX. A. D. 1037. cujus acta, ut plurimis Conciliis accidit, licet interierint, nomina tamen nonnullorum Epiſcoporum, qui ad hanc Synodum convenere, forte fortuna nobis ſervavit monumentum ſtipulationis in eodem Concilio initæ inter Andream Peruſinum Epiſcopum, & Bonizonem Abbatem Monaſterii Sancti Petri de Peruſio, qua ceſſit omni jure, quod in idem Monaſterium habebat. Monumentum illud primus vulgavit Ughellus in appendice tomi IX. pag. 921. quod ad umbilicum ferme perducto opere illud acceperit, deinde rurſus edidit, ac in ſuam Conciliorum omnium collectionem conjecit Philippus Labbeus. Nos iterum illud ad fidem autographi in eodem Monaſterio aſſervati diligenter collatum, opportunum eſſe rati ſumus, ſi hic quum ipſis nævis orthographicis daremus, notatis aſteriſco iis, quæ in editis medica manu indigent. Concil. to. IX. pag. 1250.

✠ *Notum ſit omnibus praeſentibus, ac futuris qualiter Andreas Epiſcopus Sanctae Peruſinae Ecclesiae reſutavit * Damno Benedicto IX. Papæ conſecratori ſuo Monaſterium videlicet Sancti Petri, quod ſitum eſt * foris murum * ſupradictae Peruſinae * Civitatis, & aliud Monaſterium ſcilicet Sancti Salvatoris, & Monaſterium Sanctae Mariae in valle de Ponte omnium cum omnibus proprietatibus atque pertinentiis eorum. Adſtantes ibidem Dominicus Epiſcopus Lavicanenſis. Robertus Epiſcopus Signenſis. Ugo Epiſcopus * Aſſiſenenſis. Ugo Abbas Farfenſis. Bartholomæus Abbas Græcus. Johannes Abbas * Sancti Montani. Ugo Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Creſcentius Diaconus ejuſdem Eccleſiæ. Leo Subdiaconus. Benedictus Presbyter Cardinalis. Sergius ſcriniarius. Quin etiam cuncta, quæ ſuperius * prelibata ſunt proprio ore per* *ſa-*

*Domno. *Situm. *ſupradictæ. *deeſt Peruſinae. Aſſiſienſis. *SSti. *prælibata ſunt.

*ſacramenta ſanctorum * Evangeliſtarum conſerſervare profeſſus eſt, adjudicante illi ſacramentum Gregorio germano prædicti Papæ. Poſtea vero denominatus Epiſcopus ſe jactando, atque injuriam faciendo in quodam Archipreſbytero ſancti Conſtantii ſupradicti Monaſterii ſancti Petri oſtendit ſe cauſare Monaſterium, atque ad ſuum jus intromittere. Tunc venerab. Abbas Bonizo venit ad Sinodale Concilium indicavit hoc jam prælibato Papæ. Ipſe vero Benedictus Summus Apoſtolicus ſciſcitavit eumdem Andream Epiſcopum, ſi aliquo modo cauſaret ſupradictam monaſterium * ipſe eni. nulla ratione eum cauſare profeſſus eſt. Atque iterum refutavit coram Domino B. Papa nec non & coram cunctis Epiſcopis atque Abbatibus quorum nomina inferius adnotare curavimus.*

* Evangeliorum.
* ipſe enim.

*Petrus Epiſcopus Sanctæ * Rufinæ Eccleſiæ patronus ejuſdem Monaſterii. Teudaldus Albanenſis Epiſcopus.*
*Petrus * Hoſtienſis Epiſcopus.*
Johannes Portuenſis Epiſcopus.
** Dominicus Lavicanenſis Epiſcopus*
*Johannes Epiſcopus * Peneſtrinenſis. Leo Epiſcopus Bellitrenſis.*
Munaldus Ariminenſis.
Petrus Caſtellenſis.
Teudaldus Epiſcopus Ogubinenſis.
Adam Foſumbronenſis.
Tedericus Orbinenſis.
Arduinus Monfeltrenſis.
Oneſtus Forampopulonenſis.
Adalbertus Senenſis.
Ugo Forenſis.
*Ugo * Aſiſennatenſis.*
Azo Centumcellenſis.

* Rufinæ tantum.
* Oſtienſis.
* Deeſt in editis.
* Praeneſtinenſis.
* Aſiſinatenſis.

Al-

Albertus Caſtranenſis.
Johannes Lucanenſis.
Atto Florentinus.
Jacobus Feſulanus.
Heinricus Populonienſis.
Johannes Suanenſis.
Leo Orbitenſis
* *Gotifred. Volaterenſis.*
*Uvido * Piſtorenſ.*
Uvido Cluſinenſis.
Creſcentius Roſellenſis.
* *Johannes Savinenſis.*
*Johannes * Terae.*
STEPHANUS SECCENSIS.
Johannes Pipernenſis.
Girardus Berolenſis.
Landovinus Ortenſis.
Creſcentius Fallarenſis.
Johannes Cardinalis.
Renen. Archidiaconus, cum aliis equidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconibus.
Gregorius Abbas Sancti Sabæ.
Titus Abbas Sancti Pauli.
Franciſcus Abbas Sancti Laurentii.
Benedictus Abbas S. Petri a vinculis.
Creſcentius Sancti Silveſtri.
Martinus Abbas de Farneto, & aliorum diverſorum ordinum nomina, quæ perlonga ſunt ad narrandum.

* Goffredus Volaterrenſis.
* Piſtorienſis.
* Deeſt in editis.
* Terracinenſis.

Hoc factum eſt in præſentia ſupradicti Benedicti Papæ temporibus Domini Choanradi Imperatoris quarta nonas novembris per Indictionem quintam.

Stephanus Seccenſis, ordine Geographico inter Tarracinenſem, & Privernatem Epiſcopos recenſitus.

tus, quemadmodum ceteri Epiſcopi hoc ordine ibidem diſponuntur, alius non eſt, quam noſtræ Eccleſiæ Setinæ Epiſcopus. Notus eſt enim barbarus per ea tempora ſcribendi mos, quo urbium nomina depravantur. Sexcenta exempla huc afferri poſſunt; ipſi etiam Tarracinenſes materiem ſuppetunt. Nam in

Concil. to. IX. pag. 648.

conciliabulo Romano A. D. 963. poſtremo loco habetur *Sulibatinus Tarraconenſis*, qui in alio Concilio

Ibid. pag. 654.

Romano anni ſequentis 964. *Sabbatinus Ferrarienſis dicitur*, corrupta prorſus vera nominis ſignificatione; neque enim *Tarraconenſis*, aut Ferrarienſis, ſed *Tar-*

Concil. to. IX. pag. 1156.

racinenſis, levi literarum mutatione dicendus eſt, ut monuit Philippus Labbeus. Ita nemini mirum eſſe debet, ſi *Setienſis* Epiſcopus, *Secenſis* in monumentis medii ævi inſcribitur. Setia vocabulum præterea hoc ipſo ſæculo, & in poſteriobus litera *t* in *c* mutata ſcribi conſueviſſe, novimus ex Gregorii VII.

Concil. to. X. pag. 35.

Differt. de Civit. & Eccleſia Setina pag. 51.

epiſt. XXXVII. lib. I. quæ data *Secie* eſt, & ex epiſtolis Concilii Baſileenſis ad Setinos ſcriptis A.D. 1434. Itaque geminata litera *c*, ob incuriam ſcribendi iis temporibus, pro Setienſis, *Secenſis* librarius exaravit. Illud etiam obſerva ab amanuenſi, nonnullas civitates in hoc diplomate pone vulgarem, & hodiernam nuncupationem efferri, cujuſmodi ſunt *Ogubinenſis*, *Orbinenſis*, *Monfeltrenſis*, *Foſumbronenſis*, ea quoque ratione vocabulum *Setiæ* juxta vulgarem notionem expreſſum. Ordo præterea Geographicus in hocce monumento ſervatus, evidenter Setinæ Eccleſiæ Stephanum Epiſcopum vindicat. Vetuſtiſſimus enim mos eſt, ut ſæpenumero ſecundum ordinem provinciarum Epiſcopi in Conciliis ſubſcriberent; id abunde

Concil. to. II. pag. 30.

Ibid. pag. 955.

Ibid. to. VI. pag. 694.

oſtendunt ſubſcriptiones Concilii Niceni I. œcumenici A. D. 325. CPolitani I. A.D. 381. & Synodi Romanæ ſub Agathone A.D. 680. Hinc recte Johannes

nes Harduinus in indice Geographico Epiſcopatuum, hunc Stephanum Setinis in Latio adſcripſit. Concil. to. xI. pag. 350.

LI. Subſcriptiones plurium Epiſcoporum ex provinciis ſuburbicariis in Romanis Conciliis per x. ſæcula, ſemel, bis, ſeu ter tantum obviæ. Cauſſa inquiritur.

Sed ſciſcitaris quinam factum ſit, ut rari admodum in vulgatis Synodorum monumentis Setini Epiſcopi inveniantur. Id quidem Setinæ cathedræ ſingulare non eſt. Hæc enim, ſi calamitas eſt dicenda, multis aliis civitatibus in provinciis ſuburbicariis conſtitutis, accidit, quarum Epiſcopi ad Romana Concilia evocari ſolebant. Quantumvis licet eædem a primis rei chriſtianæ incrementis Præſules obtinuerint, ab earum tamen primordiis ad medium ferme xI. Chriſti ſæculum, aut nullum, aut unum, duoſve, ad ſummum tres Præſules in vulgatis per Philippum Labbeum Conciliorum collectionibus vix enumerant. Nullus igitur invenitur ante ſæculum xI. ex Calatinis, ſeu Cajacenſibus, nullus ex Amalphitanis in Campania, nullus ex Aprutinis in Picentibus, nullus unquam ex Atinenſibus, Grumentinis, & Æclanenſibus, nullus ex Frequentinis in Samnio, duo tantum e Suoſſanis in Synodis A. D. 499. & 501. & A. D. 998. unus ex Venafranis, unus ex Stabienſibus in Campania, unus ex Acheruntinis, unus ex Potentinis Lucaniæ, in Synodis ejuſdem Symmachi, unus ex Pennenſibus in Veſtinis, unus ex Sulmonenſibus in Pelignis, unus demum ex Tuſculanis in ipſius Urbis propemodum faucibus. Duo tantum ex Soranis, duo ex Æſernienſibus in Campania, duo ex Aſſiſinatibus in Umbria, duo ex Urbevetanis in Tuſcia, ac duo ex Furconienſibus in Marſis. Nihil eſt proinde, quod mireris, ſi unius tantum Setini Epiſcopi tam longo temporis intervallo in Conciliis Romanis nomen obviam fiat, quum ſemel, vel bis multarum Eccleſiarum Antiſtites ex ſuburbicariis provinciis, uni Romano Ponti-

Ughellus to. vI. pag. 457.
Ibid. to. vI. pag. 219.
Ibid. to. I. pag. 380.
Ibid. to. vI. pag. 510. & ſeq.
Ibid. pag. 158. & ſeq.
Ibid. pag. 732.
Ibid. pag. 804.
Ibid. to. vI. pag. 19.
Ibid. pag. 176.
Ibid. to. I. pag. *48.
Ibid. pag. *252.
Ibid. pag. 263.
Ibid. pag. *256.
Ibid. to. vI. pag. 417.
Ibid. to. I. pag. 799.
Ibid. pag. *381.
Ibid. pag. 421.

tifici, ceu Metropolitæ obnoxii, & ad Synodos frequentiſſime celebratas acciti, per magnum ſæculorum ſpatium Romanis Conciliis ſubſcripſiſſe comperiantur. Eâ vero potiſſimum cauſſa eſt, quod plurimarum Synodorum Romanarum ſubſcriptionibus careamus. Atque ut ab antiquiſſimis Romanis Conciliis exordiamur, poſt reſtitutam Eccleſiæ pacem Julius I. Romæ concilium celebravit A. D. 337. cum centum, & ſexdecim Epiſcopis; at dolendum maxime, quod præter depravata nonnullorum, cetera Epiſcoporum nomina deſiderentur. Quinquaginta pluſquam Epiſcopos Romæ conſediſſe ſcribit S. Athanaſius initio ſuæ apologiæ ſecundæ in Romano ejuſdem Julii Concilio A. D. 341. Magnum quoque Epiſcoporum numerum interfuiſſe Synodo Romanæ ſub Damaſo A. D. 368. contra Arianos, idem Athanaſius teſtatur in literis ad Africanos. Hunc numerum ad nonaginta auget libellus Græcus Synodicus, ſed nomina Epiſcoporum nobis hactenus incomperta. In Synodo Damaſi anni 369. adverſus Auxentium, & Arianos nonniſi in fronte epiſtolæ Synodicæ ad Epiſcopos Catholicos per Orientem conſtitutos, ipſius Damaſi, & nomina novem Epiſcoporum leguntur, quum ex inſcriptione Synodi xcii. Epiſcopos adfuiſſe appareat. *Plurimi fratres convenerunt*, ut loquitur Synodica Siricii Papæ Epiſcopis Africæ miſſa, ad ſancti Apoſtoli Petri reliquias, nimirum ad Concilium, quod celebravit Siricius in Baſilica Principis Apoſtolorum A. D. 386. Sed prætermittuntur Epiſcoporum nomina, & ſedes. Sixtus III. A. D. 433. *convocavit univerſam Synodum Epiſcoporum, & presbyterorum Romanorum, cleroſque in Baſilicam Coſtantinianam*, in qua ſederunt *octoginta, & uno Epiſcopi, quadraginta octo presbyteri, & ſex Diaconi*. Quanti vero Epi-

Concil. tom. II. pag. 527.

Concil. tom. II. pag. 886.

Ibid. pag. 899. E.

Ibid. pag. 1028.

Acta Synodi c. vi. & vii. Concil. tom. III. pag. 1276.

Digitized by Google

Epiſcopi Romam convenire ſoliti eſſent, quoties Synodus habenda, aut graviora Eccleſiaſtica negocia diſcutienda eſſent, ſatis declarat epiſtola Gallæ Placidiæ ad Theodoſium Imperatorem filium Romã ſcripta, A. D. 450. qua ſignificat ſe vidiſſe in Baſilica Principis Apoſtolorum S. Pontificem *Leonem, Epiſcoporum multitudine circumſeptum, quos ex innumerabilibus civitatibus Italiæ, pro principatu proprii loci, ſeu dignitate collegit.* Vides magnum Epiſcoporum numerum Romæ ſub Leone M. adfuiſſe, quando adverſus Euthychianam hæreſim decertandum fuit. Utinam vero, & Conciliorum acta integra, atque ſubſcriptiones Epiſcoporum omnium ad nos perveniſſent; tot certe antiquæ Eccleſiæ, Urbi proximæ, adhuc in tenebris non jacerent: nomina enim quadraginta duorum Epiſcoporum ignorare cogimur, qui poſt Candidum Tiburtinum ſubſcripſere Concilio Romano Felicis III. adverſus Acacium A. D. 484. Ea omnino reticentur. In altero Felicis Concilio A. D. 487. recenſentur quidem nonnulli finitimi Epiſcopi, ſed abſunt etiam nonnulli ſedium vicinarum, inter quos ipſe Tarracinenſis. Concilium Romæ A. D. 494. cum ſeptuaginta Epiſcopis celebravit Gelaſius Papa de ſacris, & apocryphis libris, ſed hactenus Epiſcoporum nomina ignoramus. Alterum ipſemet Gelaſius habuit A. D. 495. cum quinquaginta Epiſcopis, quo Miſenum abſolvit. Initio tamen ipſius Synodi ſolum quadragintaquinque referuntur. Plurimi quidem Italiæ Epiſcopi Synodis a Symmacho Papa habitis ſubſcripſere, ſed heu quantas jacturas ipſæ ſubſcriptiones ob nimiam actorum vetuſtatem, ac librariorum incuriam paſſæ ſunt! Nonnulla menda accipe. In ſubſcriptionibus Concilii I. A.D. 499. apud Dionyſium exiguum, & in quatuor codicibus

Concil. tom. iv. pag. 14.

Concil. tom. iv. pag. 1127.

Concil. tom. iv. pag. 1260.

 Bi-

Collect. Concil. pag. 1460. Bibliothecæ Colbertinæ a Stephano Baluzio conſultis, & in excuſis actis notatur, Epiſcopos numero LXXIII. huic Concilio ſubſcripſiſſe, attamen nomina LXX. apparent in codice canonum Juſtelli; apud Labbeum Concil. tom. IV pag. 1314. 1315. vero LXVII. ſunt; in Baluziana collectione LXXII. una cum Symmacho; adduntur enim *Innocentius Epiſcopus Eccleſiæ Foroſenſis*, poſt ſubſcriptionem Fortunati Anagnini, & *Feliciſſimus Eccleſiæ Caudinenſis*, hactenus præteriti. Menda vero plura occurrunt in urbium nominibus ſcribendis, nam apud Juſtellum habetur Maximus *Blenarus*, pro *Bleranus*, Fortunatus *Fulgentanus*, pro *Fulginas*, Adeodatus *Forblenſis*, pro *Formienſis*. Synodus Romana II. ſub Symmacho habita A. D. 500. centum & quindecim Epiſcoporum numero conſtitit, ut refert auctor libri Pontificalis in vita ejuſdem Symmachi, invenies Concil. tom. IV. pag. 1317. tamen nomina tantum LXXVI. Epiſcoporum.

LII. Epiſcoporum cathedræ obnoxiæ a Gotthis, ac Langobardis clades deperditæ cum ipſis Præſulum nominibus.

Quæ fuerit in Italia rerum facies præſertim in Campania, ſub qua Latium continebatur, Gotthis, & Langobardis in ea commorantibus, jam ſatis intelliges, ſi memoria teneas, ſub Gottho Rege luxiſſe Romanam Eccleſiam, atque non modo in urbes, incendiis, rapinis, ac vaſtatione, ſed in humanum genus omne, ac in ipſos etiam ſanctos Epiſcopos immaniter, barbareque ſævitum. Quid enim non perpetravit Totilas, dum A. D. 545. Tibure capto, una cum civitatis Præſule cives omnes internecioni ſubjecit? Procop. de bello Gotthico lib. III. c. X. & de bello Perſico lib. II. Herculanum Peruſinum Epiſcopum capite cæſum ipſius Totilæ juſſu, præter Procopium narrat Dialog. lib. III. c. XIII. etiam S Gregorius. Cerbonium Populonii Epiſcopum urſis devorandum projecit, ad locum qui *Merulis* dicitur, octavo ab Urbe milliario, ut idem magnus Ibid. c. XI. Gregorius teſtatur, ſed divinitus effectum eſt, ut fera animalia Cerbonium dilaniare non auderent. Valentinum

tinum Epiſcopum Silvæ candidæ manibus detruncari juſſit. Gotthis Italiâ pulſis, Langobardi ſtatim irruerunt, qui tanta mala in eam intulerunt, ut diem ſupremum inſtare tum omnes crederent. Audi porro quibus verbis Langobardorum mala defleat S. Gregorius in dialogis: *Mox*, inquit, *effera Langobardorum gens de vagina ſuæ habitationis educta, in noſtram cervicem graſſata eſt; atque humanum genus, quod in hac terra præ nimia multitudine quaſi ſpiſſæ ſegetis more ſurrexerat, ſucciſum aruit: nam depopulatæ urbes, everſa caſtra, concrematæ Eccleſiæ, deſtructa monaſteria virorum, & fœminarum, deſolata ob hominibus prædia, atque ab omni cultore deſtituta in ſolitudine vacat terra; nullus hanc poſſeſſor inhabitat: occuparunt beſtiæ loca, quæ prius multitudo hominum tenebat*. Hæc Gregorius de cladibus a Langobardis illatis, pridem a S. Redempto Ferentini Epiſcopo prænunciatis. Per idem tempus nonnullas Latii urbes everſas putamus, nimirum Bovillas, Ardeam, Ariciam, Lannuvium, Laurentum, Antium, atque itidem Epiſcopos earum intercidiſſe, quoniam ſequentibus inde temporibus, nulla amplius de iiſdem mentio reperiatur. Hinc factum eſt, ut S. Gregorius nonnullas Eccleſias conjungeret. Liquet etiam ex eodem S. Gregorio ob Langobardorum incurſionem ita deſolatas civitates, & Aquinatis urbis incolas, partim *barbarorum* gladiis, partim peſtilentiæ immanitate oppreſſos, ut poſt Juſtini Epiſcopi mortem, nullus exinde qui Epiſcopus fieret, inveniri potuerit. Inſuper identidem conqueritur S. Gregorius, Italiam quotidie captivam fuiſſe ſub Langobardorum jugo, adeo ut tolerabilia videri potuiſſent, quæ a barbaris antea perpeſſa fuerat, & Neronis, ac Diocletiani perſecutionibus Langobar-

lib. III. cap. XXXVIII.

Dialog. lib. III. cap. VIII. Bar. A. D. 570.

lib. V. ep. XXXI. Ind. XIII. Dialog. lib. III. cap. XXVI & XXVIII. lib. V. epiſt. XX. Ind. XIV. lib. V. epiſt. XXXIX.

dorum

Digitized by Google

dorum immanitates comparet. Itaque his miſerrimis temporibus mutili fere omnes ſunt vicinarum Romæ urbium catalogi Epiſcoporum.

LIII. Epiſcoporum nomina in actis Conciliorum aut omiſſa, aut deperdita. Hiſtor Angl lib. v. cap. XX.

In tanta Eccleſiarum, ac hominum clade, quæ etiam monumenta perierint, probe intelligis. Quot enim acta Synodorum Romanarum octavo, ac nono ſæculo interiere? Refert Beda a Johanne VII. Synodum Romæ cum pluribus Epiſcopis A.D.705. habitam, in qua Wilfridus Eboracenſis Epiſcopus, rurſus cathedræ Eboracenſi reſtitutus eſt. At ubinam ſunt acta hæc, ubi ſubſcriptiones Epiſcoporum, qui Synodo adfuerunt? Similiter Gregorius II A.D.721. Concilium Romæ habuit *triginta duorum Epiſcoporum*. Nomina vero, quæ in actis adhuc exſtant, *vigintiduo tantum* ſunt. Gregorius tertius duo Romana Concilia celebravit, alterum A. D. 731. alterum vero A.D. 732. pro imaginibus adverſus Iconoclaſtas, cujus memoriam nobis ſervavit Anaſtaſius in vita Gregorii III. Porro narrat Anaſtaſius, Gregorium feciſſe Synodale decretum *cum Sacerdotali conventu coram ſacroſancta confeſſione ſanctiſſimi corporis beati Petri Apoſtoli, reſidentibus eum eodem ſummo, & Venerabili Papa, cum Archiepiſcopis, Antonio Gradenſi Archiepiſcopo, & Johanne Archiepiſcopo Ravennate, cum ceteris Epiſcopis iſtius Heſperiæ partis numero nonaginta tribus*. En in hac Synodo tres & nonaginta Italiæ Epiſcopi, quorum nomina adhuc latent. Mendoſiſſima ſunt in omnibus, quæ exſtant exemplaribus, ait Labbeus, nonnulla nomina poſt decreta Concilii Romani I. habiti a Zacharia Papa A.D.743. In alia Synodo Zachariæ A.D. 745. ſeptem tantum Epiſcopi enumerantur. Putaſne ſeptem tantum Synodo interfuiſſe? Stephanus III.A.769. Concilium Romæ coegit de electione Romani Pontificis, & de

Concil. to. VI. pag. 1454.

Concil. to XVII. pag 1556.

Ibid. pag 1556.

& de cultu ſacrarum imaginum, pro quo nonnullos Galliæ Epiſcopos, inquit Anaſtaſius in vita, *& diverſos Epiſcopos Tuſciæ, & Campaniæ aggregavit* Nulla tamen eorum nomina ad nos venere, niſi fragmenta quædam decretorum, quæ Lucas Holſtenius eruit, & vulgata Romæ ſunt A. D. 1662. *Concil. to. VI. pag 1722.*

LIV. Bella Langobardorum in Italia.

Quæ fuerint Langobardorum bella, antequam a Pippino perdomarentur, ſatis notum. Luitprandus, teſte Anaſtaſio in Gregorio III. Campaniam deprædatus eſt c. A. D. 740. Illud obiter monemus, Campaniam Romanam voluntaria deditione, ac Pippini munificentia Romanæ Eccleſiæ acceſſiſſe. Conſtat id ex epiſtola XIV. Pauli I. ad Pippinum Regem, in qua hoſtilitates Langobardorum enumerans varia in regionibus perpetratis: *ſimiliter*, ait, *& in partes Campaniæ, ideſt Caſtro* NOSTRO, *quod vocatur Valentin, hoſtiliter irruentes, talia ſicut paganæ gentes egerunt, de quibus uſque hactenus nequaquam juſtitiam recipere valuimus*. Quod ſpectat Tarracinenſem civitatem, quæ Tarracinenſis civitas B. Petro tradita fuerat, conqueritur Hadrianus I. ad Carolum Regem Francorum, atque Langobardorum, Neapolitanos, & Græcos, *Terracinenſem civitatem, quam ſervitio beati Petri Apoſtolorum Principis, & veſtro, atque* NOSTRO *antea ſubjugavimus, nunc autem in valido conſilio, iterum invaſos eſſe*, quare rogat Carolum, ut Neapolitanos, & Græcos coerceat. Rurſus aliam epiſtolam clerus Romanus ea de re ad Carolum ſcripſit.

Codex Carolinus apud Ducheſnium to. III. pag. 745.

Epiſt. LXIV. Codex Carol. pag. 782.

Ibid. pag. 791. Epiſt. LXXIII.

LV. Saraceni Campaniam diripiunt.

Poſt Langobardos Saraceni A. D. 877. Campaniam vaſtarunt. Hujus Provinciæ cladem deplorat Johannes VIII. in epiſtola ad Carolum Calvum regem, cujus auxilium implorat: *En*, inquit, *civitates, caſtra, & villæ deſtitutæ habitatoribus perierunt*,

Concil. to. IX. pag. 17.

runt, & Epiſcopi hac, illacque diſperſi. Sola illis Apoſtolorum principum limina derelicta ſunt in refugium, cum epiſcopia eorum in ferarum ſint redacta cubilia, & ipſi vagi, & ſine tectis inventi, non jam eis liceat prædicare, ſed mendicare. Item aliâ epiſtola ad eumdem Carolum facinora a Saracenis perpetrata in Campania enumerans, opem ejus expetit, *quia*, inquit, *tota Campania ab ipſis Deo odibilibus Saracenis funditus devaſtata, jam fluvium, qui a Tiburtina urbe Romam decurrit, furtim tranſeunt, & tam Sabinos, quam ſibi adjacentia loca prædantur: Sanctorum quoque baſilicas, & altaria deſtruxerunt, Sacerdotes, & ſanctimoniales, alios quidem captivos duxerunt, alios autem variis mortibus necaverunt, & omnem Chriſti ſanguine redemptum populum in circuitu deleverunt.* Iterum a Carolo petit, ut ſibi, & Eccleſiæ Romanæ ſuccurrat: *Quippe cum tota jam depopulata Campania nihil habeamus, nilque nobis, aut venerabilibus Monaſteriis, ceteriſque piis locis, neque Senatus Romano, unde corporaliter ſuſtentari poſſimus, remanſerit: omnibus etiam Romæ ſuburbanis adeo deprædatis, ut nullus in ipſis habitator, vel cujuslibet ætatis incola videatur conſiſtere.*

Epiſt. xxx. Ibid. pag. 46.

Epiſt. xxv. Ibid. pag. 44.

LVI. Subſcriptiones Epiſcoporum in actis Synodalibus ſæculi IX. & X. ex parte mancæ, ac prætermiſſæ. Concil. to. II. pag. 299. & 305.

Nomina multorum Campaniæ Epiſcoporum per idem tempus nobis ſupereſſent, ſi omnes, ac integræ exſtarent ſubſcriptiones Synodi Ravennatis, quam idem Johannes habuit A. D. 877. menſe Auguſto indictione x. cum cxxx. Epiſcopis, quorum ſubſcriptiones in vulgatis decretis nuſquam apparent. Quinquaginta duorum Epiſcoporum nomina eruta ſunt ex diplomate in eadem Synodo, Adalgario Ædueṅſi Epiſcopo dato, inter quos ex Campania nonniſi Galtericus Velitrenſis, Vitalis Cumanus, & Zacharias Anagninenſis habentur. Leo IX. quatuor

Ro-

Romæ Synodos coegit, unam nimirum A.D. 1049. alteram A.D. 1050. tertiam A.D. 1051. quartam vero A.D. 1053. In antiquis Conciliorum collectionibus, deſunt in ſingulis Epiſcoporum ſubſcriptiones; primæ tantum Synodi nomina Epiſcoporum detexit, & vulgavit clariſſimus Mabillonius: quæ quantum lucis Italiæ ſedibus attulerunt! Tria itidem a Nicolao II. celebrata ſunt Romana Concilia. Præter primum A. D. 1059. cujus ſubſcriptiones è ſchedis Sirmondi publici juris fecit Labbeus, in quo tamen ſexaginta tres tantum Patres adponuntur, quum CXIII. Epiſcopis Synodus iſta conſtaret, ex ipſius Pontificis teſtimonio in literis ad Epiſcopos Galliæ, reliqua nullum Epiſcopum præferunt.

Concil. to. IX. pag. 1047. 1052. 1066. 1071.

Ibid. pag. 1099. 1181.

Ibid. pag. 1159.

Ibid. pag. 1096.

LVII. Subſcriptiones Epiſcoporum detectæ magnam lucem Epiſcopalibus cathedris afferunt.

Audiſti hactenus, Lector, quantam jacturam fecerimus, ob acta una cum Epiſcoporum ſubſcriptionibus plurimarum Synodorum a Romanis Pontificibus celebratarum, ſeu injuria temporum deperdita, ſeu librariorum culpâ corrupta, ſeu etiam adhuc in tenebris latentia. Contra vero, oh quantum lucis affertur chronologiæ Epiſcoporum, ac urbibus ipſis, ex his, quæ in dies emergunt! Inſtar omnium ſit diploma Leonis IX. pro canonizatione S. Gerardi Epiſcopi Tullenſis, celebrata c. A. D. 1049. a Johanne Mabillonio ex MS. codice S. Manſueti literario orbi communicatum. Vide in ea Synodo Romæ a Leone habita in Baſilica Salvatoris apud Lateranum, convenientibus Dominico Gradenſi Patriarcha, ſeptem Archiepiſcopis, Epiſcopis quadraginta ſeptem, quanta hactenus incomperta detegantur: Subſcribunt enim poſt Patriarcham Gradenſem, *Alinardus Lugdunenſis Archiepiſcopus, Leodegarius Viennenſis Archiepiſcopus, Hugo Biſuntienſis Archiepiſcopus, Humbertus Sicilienſis Archiepiſcopus, Hildebrandus Capuenſis*

Annal. Benedict. to. IV. pag. 739. & ſæcul. V. Benedi. pag. 895.

Archiepiſcopus, *Petrus Conſanus Archiepiſcopus*, *Johannes Portuenſis*, *Voido Volaterrenſis*, *Creſcentius Silvæ candidæ*, *Johannes Velletrenſis*, *Johannes Oſtienſis*, *Johannes Savinenſis*, *Johannes Tiburtinus*, *Benedictus Salernitanus*, *Leo Gajetanus*, *Atto Camerinenſis*, *Johannes Siſinenſis*, *Obizo Piſenſis*, *Henricus Populonsi*, *Atenulphus Feſulanus*, *Creſcentius Cerenſis*, *Azo Centumcellenſis*, *Gerardus Reatinenſis*, *Bonizo Tuſcanellenſis*, *Johannes Suanenſis*, *Gerardus Roſellanus*, *Theodoricus Orbienſis*, *Harduinus Fanenſis*, *Herimanus Caſtellanus*, *Hermannus Corbinenſis*, *Leo Murenſis*, *Maſio Montis viridis*, *Bonus Petroinenſis*, *Heinricus Spoletanus*, *Iſembardus Theanenſis*, *Atto Marſicanus*, *Leo Soranus*, *Benedictus Berulenſis*, *Azo Foſienſis*, *Attigrinus Imolenſis*, *Harduinus Tudertinus*. Hos tantum recenſuimus, qui ſunt in ſuburbicariis provinciis. Accipe vero, quæ ex his nominibus nobis innoteſcant. *Humbertus Sicilienſis* Archiep. eſt Humbertus monachus, quem ſibi notum, & Romam deductum Leo IX. A. 1049. totius Siciliæ Epiſcopum ordinaſſe fertur, uti Richerius, & Johannes de Bayone teſtantur apud Mabillonium. Sed quum ob Normannorum incurſiones in Siciliam proficiſci non poſſet, Cardinalem renunciavit, dein Epiſcopum Silvæ candidæ c. A. D. 1051. *Hildebrandus Capuenſis Archiepiſcopus* prætermittitur ab Ughello, & anno 1050. Archiepiſcopum adhuc facit *Ademalphum*. Hic Hildeprandus interfuit Concilio Nicolai II. A. 1059. *Petrus Conſanus*, ideſt Cuſentinus Archiepiſcopus tum primum comparet; nam de eodem ſola mentio exſtabat apud Lupum Protoſpatam in chronico. *Vvido Volaterrenſis* hoc anno Epiſcopus agnoſcitur, quum ſcriptores Volaterrani Widonem ſedere cœpiſſe anno tantum 1058. tradiderint. *Creſcentius*

Annal. Benedict. to. IV. pag. 506.

Sil-

Silvæ candidæ memoratur tantum ab Ughello ex Bulla Leonis IX. data an.1049. *Johannes Velitrenſis*, hoc anno 1049. a Leone IX. electus eſt. *Johannes Oſtienſis* ab Ughello prætermittitur. *Johannem Sevinenſem*, ideſt *Sabinenſem* hoc anno ſediſſe incertum erat. *Johannes Tiburtinus* in Concilio Nicolai II. A.1059. tantummodo habebatur. *Benedictus Sueſſanus* (nam hic perperam legitur *Salernitanus*, quum jampridem Eccleſia Salernitana metropolitana evaſiſſet) exſtabat, & ſubſcripſit etiam Concilio Nicolai II. *Leo Gajetanus* legebatur tantum in Concilio Nicolai II. Atto *Camerinenſis* hactenus ignotus fuit. *Johannes Siſinenſis*, cui ſedi ſit adſcribendus, incertum videtur, ob corruptam ſubſcriptionem in alio apographo apud Mabillonium in actis S. Benedicti, in quo habetur *Johannes Siſcronenſis*. *Obizo Piſenſis* interfuit quidem Synodo Romanæ ſub Leone IX. A.1049. multaque de eo monumenta ſuperſunt. *Heinricus Populonii* memorabatur tantum A. 1015.in Synodo Lateranenſi ſub Benedicto VIII. Affirmare autem non auſim, num iſte Henricus cum noſtro ſit copulandus. *Atenulphi Feſulani* memoria ſolum exſtabat A.D. 1046. *Creſcentius Cærenſis*, fugit etiam diligentiam Lucentii, & adhuc ignorabatur. *Azo Centumcellenſis* vix dum cognitus Ughello A. D. 1037.in Peruſinis. *Gerardus Reatinus* omnino in ſerie prætermiſſus. *Johannes Suanenſis* ſubſcripſit etiam Concilio Nicolai II. *Gerardus Roſellanus*, ex eodem Concilio Nicolai, & in ſubſcriptione diplomatis Nicolai item II. Eccleſiæ S. Andreæ de Muſciano A.1059. *Theodericus Orbienſis*, dicendus eſt *Urbinenſis*, ut patet ex diplomate a nobis laudato pro Monaſterio Peruſino A. D. 1037. *Harduinus Fanenſis* in ſerie Epiſcoporum Fanenſium habebatur. *Hermannus*,

Secul. v. pag.89 5.

nus Caſtellanus, Tifernati urbi aſſignandus, non civitati Caſtellanæ; apparet etiam in Concilio Nicolai II. *Herimannus Corbinenſis* locandus eſt poſt Richardum Corbinenſem in ſerie Epiſcoporum hujus Eccleſiæ, de quo nullus alias meminit. *Leo Murenſis* primo loco erit ſtatuendus ante Euſtachium, quum nullum ante hunc Euſtachium Ughellus Murenſem Epiſcopum invenerit. *Maſio Montis viridis* primo etiam loco figendus, quum apud Ughellum primus in ſerie collocatus ſit Marius, qui vivebat A. 1175. *Bonus Petremenſis* emendandus, ex Concilio Nicolai II. ac appellandus *Sipontinenſis. Henricus Spoletanus* notus erat. *Iſembardus Theanenſis* abeſt ab eorum Epiſcoporum catalogo. Petrus *Buturaenſis*, idem eſt, ac *Vulturnenſis*, ut eſt in Concilio Romano Nicolai II. *Atto Marſicanus* hactenus delituit, ſeu potius ſi idem eſt, ac *Actius*, de quo Ughellus in ſerie, annus quo Epiſcopus ſedebat, agnoſcitur. *Leo Soranus*, nullus legitur in Soranis vulgatis Epiſcopis; quemadmodum & *Benedictus Berulenſis*, nempe Verulenſis. *Azonem Foſienſem*, muta in *Fulginatenſem*, levi correctione, ducta ex Concilio Nicolai II. ubi legitur *Azo* Epiſcopus *Fulinenſis*. *Attigrinus Imolenſis* ceteris addendus, quum eum Ughellus præterierit. *Harduinus Tudertinus* interfuit etiam Concilio Nicolai II. A. D. 1059. ſed in editione Labbeana legitur *Martinus*. Noſti igitur quanta acceſſio fiat multis Eccleſiis ex memoratis ſubſcriptionibus, quanta etiam corrigantur, & quantum adipiſci poterimus, ſi præclara hujuſmodi monumenta aliquando lucem viderint.

Ital. ſac. to. I, pag. 561.

LVIII. Setini Epiſcopi nominati in actis S. Lidani Ab. Monaſterii S. Cæciliæ in agro Setino.

Sed ad Setinam Eccleſiam, cujus propemodum obliti videmur, convertatur oratio, quorum Epiſcopi tres ex actis Sancti Lidani Abbatis S. Cæciliæ in agro Se-

Setino, ac Setinorum præcipui patroni, in vetuſto codice Eccleſiæ Setinæ deſcriptis, eruuntur. De his actis accuratius in primis agendum eſt, quandoquidem eorum fidem elevare alias nonnullis placuit. Facem mihi prætulerunt duo ſummi viri Laurentius Alexander Zacagnius, & Conradus Janningus, unus è Bollandianis ſociis, qui cumulatiſſime acta ipſa vindicarunt. Itaque eorum ſententias producam, ut appareat, quibus innixi fundamentis, duo viri præſtantes a mendorum moleſtia ea omnino liberarint. Res geſtas igitur, & miracula S. Lidani partim Dionyſius, partim Johannes Epiſcopus Setinus literis tradidere. Dionyſius, qui monachus a Baronio A.D. 1118. dicitur, a nonnullis Setinus Epiſcopus creditus, licet in codice Eccleſiæ Setinæ *Beatus* tantum, non monachus, aut Epiſcopus appelletur, in duas partes S. Lidani vitam, (ſeu, ut acta præferunt, *in duos prologos*) diſtribuit, quarum altera ortum, vitæ genus, & obitum S. Lidani narrat, altera vero miracula ejuſdem in vivis adhuc agentis deſcribit. Johannes autem Setinus Epiſcopus miracula, quibus poſt mortem, & translationem in civitatem Setinam claruit S. Lidanus, collegit. His poſitis, quæ mox magis intelligentur, inquirit Janningus, qua ætate Bolland. Ibid. to. 2. Apr. 22. pag. vixit Dionyſius geſtorum S. Lidani ſcriptor. Exiſti- 342. §. 22. mat autem ex ipſis actis, poſt S. Lidani mortem floruiſſe; nam ipſemet Dionyſius hæc habet §. 6. *Refe-* Ibid. pag 345. *rentibus poſt longi meatus curricula ſenioribus, aliqua de multis, tunc temporis inopiâ ſcripturarum neglectis, humili ſtylo ſcribere conamur*. His perpenſis, certum tempus, quo vitam S. Lidani exaraverit Dionyſius, definiri non poſſe Janningus ſtatuit.

LIX. Vindicatæ acta S. Lidani per Laurentium Alexandrum Zacagnium.

Verum rem acu tetigit vir clarus Laurentius Alexander Zacagnius Bibliothecæ Vaticanæ olim cuſtos,

ſtos, in veteribus monumentis dignoſcendis apprime verſatus, qui diligentiſſimo examine codicem Setinum recenſuit, & acta omnia minutatim excuſſit, uberi atque undique abſoluta lucubratione, quam in appendice monumentorum nunc primum luci damus. Cenſet ergo Zacagnius Dionyſium illum, qui res geſtas S. Lidani conſcripſit monachum cœnobii a S. Lidano extructi fuiſſe, non vero Setinum Epiſcopum. Quæ porro in laudato codice habentur ex alio vetuſtiore, in quo a Dionyſio, & Johanne Setino Epiſcopo res S. Lidani continebantur, ab Anonymo excerpta eſſe. Quum enim dies feſtus S. Lidani in Eccleſia Setina quotannis ſolemniter ageretur, ac ejus acta inter divina officia legerentur, Anonymus ea contraxit, & chronologicis characteribus munivit.

V. in fine.

LX. *Octavius Cajetanus emendatus de patria S. Lidani.*

To. II. pag. 133.

Ibid. in fine pag. 48. & 2.

Mirum vero in modum peccavit Octavius Cajetanus in vitis Sanctorum Siculorum, ubi vitam, & miracula S. Lidani edidit; nam partim fœde detruncavit (cujus noxæ eum Janningus coarguit) partim vero de ſuo ingenio ſupplevit, ac immutavit. Præterea diu ſe tortum ſcribit in animadverſionibus in vitam S. Lidani ob *Antenam regni Siciliæ* de provincia Aprutina, quam fruſtra quæri in Sicilia refert, ac multa coaggerat, ex quibus Lidanum in Sicilia tunc temporis a chriſtianis parentibus ortum ducere, non potuiſſe conſtat. Quamobrem his difficultatibus permotus, fatetur, ſe ex albo Sanctorum Sicilienſium B. Lidanum prope deleturum fuiſſe. Recte quidem feciſſet, ſi S. Lidanum inter Sanctos Siculos non adnumeraſſet. Nam vere legendum, ut legitur in codice Setino *Antena* in *Aprutio*, non *Atina* in *Lucania*, quemadmodum maluit Johannes Rhò Societatis Jeſu in vita S. Lidani, Italice vulgata Romæ

Vita di S. Lidano Abbate Benedettino pag. 9.

A. D.

A. D. 1641. in quam ſententiam propendet Janningus, licet de *Atina* in Campania, Caſino monti proxima, Patrem Rhò locutum, judicet. At eorum pace dixerim, uterque a ſcopo aberravit. Etenim *Antena* vera S. Lidani patria, non in *Sicilia*, aut *Campania*, ſed antiqua urbs in Marſis ſuit, quæ temporum viciſſitudine ad oppidulum redacta, nunc vulgo dicitur *Civita d' Antina*, & in diœceſi Epiſcopi Sorani jacet. De eadem urbe nonnulla ſcitu digna notavit Mutius Phœbonius in Hiſtoria Marſorum, ubi ex veteri lapide ibidem reperto, populos hujus urbis *Antinates* dictos, monet. Inſuper addit, hanc *Antinam* ſubjectam aliquando Caſinenſi Monaſterio per oblationem Rainaldi filii Roberti, prout refert Petrus Diaconus, ſed dormitat ibidem Phœbonius; nunquam enim Rainaldus donavit Monaſterio Caſinenſi civitatem Antinam, ut ex verbis ipſius chronici patet, quæ ſic ſe habent: *Idem fecit & Rainaldus filius Obberti de civitate Antena, cum parentibus ſuis, de Sancto Petro in Marini, & Sancta Lucia in Rendenaria, cum omnibus pertinentiis earum.* Quorum verborum is eſt apertus ſenſus, Rainaldum filium Roberti, ſeu unum ex dominis, ſeu commorantem in civitate Antena, donaſſe monaſterio Caſinenſi Eccleſias S. Petri in Morini, & S. Luciæ *in Rendenaria*, non vero ipſam civitatem. Hæc donatio facta videtur c. A. D. 1090.

Die 2. Julii pag. 342. §. 3.

lib. III. cap. III. pag. 110. & 111.

Chron. Caſinen. lib. III. cap. XXI.

LXI Diluuntur objecta actis S. Lidani.

Ex his perſpicuum fit nullius momenti eſſe, quæ negotium faceſſebant Cajetano, quòd nimirum initio vitæ præfigantur hæc verba: *anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti* MLXXXVIII. *Indictione* XII. *Pontificatus Domini Urbani Papæ* II. *anno ejus primo Nonis menſis Martii*: quæ inſcriptio, inquit, mendis ſcatet. Indictio ſiquidem falſa eſt, præterea Urbanus

banus nondum erat Pontifex, quippe creatus eſt eodem anno, ſed quarto Idus Martii. Verum enimvero has chronologicas notas, ſecus ac Cajetanus ſentit, mendis non ſcatere, recte oſtendit

Rolland. Jul. t. 1. pag. 342. §. 9.

Janningus, qui vere argumentatum fuiſſe Cajetanum, docet, ſi ea de exordio Pontificatus Urbani accipienda eſſent. Etenim, qui titulum ſcripſit, tempus notare voluit, quo ſcribere ſua cœpit, ac rite notavit per indictionem XII. & Nonas Menſis Martii, quæ conveniunt, ait Janningus, cum anno primo Urbani ſecundi deſinente, atque adeo annus Chriſti MLXXXVIII. quo cœpit annus primus Urbani a die XII. Martii, augeri debet unitate, atque ſignari MLXXXVIIII. ut finis anni ejus primi indicetur. *Quo facto*, proſequitur Janningus, *abſque alia mutatione omnia ſunt ſalva*. Illud etiam continuo egregie

Ibid. §. 10.

addit Janningus, hunc titulum ante ſingularem S. Lidani vitam inſcriptum non fuiſſe, ſed putat codicem, in quo S. Lidani vita primitus deſcripta fuerat, *alia monumenta ad Eccleſiam, aut civitatem Setinam ſpectantia continuiſſe, in quo collector præfixerit* A. D. MLXXXVIII. aut potius ſecundum reliquas chronologicas notas, A. D. MLXXXVIIII. *quo exorſus ille ſit codicem ſcribere, in quem deinde alii, atque alii, ut fit, ſimilis argumenti, monumenta retulerunt. Ille vero, qui vitam S. Lidani indidem poſtea ſeorſim tranſcripſit, notam temporis initio codicis poſitam ſingulari vitæ ſancti noſtri præfixerit, opinatus, omnia in codice contenta, eodem tempore ibi ſcripta fuiſſe. Certe titulus ad vitam S. Lidani nullatenus fertur.* Hæc appoſite Janningus.

LXII. Codex Eccleſiæ Setinæ ex antiquioribus excriptus.

Quod autem codex Setinus ex antiquioribus monumentis Eccleſiæ Setinæ ſumtus ſit, ſatis declarant epitome actorum SS. Petri, & Marcellini mar-

ty-

tyrum, qui etiam ut patroni Setinorum coluntur; ea enim ad verbum fere expreſſa eſt de antiquiſſimis horum martyrum actis, quæ ex nonnullis vetuſtiſſimis codicibus eruit Godefridus Henſchenius, editque ad diem 11. Junii. *Bolland. Jun. tom I. pag. 171. §. 1.*

LXIII. Eminentiſſimus Baronius explicatur.

Nunc demum intelliges, qua ratione Cardinalis Baronius in magnis annalibus A. D. 1118. tradiderit, res geſtas S. Lidani a Dionyſio monacho Caſinenſi ſcriptas, quas *mendis obſitas ſibi legiſſe*, *contigit*: quod ut penitius cognoſcas, ſcire debes, Baronium accepiſſe a Conſtantino Cajetano legendam S. Lidani, non ad fidem codicis Setini tranſcriptam, ſed mendoſiſſimo initio a librario corruptam. Ejus enim exordium ex apographo Baroniano Bibliothecæ Vallicellanæ, quod præ oculis habemus, eſt ejuſmodi: *Anno Incarnationis* D. N. J. C. 1102. *Indictione 12: Pontificatus Domini Urbani PP. 2. anno ejus primo*, *Nonas Menſis Martii*. Heu quam prodigioſe erravit librarius in notis chronologicis tranſcribendis, quibus deterritus Eminentiſſimus annalium conditor, obiter notavit, acta illa mendis ſcatere!

LXIV. Cultus Setinorum in Sanctum Lidanum, expreſſus in epigraphe æris campani, ſuſi initio XIV. ſeculi. Lemma ſacrum in campana explicatur.

Quod ſi præſtantiſſimus, ac optimus veterum monumentorum judex, codicem Setinum inſpexiſſet, & ad hujus calcem collectas, in Miſſa ad S. Lidani honorem celebrari ſolitas, & hymnos præterea in veſperis in primo nocturno, & ad Laudes in divinis officiis quotannis decantatos, ac demum in Kalendario in fine hujus codicis exarato VI. Nonas Julii rubeis literis *Feſtivitatem S. Lidani Abbatis*, nullus dubito, quin S. Lidanum in martyrologium Romanum retuliſſet. Quid ſi percepiſſet antiquiſſimum Setinorum cultum, in S. Lidano eorum urbis patrono ſingulari obſervando? Hunc enim teſtantur ære fuſæ literæ initio XIV. ſeculi in campana majori ædis cat-

L he-

hedralis Setinæ, in qua hæc circumſcripta eſt epigraphe:

A.D. MCCC.XII. AD HONOREM DEI. ET BTÆ MARIÆ VIR. ET BTI LIDANI ET OIVM SCTORV... ETE SCA SPOT. HONORE DEI ET PATRIE LIBERATIONE. XPS VINCIT. XPS. REGNAT. XPS IMPERAT BARTHS PISAN ME FECIT.

En egregium antiquiſſimi, & perpetui cultus Setinorum erga S. Lidanum monumentum, quem teſtatum voluere A.D. MCCCXII. in majori campana, quam conflandam curarunt. Dictiones illæ porro, quæ conſumtis characteribus detritæ leguntur ETE SCA SPOT. MENTEM SANCTAM SPONTANEAM ſignificant, quarum dictionum formula abſque ullo, a quo verbo regatur, permultæ campanæ in variis terrarum orbis partibus inſignitæ leguntur, in quibus etiam ſæpiſſime B. M. Virginis nomen exprimitur. Angelus Roccha Epiſcopus Tagaſtenſis, & Sacrarii Apoſtolici Præfectus in commentario de campanis exempla hujus dictionis protulit e campanis Baſilicæ Apoſtolorum Principis, & Baſilicæ Liberianæ. Nos etiam primo loco formulas ejuſmodi in reliquis campanis ædis cathedralis Setinæ afferemus, deinde rei magis confirmandæ cauſſa, nonnullas urbium Italiæ addemus. In alia igitur ex tribus majoribus campanis hæc exſtant.

Cap. VI. & XII.

SAN-

SANCTAM SPONTANIAM HONOREM
DEO ET AVE MARIA GRATIA PLENA
DOMINUS TECVM MENTEM
ANNO DOMINI MCCCCXIII. MENS.
APRILIS PATRIE LIBERATIONEM
MAG. IACOB. DE SENIS ME FECIT.

Tertia vero ex tribus majoribus, ita informes characteres habet, ut eos interpretari non potuerint Setini.

Majori autem ex duabus minoris formæ hæc ineſt inſcriptio:

IN NOIE TVO SALVOS NOS FAC
IN VIRTVTE TVA LIBERA NOS
MCCCCLIIII.

In alia ejuſdem magnitudinis

AVE MARIA GRATIA PLENA DNVS
TECVM MCCCCLIIII.

Major dein ex duabus infimis hunc titulum præfert.

✠ SCTA MARIA LVCA CARDINO EP.
ARCHIP. ET CAN. CVRARVNT.
ERE. A. D. MDLXXXX. BALDASAR. P.

In poſtrema ex infimis nullæ ſunt inſculptæ literæ.

Hic obiter animadvertas velim, exſtare in turri campanaria cathedralis Setinæ campanas ſeptem. Etenim plures campanas permitti cathedralibus Ec-

 cle-

cleſiis, refert Johannes Papa XXII. in extravaganti *de Officio Cuſtodis*, ubi ſtatuit, non licere mendicantibus, niſi una campana uti. Scite autem id obſervavit Angelus Roccha in commentario de campanis, cap. XXVI. qui præterea docet, S. Carolum Borromæum de inſtructione Fabricæ, lib. 2. cap. XXV. hæc de numero campanarum edicere: *ſi Eccleſia cathedralis eſt, ſeptem, aut quinque ad minimum campanas: ſi Collegiata, tres, grandiorem ſcilicet, mediam, & minimam, ſi Parochialis totidem, aut duas ſaltem habere debet*. Numerus campanarum in turri cathedralis Setinæ, eum, quem ceteræ Eccleſiæ cathedrales habent, exæquat.

Redeo nunc ad illam dictionem *mentem ſanctam ſpontaneam*, ac reliquas formulas, quas omnibus ferme campanis ſæculo etiam XIII. XIV. XV. inſgere, in more poſitum fuiſſe video. Exſtat ſcilicet inſcriptio in duabus campanis majori, & minori antiquæ collegiatæ S. Sixti Viterbii: majori hæc inſunt.

Ad honorem Dei, & beati Sixti Añn Dõi MCCLVI. mãgr Becivenne Piſan. me f. mẽtem sẽta ſpontaneũ honorem D. ꝛ P. L.

Minori vero

✠ AD honorem Domini, & Beati Johannis, & Sixti mentem ſcãm ſpontaneam honorem Domini, & patriæ liberationem.

Ti-

Tibure etiam in media campana Eccleſiæ cathedralis, cujus titularis eſt S. Laurentius, hæc leguntur.

✠ A. D. MCCCLXXXVIIII.
AD. HORE. DEI. ET. BTÆ.
MARIÆ VIRG. ET. BTI LA
VRENTII. MARTIRIS. ✠ METE.
SCAN. SPOT. AD. HOREM
DO. ET. PATE LIBATONE.
TEPE. DNI. JACOBI. DE
COLVPN. ACN. IDI. ID.

Hanc inſcriptionem nuper vulgavit Jo. Carolus Crocchiantus Canonicus Tiburtinus in hiſtoria de Eccleſiis Tiburtinis. *lib. 1. cap. ult. pag. 15.*

In oppido Magdaloni, in foribus Eccleſiæ S. Agathæ, hæc ſunt lapidi inciſa verba: *Ital. ſacr. tom. 6. pag. 626.*

Mentem S. ſpont. ad h. Dei, P. Liberat.

Ad hujus inſcriptionis latera, præter Nicolai Papæ IV. Caroli Siciliæ Regis II., & Azonis Epiſcopi Caſertani nomina, notatus eſt *Gerardus Legatus Sab. Epiſ.* MCCLXXXIX. menſ. Feb. Ind. II.

Caſertæ in campana maxima: *Ave Maria gratia plena Dominus tecum. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Mentem ſanctam ſpontaneam, & patriæ honorem Deo, & patriæ liberationem me fecit Fr. Petrutius de Theano ſub anno* 1440. *regnantibus F. Johanne Epiſcopo Caſertano, & Johanne de Raeth Comite Caſertano. Jeſu Chriſte adjuva nos.* *Ibid. pag. 657.*

Optime vero, meo quidem judicio, opinatur laudatus Epiſcopus Tagaſtenſis in commentario ſæpe com-

Cap. vi.

commemorato de campanis, multas campanas Mariæ nomen retinere, quod in honorem Beatæ Mariæ Virginis in meridie, ſero, & aurora pulſentur, formulas vero alias, ideo campanis inciſas, quod ad fulgura propellenda, & tempeſtates procul agendas, pulſantur, ut urbes, & patriæ incolumes, & immunes ab hujuſmodi flagellis ſerventur. Ferunt autem hoc lemma inventum fuiſſe in tabula appoſita ad ſepulcrum B. Agathæ, ubi legebatur: *mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, & patriæ liberationem*, quod Gabriel Flamma de S. Agatha ita interpretatus eſt: *Mentem ſanctam* (Agatha) *obtulit, honorem Deo dedit, & patriæ liberationem impetravit*.

S. Methodius Epiſcopus CPolitanus oratione in S. Agath. §. 23. apud Bolland. die 5. Feb. pag. 627. de vitis SS. to. 2.

LXV Perpetuus Setinorum cultus erga S. Lidanum Apoſtolica auctoritate comprobatus.

Sed de his jam ſatis, revocandus eſt ſermo ad S. Lidanum Setinorum patronum, cujus diem feſtum ſumma cum celebritate peragendum iidem Setini ſanxere in ſuis municipalibus juribus, quæ condita eſſe ante XIV. Chriſti ſæculum, elicitur ex iis, quæ in nova eorum reſtitutione A. D. 1520. confecta notantur, ubi habetur, volumen legum municipalium vetuſtate collapſum, ab eis inſtauratum. Has Setinorum leges Leo X. Romanus Pontifex confirmavit. Itaque in titulo de Feriis, inter alias ſolemnitates, quibus ab opere vacandum decernitur, una eſt dies *S. Lidani confeſſoris, & Sanctorum Petri, ac Marcellini civitatis patronum*. Verba ipſa hujus tituli in appendice referenda cenſuimus. Et vero Setinorum in S. Lidanum cultum perenni quingentorum annorum curriculo impenſum, Apoſtolica auctoritate comprobavit Fabricius Peruſinus Tarracinenſis Epiſcopus A. D. MDCVI. quo S. Lidani corpus tranſtulit: in cujus rei memoriam ad latus epiſtolæ in ara majori cathedralis Eccleſiæ Setinæ, hoc in lapide poſitum eſt monumentum:

V. in fine

COR-

CORPVS B. LIGDANI ABB. ET CONFESS
CIVIT. SETIÆ PATRONI CCCCC ANĪS
MAXIMA CVM VENERATIONE IN HOC
TEMPLO ASSERVATVM FABRICIVS
PERVSINVS EP̄S TARRACINEN AD
ALTARE MAIVS INSIGNIORI LOCO
ÆDIFICATVM AVGENDÆ DEVOTIONIS
CAVSA APOSTOLICA AVCTORITATE
APPARATV AC POMPA CELEBERRIMA
PVBLICO SVMPTV TRANSTVLIT
DIE XVIII. IVNII ANNO DNI MDCVI
PAVLI. PP. V. PONTIFICAT. II.

Quid hoc monumento præclarius, ad perpetuam, atque ſummam Setinorum erga S. Lidanum religionem, quod attinet, eſſe poteſt? Teſtatur quoque Johannes Rhò Societatis Jeſu presbyter in fine vitæ S. Lidani, corpus S. Lidani ſolemni pompa, A.D. MDCVI. Junii, mutatâ tunc Eccleſiæ cathedralis forma, & novâ ara principe extructa, in hanc translatum a Fabritio Peruſino Epiſcopo Tarracinenſi, & Setinenſi, aſſiſtente Domino Bruſco Setino, Epiſcopo Litteranenſi.

Ceterum de S. Lidano meminere Arnoldus Wion in appendice ad tertium librum ligni vitæ, ubi memoriæ lapſu, *Tarracinæ*, non Setiæ, ejus corpus re- LXVI. De S. Lidano in Faſtis Eccleſiaſticis, ac menologiis memoria.

Pag. 429. edit. Venet. an. 1555.

Pag. 404. 405.

requieſcere ſcribit. Agit de S. Lidano præterea Philippus Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ, die III. Julii, ad quem ille feſtum S. Lidani reiicit, forte inquit, ob Viſitationem B. Mariæ Virginis, ſed prorſus divinat; nam a Setinis hactenus dies II. Julii Sancto Lidano ſacra fuit. Ibi vero Ferrarius acta ex Baronii ſchedis in Bibliotheca Vallicellana, compendio contraxit. Idem quoque Ferrarius in catalogo generali Sanctorum, qui in martyrologio Romano non ſunt die II. Julii *Setiæ in Latio S. Lidani Abbatis* ſolemnitatem commemorat. Neſcio vero, quibus teſtibus fretus affirmet, Petrum Diaconum Caſinenſem de rebus geſtis S. Lidani, in libro de Sanctis Caſinenſibus ſcripſiſſe; nuſquam enim, ut accepimus, inter inedita Petri Diaconi monumenta de S. Lidano aliquid occurrit. Agunt demum de S. Lidano agiolographi Benedictini, Hugo Menardus in martyrologio Benedictino, & Gabriel Bucelinus in menologio Benedictino die III. Julii, Octavius Cajetanus Societatis Jeſu in vitis Sanctorum Siculorum, Franciſcus Carrera Societatis Jeſu in Pantheo Siculo die II. Julii. Nuper autem Claudius Caſtellanus Canonicus Pariſienſis in ſuo martyrologio univerſali Gallicè exarato, his verbis die II. Julii S. Lidani celebritatem adnotavit: *Setiæ prope Privernum in Italia S. Lingdanus Abbas.* Vide quibus momentis S. Lidani memoria, & cultus, ſtabilita, & propagata fuerint.

Tom. I. pag. 159. & in animadv. verſ. pag. 47. prim. edit. A. 1657.

LXVII. Nomina etiam Setinorum Antiſtitum in actis S. Lidani.

Nunc ad Eccleſiæ Setinæ cathedram convertenda eſt oratio, amotis enim, ut obſervavimus, criminationibus, & ſuſpicionum in codice Setino mendis, ſtare vides ſuam fidem iis, quæ ibidem de S. Lidani patria, monachatu, & de cœnobio S. Cæciliæ ab eo inſtituto, de ætate, qua vixerit, & demum commen-

mentitios non eſſe Epiſcopos Setinos, qui ibidem nominantur. Conſtat enim ex narratione, initio propoſita, S. Lidanum natum Antenæ in Aprutio, patre loci Domino, matre vero Cæcilia ex nobili Auellarum familia. Anno IX. ætatis Monaſterio Caſinenſi oblatus eſt, ubi etiam S. Benedicti regulam profeſſus. Annum decimum ſeptimum quum ageret, parentes ejus obiere, ex quorum hereditate collectam pecuniam, Euangelio obſecutus, partim pauperibus diſtribuit, reliquam vero extruendo Monaſterio *in loco, qui vulgariter dicitur ad tres arcus, juxta montem Antoniani per modica ſtadia: juxta quos arcus, ob reverentiam B. Cæciliæ virginis, & nominis matris ſuæ, cum licentia Pollidii, tuac Epiſcopi Setinæ civitatis, ædificari fecit quoddam monaſterium ordinis ſupradicti.* Sub Antoniano monte, Antoniorum villa fuit, cujus adhuc veſtigia ſuperſunt. Non longe erat pons antiquiſſimi operis, qui ab incolis etiamnum pons S. Cæciliæ vocatur, ob Eccleſiam S. Cæciliæ olim illi proxima, quæ literis tradit Eminentiſſimus veteris Latii auctor. Ibidem cum ſuis monachis aſperrimam vitam egit, ſeptuaginta duobus annis, *uſque ad tempus* Gelaſii Papæ *ſecundi*. Obiit demum ſexto Nonas Julii, cujus corpus ad Setinam civitatem delatum eſt per *Druſinum, tuac Epiſcopam civitatis ejuſdem*. Ex his plane conficitur, Lidanum natum eſſe A. D. 1026. & obiiſſe A.D. 1118. quo Gelaſius II. Romanus Pontifex eſt renunciatus, quumque LXXII. annis in monaſterio S. Cæciliæ vixerit, huc ſe contulit anno ætatis vigeſimo, Chriſti MXLVI. atque adeo hoc anno Pollidius Setinæ Eccleſiæ præerat, qui forte *Stephani Setineaſis* ſucceſſor fuerat. Druſini ætatem præterea ex obitu S. Lidani agnoſcimus, qui quum in A. D. 1118. conferatur, tunc Eccleſiæ Setinæ gu-

Lib. II. Cap. XVIII. pag. 148.

M ber-

bernacula rexiſſe, oportet. *Johannes* vero miraculorum S. Lidani ſcriptor, ſe ipſum Epiſcopum Setinum appellat: quod quidem tanti fecit Janningus, quanquam aliunde de Epiſcopatu Setino nihil ſuboluerit, ut pulchre aſſeveret, de Setino Epiſcopatu non eſſe ambigendum. Audi ejus verba: *Ego ita ſentio. Utcumque Epiſcopatus Setinus obſcurus ſit apud ſcriptores, de Epiſcopatibus tractantes, tantum actis S. Lidani videor debere tribuere, ut mihi perſuadeam, veros, proprioſque Epiſcopos Setiam aliquando habuiſſe.*

Bolland. Julii die II. pag. 245. 9. 15.

LXVIII. Subſcriptiones Epiſcoporum prætermiſſæ in Synodis Gregorii VII. ac in nonnullis Urbani II.

Utinam vero lucem aſpexiſſent nomina Epiſcoporum, qui decem Conciliis Romanis a B. Gregorio VII. celebratis, adfuerunt, locum in his haberent etiam Setini. Etenim Gregorius, anno I. Pontificatus, Româ egreſſus, quum in varias Campaniæ urbes profectus eſſet, Setiæ etiam conſtitit, ibique ad Aldilaſiam Comitiſſam epiſtolam ſcripſit, quæ data eſt *Setiæ ſeptimo Idus Decembris indictione duodecima*, hoc eſt A. D. 1073. Primæ Synodi, prima hebdomada quadrageſimæ habitæ A. D. 1074. nullæ habentur ſubſcriptiones. Conveniſſe in urbem, ſtatuta die, qui vocati fuerant, Epiſcopos, & habita fuiſſe comitia frequenti Patrum cœtu, ſed numerum certum non inveniri expreſſum, obſervavit magnus Baronius. Secundæ Synodi, ex Occidentalibus orbis circumquaque provinciis Epiſcopis confluentibus A.D. 1075. acta ſigillatim ſcripta periere. Brevem illius ſummam nobis ſervarunt literæ ejuſdem Gregorii, ex quibus intelligitur Concilio interfuiſſe Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum multitudinem. Ad Synodum tertiam A. D. 1076. plures Epiſcopos confluxiſſe narrat Lambertus Schafnaburgenſis, ſed nuſpiam apparent, ob deperdita hujus Concilii acta. Synodo IV. in prima hebdomada quadrageſimæ

Lib. I. epiſt. XXXVII.

Baronius A. D. 1073.

Concil. to. X. pag. 315.

Baronius A. D. 1075.

Lib. II. poſt epiſt. LII.

Concil. to. X. pag. 355.

mæ A. D. 1078. ut liquet ex ipſius Gregorii literis, Archiepiſcopi, & Epiſcopi diverſarum urbium, fere numero centum, interfuere, ſed eorum nomina hactenus deſideramus. Deſunt quoque ſubſcriptiones, & acta integra Synodi v. eodem anno menſe Novembri celebratæ. Reliquis etiam Synodis nullæ ſunt ſubſcriptiones. Synodo IX. A. D. 1083. Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates Campani, & de Principatibus, atque Apulia ſe contulerunt: at iſthæc nomina, ſilentio prætermiſſa eſſe, dolemus. Urbanus II. A. D. 1089. Synodum Romæ habuit, cui centum, & quindecim Epiſcopi adſuerunt, at ubi ſunt eorum nomina? Bertholdus Conſtantienſis Urbano ſuppar, de numero teſtis eſt, ſed acta perierunt. Nondum præterea prodiere ſubſcriptiones ſecundi Romani Concilii A. D. 1098. & tertii A. D. 1099. ab eodem Urbano celebrati.

Baron. A. D. 1078.

Baronius A. D. 1083. Concil. to. x. pag. 474.

LXIX. Vix ullæ ſuperſunt Conciliorum ſubſcriptiones in Conciliis Paſchalis I.

Paſchalis Papa II. Urbano ſuffectus, A. D. 1102. Lateranenſe Concilium celebravit, de quo hæc refert Conradus Abbas Urſpergenſis A. D. MCII. *Tranſacta poſt hæc media quadrageſima, convenientibus univerſis Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tuſcaniæ, totiuſque ſimul Italiæ Præſulibus, Ultramontanorum autem quamplurimorum patrum legatis, Synodus magna Romæ eſt habita*. Nomina vero diſcemus, quum acta vulgabantur, iis enim adhuc caremus. Nuſquam demum, ut uno verbo claudam, in pluribus Paſchalis Romanis Synodis ſubſcriptiones apparent, licet frequens numerus Epiſcoporum convenerit, quòd acta evanuerint. Subſcriptiones tantummodo, ſed mutilæ habentur in Concilio Guaſtallenſi A. D. 1106. cui Paſchalis præfuit. Patrum hujus Concilii ſubſcriptiones nuper edidit Edmundus Martene in novo Anecdotorum theſauro, ſed poſt

Ibid. pag. 727.

Thesaur. pag. 147.

 non-

nonnullos Epiſcopos recenſitos, ſubſcribit extremo loco Bruno Signienſis, & alii fere C. Epiſcopi, quorum nomina nobis amanuenſium oſcitantiâ, quærenda reſtant. Omnino ſimiles ſunt, tùm in nominibus, tùm in ſerie ordinanda, ſubſcriptiones Concilii Lateranenſis A. D. 1112. ſub eodem Paſchali; additâ eâdem, extremo loco, ſubſcriptionis formula, poſt Brunum Signinum. Aperte vides centum Epiſcoporum nomina in his Conciliis eſſe prætèrita. Idem quoque dicendum de ſubſcriptionibus Concilii Romani I. A. D. 1122. ſub Calliſto II. Deque Lateranenſi generali I. A. D. 1123. ac de Romano II. celebratis, quorum omnium nulla Epiſcoporum ſubſcriptio ſupereſt. Sed jam ſatis, & fortaſſe uſque ad nauſeam de ſubſcriptionibus Epiſcoporum.

LXX. Ex conſermatione unionis Eccleſiæ Setinæ, illius Epiſcopatus aſſectus.

Etſi vero his monimentis, quæ commemoravimus, teſtatis quidem, & illuſtribus deſtitueremur, in tanta tamen monumentorum Eccleſiæ Setinæ clade, incendio abſumptorum, unum ſuperſtes fuit, quo antiquus honor cathedræ Setinæ demonſtratur. Vidimus ſæpius urbes Campaniæ bello afflictas, atque identidem fortunis everſas, qua ſane de cauſſa factum eſt, ut Romani Pontifices Eccleſias illas conjungerent, atque unus illis Epiſcopus præeſſet. Id autem Setinæ & Privernati Eccleſiis contigit, quæ Tarracinenſi acceſſere. Hujus conjunctionis primum monumentum periit; ſed blattas atque tineas evaſit Honorii III. diploma latum A. D. 1217. atque viginti S. R. E. Cardinalium ſubſcriptione munitum, quod exhibuere Ughellus in Epiſcopis Tarracinenſibus, Theodorus Valle in Hiſtoria Privernate, & Dominicus Antonius Contator in Hiſtoria Tarracinenſi. Nos quoque, quod ita res poſtulet, iterum vulgandum in appendice curavimus. En porro quid de his

Ital. Sac. to. I. pag. 104. Lib. II. cap. III. Lib. IV cap. V. pag. 413. V. in fine.

Ec-

Eccleſiis Honorius ſanxerit: *Praterea prædictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes* PIPERNENSEM, ET SETINAM ECCLESIAS *eidem Terracinenſi* ECCLESIÆ *in perpetuum* UNITAS *manere decernimus, cum omnibus juribus earum, rebus, ac pertinentiis* IN ECCLESIIS, MONASTERIIS, *præſidiis, Roecbis, atque Caſtellis, quæ* SUNT *Somninum, Roecba Siccba, Roecba Angurgæ, Magentia, Aſpianum, Treve, Sarminetum, Aquapuzza, Baſſianum, cum finibus, & adjacentiis ſuis, cunctiſque illarum facultatibus, mobilibus, & immobilibus, de ſequemoventibus, ut quidquid de omnibus prædictarum Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum rebus, vel de omnibus ad eas generaliter pertinentibus, canonice ordinare prævideris, tam tuo, quam univerſi in prædicto Terracinenſi Epiſcopatu tibi canonice ſucceſſuri, liberam babeatis in perpetuum modis omnibus facultatem*. Ubi oculos in hanc Honorii Conſtitutionem demittis, non modo intelligis, Setinam Eccleſiam Epiſcopatus honore floruiſſe, quum ea una cum Privernate Tarracinenſi uniatur, ſed hebetes prorſus dices, qui ſecus ſenſerint. Perſpicua enim, atque adeo clara hæc ſunt, ut qui ea aliter interpretantur, cæcutire in ipſa luce videantur. Expende paulisper ea verba, nimirum Honorium veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhærentem decernere, *Pipernenſem, & Setinas Eccleſias in perpetuum unitas manere*. Nemo omnium ignorat Privernum Epiſcopalem urbem fuiſſe, ejuſque ſedis Epiſcopos non ſemel memorari, quod nos etiam ſuo loco præſtitimus. Nemo præterea ignorat, hanc fuiſſe Romanorum Pontificum, ſacrorum canonum, Sanctorum Patrum, atque Eccleſiaſticam perpetuam loquendi rationem, ut per vocem *Eccleſiæ*, quoties urbi alicui additur,

Epiſ-

Epiſcopalis cathedra ſignificaretur. Cumulate enim id paullo inferius explebimus. Nemo denique inficiabitur, hanc unam, ſolemnemque eſſe dicendi formulam, a Summis Pontificibus adhibitam, quoties Epiſcopales urbes coniunxerunt. Illud autem præſertim te admonitum velim, Honorium unius voce *Eccleſias*, tam Privernatem, quam Setinam cathedram complecti; quo quid clarius ad aſtruendum Setinum Epiſcopatum? Inſuper animadverte, ab Honorio has Eccleſias Tarracinenſi Epiſcopo conjungi, *cum omnibus juribus* EARUM, *rebus*, *ac pertinentiis in Eccleſiis*, MONASTERIIS &c. quid juris in alias Eccleſias, ac præſertim in Monaſteria Privernenſis, & Setina Eccleſiæ habuiſſent, niſi ſingulæ peculiarem Epiſcopum non agnoviſſent? Ecquando audiſti Monaſteria, Eccleſiæ non Epiſcopali obnoxia? Immo vero Epiſcopis ſubjecta fuere Monaſteria monachorum per plura ſæcula. Res vulgo nota eſt, de qua uberrime diſceptat vir apprime doctus Ludovicus Thomaſſinus in libris de veteri, & nova Eccleſiæ diſciplina de beneficiis, quem vide, ſi lubet. Monaſterium S. Cæciliæ in diœceſi Setina fuiſſe, ante probavimus, vidimuſque illud conſenſu Epiſcopi Setini extructum. Monaſterium Foſſæ novæ in Privernati territorio conditum fuit, & a Privernatibus multis opibus ornatum, ut habet Theodorus Valle. Deſignat etiam Honorius in diplomate utriuſque Eccleſiæ diœceſim. Ad Privernatem pertinebat, *Somninum*, *Roccbaſicca*, *Roccha Angurgæ*, *Magentia*, *Aſpianum*, quod patet ex ſententia lata a Bernardino de Narnia, Sacri Palatii Auditore, die XXIV. Januarii anno ſecundo Pontificatus Eugenii IV. hoc eſt A. D. 1432. ubi Archipresbytero Priverni *in privilegium dignitatis ipſius Eccleſiæ*, *per re-*

P.I. Lib. I. cap. XXVI. XXVII. & XXVIII.

Lib. II. cap. XI.

Valle Lib. II. cap. VIII. pag. 78.

Google

repræſentationem, & pro repræſentatione Epiſcopalis ſedis, quam hæc Eccleſia alias habuit, & jure Vicedominatus confirmatur jus præſentandi omnes, & ſingulos Clericos ordinandos in terra Priverni, Rocca ſicca, & in Rocca Gurga, in Magentia, in Aſprana. Igitur cetera loca, *Treve, Sarminetum, Aquapuzza, Baſſianum* ad Setinam diœceſim ſpectabant. Quid his apertius, atque evidentius demonſtrari poſſit, non video?

Quamvis autem ad Setinam cathedram ſtabiliendam, aliis fulcimentis non indigeamus, recentiorum tamen aliquot ſcriptorum teſtimonia huc proferre libuit. Inſtar omnium nobis ſit Aubertus Miræus, qui in notitiis Epiſcopatuum orbis chriſtiani, ſive in codice provinciali novo inter provinciæ Romanæ Epiſcopos, *Tarracinum, & Setinum unitos* collocat. Huic adjungendi Philippus Ferrarius in Lexico Gengraphico, Octavius Cajetanus in animadverſionibus ad vitas Sanctorum Siculorum, Philippus Labbeus in breviario Geographiæ Epiſcopalis, qui communi conſenſu Setinum Epiſcopalem ſedem ſtatuunt. Ceteros Lexicographos noſtræ ætatis prætermitto; me etenim pene pudet ad recentiorum auctoritatem confugere, quum vetuſtiſſima, & certa monumenta Setinum Epiſcopatum nobis afferant. Inter recentia vero, id abunde teſtantur literati lapides, quibus Tarracinenſis ſimul, ac Setini Epiſcopi ſignantur. Ita enim habet ſepulcralis inſcriptio Lucæ Cardini in æde cathedrali Setina:

LXXI. Epiſcopatur Setinus apud recentiores ſcriptores, & in ſepulcralibus monumentis.

Pag. 159. edit. Antverpiæ anno 1633.

Pag. 47.

Concil. 10. Ital. pag. 2.

D. O. M.

D. O. M.

LVCÆ CARDINO A REGIO LEPIDI
EPISCOPO TERRACINENSI ET SETINO
VERE PAVPERVM PATRI ET
ECCLESIÆ HVIVS AMPLIFICO AVCTHORI
OBIIT ANNO DOMINI MDXCIV. DIE
XIV. OCTOBRIS ÆTATIS SVÆ LXIII.

Alter lapis ſupra januam Eccleſiæ Parochialis S. Angeli hæc præfert.

FABRITIVS PERVSINVS
EPISCOPVS TERRACINENSIS ET SETINVS

Obiit autem Fabritius Peruſinus A.D.1608.

In ſingulis prope angulis, ac foribus ædis Epiſcopalis Setinæ hæc ſcalpta verba ſunt.

CAESAR EX COMITIBVS VENTIMILIÆ
PATRITIVS BENEVENTANVS
EPISCOPVS TERRACINENSIS ET SETINVS
PONTIFICIAS HAS ÆDES EXTRVXIT
ANNO DOMINI MDCXLII.

LXXII. Conjunctio Eccleſiæ Setinæ Terracinenſi, ab Honorio III. confirmata. Per hanc conjunctionem cathedræ jura non amiſit,

His de antiquo Setino Epiſcopatu ita conſtitutis, commodum eſt, ut de conjunctione ab Honorio

rio III. Pontifice Maximo ſolemniter præſcripta, quod erit hujus partis præcipuum argumentum., ſermonem inſtituamus: quam quidem conjunctionem ea mente ſtatutam contendimus, ut prioris exempli, Privernenſis, & Setina Eccleſiæ, cathedræ dignitatem retinerent. Et vero, ſi intendatur animus in verba Conſtitutionis Honorii, in Sedis Apoſtolicæ inſtituta, ac in receptam conſuetudinem, quâ Setinæ Eccleſiæ ſigna cathedræ Epiſcopalis, ipſis videntibus Tarracinenſibus, poſt hanc conjunctionem, retenta ſunt, quivis facile judicabit, Honorii ſanctione priſcam dignitatem non fuiſſe imminutam, ſed de unione, quam *æque principalem* dicunt, verba diplomatis eſſe intelligenda. Honorius enim in hoc diplomate utramque cathedram, nimirum *Privernatem*, & *Setinam*, *Pipernenſem*, & *Setinam Eccleſias* adhuc vocat, ſi enim honor cathedræ, aut in priori conjunctione, aut ab ipſo Honorio ablatus eis fuiſſet, prorſus ab hac nuncupatione abſtinuiſſet, & utramque Eccleſiam *Sanctæ Mariæ de Piperno*, & Eccleſiam *Sanctæ Mariæ de Setia* compellaſſet, ſi hæ pridem, ac tum etiam cathedræ dignitate excidiſſent. Quid enim opus fuiſſet unire Eccleſias cathedrales, quæ antea non modo unitæ, ſed ſubjectæ fuiſſent Eccleſiæ Tarracinenſi? quæ jam ſubjectæ ſunt, non uniuntur, ſed tamquam obnoxiæ, & ſubditæ deſignantur. Hæc inter ſe pugnarent, ſi antea hæ Eccleſiæ ſubjectæ fuiſſent. Præterea Honorius utriuſque Eccleſiæ diœceſim, jura, ac Monaſteria in hunc modum deſcribit, dum eæ Tarracinenſi rurſus conjunguntur: *Cum omnibus juribus* EARUM, *rebus, ac pertinentiis in Eccleſiis, Monaſteriis, præſidiis, Roccehis, atque Caſtellis, quæ ſunt Semninum, Roccha Sicca, Roccha Angurgiæ, Magentia, Aſpianum, Treve, Sarminetum,*

N *Aqua*

Aqua Pazza, *Baſſianum*, *cum finibus*, *& adjacentiis ſuis*. Ex hac porro juriſdictionis, finium, & locorum deſcriptione colligitur per aliam conjunctionem, ea loca ſubjecta non fuiſſe ſedi Tarracinenſi, alioquin Honorius incongrue enumeraſſet ea caſtella, & monaſteria, tanquam earumdem diœceſeon propria, ſi ad Tarracinenſem pertinuiſſent. Neque uſus eſſet Pontifex verbis iis, QUÆ SUNT, ſed quæ erant, neque unitas, ſed ſubjectas manere decreviſſet. Certe quidem Honorius, ſi has Eccleſias uni Tarracinenſi ſubjicere intellexiſſet, non uniendi, ſed ſubjiciendi formulas uſurpaſſet. Quum igitur priorem conjunctionem in perpetuum confirmaſſet, ſequitur manifeſto, neque per primam, neque per alteram, antiquæ dignitatis titulos ſublatos fuiſſe; quod *uniendi* verbum abunde id demonſtrat.

LXXIII. Idem magiſtratus apud Setinos poſt unionem, qui ante eamdem fuerat.

His adde, per hanc unionem nihil fuiſſe civili Setinorum dignitati, ac ex urbanis magiſtratibus detractum. Quum enim civitas Setina a Conſulibus regeretur inſtar ceterarum Italiæ civitatum, quæ ſub Ottone Imperatore A. D. 973. uti auctor eſt Carolus Sigonius, Conſules duos, aut plures ſibi aſciverunt, qui quotannis, & ſingulis civitatibus creati, apud Epiſcopum civitatis jurabant, hunc etiam magiſtratum Honorii III., ac Gregorii IX. ætate, & exinde obtinuit. Probe id confirmant literæ Honorii Sanguineo de Aquapuzia datæ A. D. 1216 ac aliæ *Conſulibus*, *& Populo Sitinenſi* ſcriptæ A.D. 1217. Demum literæ Gregorii IX. *Populo Setinenſi* miſſæ A. D. 1227 Has literas ex diſceptatione de civitate & Eccleſia Setina exſcriptas, iterum in appendice damus.

De Regno Italiæ Lib. VI. pag. VII.

... in fine.

LXXIV. Nec Apoſtolicæ Sedis unienda invicem cathedras et Eccleſias.

Honorii diploma ita accipiendum eſſe affirmabis, quum perpenderis, in more Apoſtolicæ ſedis

poſi-

poſitum fuiſſe, ut quoties duas, vel plures Epiſcopa-
les ſedes in unam conjungeret, nunquam niſi ob pa-
tratum aliquod crimen, ſeu earum propemodum ex-
cidium ſua dignitate ſpoliaret. Percurrantur, ſi libet,
antiquæ conjunctiones ab initio XII. ſæculi ad hæc
uſque tempora, atque demum intelligemus, hac prorſ-
ſus ratione, duas in unam compactas fuiſſe a Romanis
Pontificibus Eccleſias, ut ſua utrique dignitas ſer-
varetur. Calliſtus II. primum c. A. D. 1122. dein
Hadrianus IV. Eccleſiam S. Rufinæ, ſeu Silvæ candi-
dæ incolis deſertam, ac prope exciſam Portuenſi in-
vicem univerunt, quam conjunctionem, iiſdem legibus,
Gregorius IX. A. D. 1236. confirmavit. Euge- *Ughellus to. I. pag. 135.*
nius III. Velitrenſem cathedram æqua unionis neceſ-
ſitudine c. A. D. 1148. Oſtienſi addixit. Hoc porro *Ibid. pag. 80.*
inſtitutum ab Apoſtolica ſede retentum eſt etiam
ſæculo XIII. Etenim Innocentius III. A. D. 1206.
Alexandrinam & Aquenſem in Gallia tranſpadana *Ughellus to. IV. pag. 411.*
Eccleſias, æquis inter ſe juribus, ſimul copula-
vit. Gregorius IX. A. D. 1239. Naulenſem Epi- *Ibid. pag. 373.*
ſcopatum inſtituit, eumque perpetua unione Bru-
gnatenſi alligavit, eâ lege, ut ambarum Eccleſia-
rum unus eſſet, & diceretur Epiſcopus. Inno-
centius IV. A. D. 1252. Hadriam in Piceno ad
Epiſcopatus honorem evexit, & Pennenſi iiſdem *Ibid. to. I pag. 48. & 59.*
legibus adjecit. Atque ut ad recentiora tempo-
ra veniamus, Martinus V. A. D. 1422. Humanam
civitatem, jam jam ruituram ob varias calamitates,
Anconitanæ Eccleſiæ conjunxit, ea lege, ut Anconi-
tanus Epiſcopus, Humanatenſis etiam diceretur. *v. in fine*
Tabulas hujus conjunctionis nunc primum luci dona-
re duximus. Eugenius IV. A. D. 1433. Vulturarien-
ſem, & Montis Corvini ſedes in unam conflavit, ac *Ughellus to. VIII. pag. 551.*
eoſdem utrique titulos, & honores tribuendos eſſe

 vo-

voluit. A. D. 1435. Cornetum, antea Viterbienſi, & Tuſcanenſi Epiſcopo ſubjectum, Epiſcopalibus in-
v. in fine. fulis ornavit, ſimulque æquo jure Montis Faliſci Eccleſiæ copulavit, ut liquet ex ipſo diplomate, quod in appendice exhibemus. Idem Eugenius
Vghellus to. I. pag. 110. & 192 A. D. 1436. Nepeſinam ſedem cum Sutrina, &
Ibid pag. 638. A. D. 1437. Hortanam cum civitate Caſtellana conjunxit, æqua inter ſe dignitate. Nicolaus v. Lunen-
Ibid. pag. 913. ſem ſedem Sarzanenſi aggregavit, hoc pacto, ut Antiſtes, utriuſque nomen præferret. Paulus II.
v. in fine. A. D. 1466. Eccleſiam Frequentinam cum Abellinenſi conjunxit, eodem et inter ſe honorum gradu. A
Vghellus to. VII. pag. 753. Clemente VII. A. D. 1525. Satrianenſis, & Campanienſis, & A. D. 1528. Melphienſis, & Rapollanus
Ibid to. I. pag. 1018. Epiſcopatus invicem inter ſe juncti fuere, ea ratione, ut utrarumque Eccleſiarum Epiſcopi nuncuparentur. Iiſdem autem conditionibus Paulus III. ſancitam a
Ibid. to. IX. pag. 1017. Leone X. Biſacienſis cathedræ cum S. Angelo Lombardorum conjunctionem, confirmavit A. D. 1534.
Ibid to. II. pag. 855. Sixtus V. A. D. 1586. Tolentino Epiſcopalem dignitatem impertitus eſt, ſeu potius reſtituit, ac Maceratenſi Eccleſiæ pari unionis vinculo aggregavit. Clemens VIII. etiam idem decrevit in conjunctione Ra-
Ibid to. I. pag. 105. vellenſis, & Scalenenſis civitatum A. D. 1603. Ac demum Urbanus VIII. A. D. 1635. dum caſtrum
Ibid to. II. pag. 879. Durantis, & oppidum S. Angeli in vado, Epiſcopales ſedes conſtituit, utramque mutuis honoribus perpetuo univit.

Ex his exemplis ab omni pene antiquitate petitis, quis non videat, ab Honorio III. in diplomate conjunctionis Eccleſiæ Setinæ, nihil ejuſdem dignitatis fuiſſe ſublatum? quod ejus crimen? quæ culpa in cauſſa fuit? Quod ſi tot ſedes Epiſcopales, ante, ac poſt Honorium, æquis inter ſe conditionibus conjun-

ctæ

ctæ fuerunt, cui tandem univerſe perſuadebitur, Setinam jure ſuo, cecidiſſe? Quis enim exiſtimabir, ſi attente hæc animo recolat, voluiſſe Honorium Setinam Eccleſiam, nullius flagitii conſciam, nobili Conſulum magiſtratu ornatam, nobilibus, ac illuſtribus familiis tunc florentem, contra receptum, laudabilemque Romanæ Eccleſiæ morem, Epiſcopali dignitate privare? Quid quod ab ipſis etiam Canonici juris profeſſoribus communi omnium ſententia ſtatuitur, quoties dubium eſt, num invicem duæ Eccleſiæ junctæ inter ſe fuerint, quod ex Apoſtolicis Romanorum Pontificum diplomatibus id non pateat, juris quadam præſumptione fieri, ut æque inter ſe conjunctæ intelligantur? Conferatur in rem hanc Michael Antonius Frances de Eccleſiis cathedralibus, ut alii omittantur. *Cap. viii. §. xxii.*

LXXV. Confirmatur præcipue exemplo Eccleſiarum Valvenſis & Sulmonenſis.

Sed ne extra lineam egredi videar, Setinam Eccleſiam, atque adeo Privernatem æque Tarracinenſi unitam, ſimili prorſus unionis genere a Sulmonenſi Eccleſia petito, comprobabo. Nullus ambigit, quin Sulmone primis Eccleſiæ ſæculis Epiſcopus impoſitus fuerit. Attamen unicum tantum antiquitus in Conciliis numerat Epiſcopum, nimirum *Palladium Sulmontinum*, qui Synodo I. Romanæ ſub Symmacho A. D. 499. interfuit. Præterea, quum jampridem Sulmonenſis Eccleſia Valvenſi conjuncta fuerit, cujus conjunctionis tabulæ non exſtant, Valvenſes Epiſcopi unius tantum Valvenſis Eccleſiæ titulum jamdiu uſurparunt, Sulmonenſis cathedræ nomine prætermiſſo. Hæc, ut intelligamus, nonnulla in memoriam ſunt revocanda, partim ex Ughello in Valvenſibus Epiſcopis ſumta, partim ab eo indicta. Valvæ nomen a regione Pelignorum, quorum caput Corfinium fuit,

Concil. to. iv. pag. 1315.

*Ughellus to. I. pag. *1461. & ſeq.*

Mutius Phæbonius Hiſtor. Marſorum lib. I. cap. viii. pag. 32.

III

in perlonga planicie poſita, ad quam per arctas montium fauces, aditus, tanquam per januas, patebat, ortum eſt, & Corfinienſis Epiſcopus, Corfinio in ſenium vergente, ab ipſius naturâ ſitus Valvenſis appellari cœpit. Primus, qui hoc nomine

Geograph. Sac. pag. 58.

circumferatur, *Fortunatus* creditur Carolo a S. Paulo, quod Concilio Romano v. Sub Symmacho A.D. 503. adfuerit. In vulgatis tamen ſubſcriptionibus præ-

Concil. to. iv. pag. 1367.

fertur: *Fortunatus Epiſcopus Eccleſiæ Valenſis*, idcirco hærere poſſumus in Fortunato Valvenſi cathedræ adſignando. Certâ fide Valvenſis Epiſcopus eſt

Ibid. to. vI. pag. 697.

Clarentius Balvenſis, quod idem eſt, ac *Valvenſis*, qui A. D. 680. Synodicæ Agathonis poſt Furconienſem Antiſtitem ſubſcripſit. Aliquando Valvenſis in actis quibuſdam ab Ughello editis, Epiſcopus S. Pelini, a S. Pelino Epiſcopo Brundulino, Corfinii martyrium ſub Juliano paſſo, eſt appellatus. Fertur autem ſub finem ſæculi VII. Sulmonenſis cathedra Valvenſis conjuncta fuiſſe, idque conjicitur ex veteribus monumentis Sulmonenſis Eccleſiæ, quæ produnt S. Pamphilum ſub finem ſæculi VII. Sergio I. Romano Pontifice Sulmonis, & Corſinii Epiſcopum renunciatum, quæ vide apud Bollandianos ſocios

April. to. III. pag. 584.

ad diem XXVIII. Aprilis. Poſt hanc conjunctionem vero, quam æquis juribus utrimque factam mox patebit, diu unius Valvenſis nomine Epiſcopus eſt

Dacherii Spicileg. to. v. pag. 454.

compellatus. *Dominicus* Abbas S. Clementis de Piſcaria c. A.D. 1052. electus eſt in Valvenſem Antiſtitem, cui Leo IX. A. D. 1054. conjunctionem

Ibid. pag. 456. 457-458.

Eccleſiarum confirmavit, attamen *Valvenſis* tantum, & in ipſo diplomate, & in chronico Caſaurienſi, ſive Piſcarienſi nominatur. Hujus autem conjunctionis diploma a Leone IX. editum, licet alias antiquior unio præceſſerit, diligenter eſt expendendum.

dum. Inſcribitur enim *Dominico Valvenſi Eccleſiæ Epiſcopo, cunctiſque ſucceſſoribus*, quemadmodum diploma Honorii *Simeoni Tarracinenſi Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus*. Leo confirmat in perpetuum Dominico, ejuſque ſucceſſoribus Epiſcopatum Valvenſem, ac illius diœceſim, cujus limites recenſet. Honorius ſimiliter Simeoni Tarracinenſi diœceſim Tarracinenſem confirmat, cujus fines, & loca refert. Ad confirmationem unionis Eccleſiæ Sulmonenſis quod atrinet, hæc ſunt Leonis verba: *Principaliter quoque confirmamus tibi ad Epiſcopalem Sedem Eccleſiam Sancti Pelini, cum omnibus ſibi juſte pertinentiis, pariter Eccleſiam Sancti Pamphili, cum ceteris Eccleſiis, & cappellis, quæcumque intra præfatos terminos poſita etiam noſcuntur, cum omnibus pertinentiis earum*. Honorius vero unionem Eccleſiarum Privernatis, & Setinæ a prædeceſſoribus ſuis conſtitutam, perpetuam efficit, & exactius utriuſque diœceſim, jura, ac facultates deſcribit, his verbis: *Præterea prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes, Pipernenſem, & Setinam Eccleſias eidem Tarracinenſi Eccleſiæ in perpetuum unitas manere, decernimus, cum omnibus juribus earum, rebus, ac pertinentiis in Eccleſiis, monaſteriis, præſidiis, Roccbis, atque Caſtellis, quæ ſunt, Somninum, Roccba ſicca, Roccba Angurgæ, Magentia, Aſpranum, Treve, Sarmmetum, Aquapuzza, Baſſianum, cum finibus, & adiacentiis ſuis, cunctiſque illarum Eccleſiarum facultatibus*. Leo Sulmonenſem cathedram, *Eccleſiam* ſancti *Pamphili* appellat, quemadmodum Honorius Privernatem, & Setinam *Eccleſias* plurium numero compellavit. Exinde porro, licet ex æquo Valvenſis, & Sulmonenſis urbes conjunctæ eſſent, harum Antiſtites Valvenſes tantum ſe

Ughellus to. 1. pag. 253.

Ibid pag. 253.

Ibid pag. 20;.

ſe dixerunt. *Dominicus* enim, ad quem Leonis diploma exſtat, interfuit Synodo Romanæ Nicolai II. A. D. 1059. ubi tamen *Vabenſis*, loco *Valvenſis* ſcribitur. Dominico vita functo, *Tranſmundus* monachus *Valvenſibus* Epiſcopus, & Caſaurienſibus Abbas S. Clementis datus eſt a Gregorio VII. A. D. 1073. *Traſmundus* autem A. D. 1075. Eccleſiam S. Pelini, *miro opere renovavit, & etiam S. Pamphili Eccleſiam renovare cœpit*. *Tranſmundum Valvenſem* Epiſcopum, ob dimiſſum Epiſcopatum, graviter objurgavit Gregorius VII. & dignitate ſpoliavit. Tertius item ex Monaſterio Piſcarienſi ſumtus eſt ad harum Eccleſiarum regimen, nimirum *Johannes* Abbas A. D. 1094. de cujus electione idem chronicon Caſaurienſe hæc habet: *circa tempora vero iſta, Domnus Johannes Piſcarienſis Abbas, pro morum honeſtate, & ſapientiæ prærogativa, meruit S. Pelmi ſublimari in Epiſcopum, & Valvenſis Epiſcopus effectus* &c. *Gualterius* item Epiſcopus ex eodem Monaſterio adlectus, & Epiſcopus conſtitutus, A. D. 1104. & 1111. Valvenſis appellatur. *Dodo Valvenſis* altare S. Benedicti in Monaſterio Piſcarienſi c. A. D. 1146. dedicavit. Alexandro III. Romano Pontifice ſedente, Leonas Abbas Piſcarienſis conſtruxit *oratoriam domum in angulo ipſius civitatis* (Sulmonenſis) *circa portam, quæ dicitur, Maraneſca, ut fratres, qui pro negotiis, & eiſdem rebus* (a Sulmonenſibus donatis) *cuſtodiendis, & conſervandis mitterentur, haberent, ubi pſallerent, & in officiorum obſequiis ſe frequentius, & liberius ibidem occuparent. Porro in hoc facto, Epiſcopis Eccleſiæ Valvenſis, cupiditate ductis, fortiter eidem Abbati reſiſtentibus, Oratorium ipſum ad conſecrationis effectum perducere deſtitit*. Mox addit a Berardo Furconienſi Epiſcopo

Concil. To. XII. pag. 160.
Dacherii Spicileg. To. V. pag. 419.
Ibid pag. 460.
Lib. VIII. epiſt. XV.
Dacher. Ibid. pag. 464.
Ibid pag. 476. 479.
Ibid pag. 498.
Ibid pag. 512.

po conſecratas fuiſſe in terra Sanſoneſca *alias Eccleſias renovatas per manus Oderiſii Valvenſis Epiſcopi*. Alexander III. A. D. 1170. in hunc modum literas direxit: *Venerabilibus fratribus Pinnenſi, & Valvenſi Epiſcopis*. Eodem exemplo alia ejuſdem Alexandri habetur pro monachis Piſcarienſibus ad nonnullos Epiſcopos epiſtola, in qua *Valvenſis* tantum exprimitur. *Odalriſius* præterea *Valvenſis* tantum dicitur in ſubſcriptione Concilii Lateranenſis A. D. 1179. *Guillelmus Valvenſis* A. D. 1201. in diplomate largitionis quorumdam bonorum comparet. *Jacobi Valvenſis* Epiſcopi titulum tantum præfert ſolemnis ſtipulatio, qua is confirmavit concordiam initam A. D. 1256. inter Canonicos Sulmonenſes, & Valvenſes ſuper electione, *nominatione, & poſtulatione Valvenſis Epiſcopi*. Concilio Florentino A. D. 1439. ſubſcripſit *Bartholomæus Epiſcopus Valvenſis*. Seſſioni decimæ Concilii Lateranenſis V. A. D. 1515. adfuit *Johannes Baptiſta Valvenſis Epiſcopus*. Tarracinenſes quoque Epiſcopi poſt conjunctionem, unius Eccleſiæ Tarracinenſis titulum uſurparunt. Quemadmodum nihil detrimenti illatum eſt Sulmonenſis Eccleſiæ dignitati, quòd in ſubſcriptionibus Conciliorum, ac in veteribus monumentis, præpoſiti utrique ſedi, *Valvenſes* tantum ſe inſcriberent, ita nihil obeſt Setinæ, & Privernati Eccleſiis, quod Tarracinenſes earum titulis in veterum actorum ſubſcriptionibus non uſi fuerint. Inſuper obſerva aliquando Sulmoneſe capitulum diœceſi Valvenſi accenſeri. Exerte apparet ex literis Honorii III. datis A. D. 1224. ob controverſias inter capitulum S. Pelini, & S. Pamphili: *Sua nobis*, inquit, *Præpoſitus, & capitulum Sancti Pamphili Sulmon. Valvenſis diœceſis inſinuatione monſtrarunt*. In literis quoque Inno-

Dacher. to. V. pag. 511

Ibid. pag. 525. & 560.

Ibid. pag. 523.

Dacher. Spicileg. to. XII. pag. 658

Ughellus to. I. pag. 1264.

Ibid. pag. 1275.

Concil. to. XIII. pag. 1168.

Ibid. to. XIV. pag. 282.

Ughellus to. I. pag. 1267.

Ughellus to. 1. pag. 1377. nocentii v. capitulo Valvenſi A. D. 1286. pro aſſerenda capitulo Sulmonenſi antiqua conſuetudine cognoſcendarum cauſſarum, Sulmo diœceſis Valuenſis locus dicitur. Similiter in donatione de Eccleſia S. Johannis de Pedemonte caſtri Sermineti, per Gregorium Tarracinenſem Epiſcopum Abbati, & Conventui S. Mariæ de Gloria, ordinis Florenſis facta, Serminetum, *Tarracinenſis diœceſis* eſſe dicitur, prout Setia in literis Clementis v. A. D. 1309. ad Saxonem *v. in fine.* filium nobilis militis Raynaldi Tacronis Setini, ac in aliis monumentis diœceſi Tarracinenſi adſcribitur.

Ædes Epiſcopales Sulmone, *Epiſcopium* S. Pamphili, in hujus Eccleſiæ documentis dictas invenimus: quid ſimile eſt etiam Setiæ, ubi in decretis Viſitationis Eccleſiæ Setinæ latis A. D. 1369. a Fr. Petro Priore S Mariæ Novæ in alma Urbe, qui *v. in fine.* ab Urbano v. in Campaniam inſpector, ad Eccleſias cathedrales præſertim, & Monaſteria, ac loca exemta deſtinatus fuerat, mulctæ infligendæ Canonicis Setinis, partim *Cameræ capituli*, partim *Cameræ Epiſcopi*, addicuntur Archipresbytero, & capitulo facultas excommunicandi Canonicos ob male perceptos fructus, eoſque diſtribuendi, conceditur. In ſepulcralibus monumentis Epiſcopi Valvenſes, aliquando Sulmonenſes, & Valvenſes inſcribuntur. Bernardino Fumarello A. D. 1547. depoſito, itemque anno 1593. Franciſco Caruſio epigraphe eſt poſita, in qua Sulmonenſes Epiſcopi appellantur. Hujusmodi etiam monumenta oſtendunt Setini, quæ nos ſupra attulimus, nimirum epitaphium Lucæ Cardini Epiſcopi *Tarracinenſis, & Setini*, Fabricii Peruſini, & ſeſquipedalibus verbis inciſas literas in ſingulis propemodum angulis, ac forulis Epiſcopalis Palatii, a Cæſare ex Comitibus Ventimiliæ extructi, quæ oculis om-

omnium obiiciuntur, ac ſatis ſuperque A. D. 1669. edocuit Clemens Papa IX. in literis, Epiſcopo Setinenſi miſſis, quibus Antonio Pontino indulſit, ut in ſacroſancto miſſæ myſterio peragendo, pileo valetudinis cauſſa, ipſius Epiſcopi arbitrio, uteretur. *v. inſr.*

Quamvis autem pluribus monumentis unio Eccleſiæ Sulmontinæ cum Valuenſi probata eſſet, tamen illius quoque Epiſcopalis honor in jus vocari cœpit, quamobrem Sulmonenſes primum egerunt apud Romanæ Rotæ Auditores, ut de Sulmonenſi cathedra, ceu Epiſcopali judicium ferrent. Horum porro ſententia fuit die XIX. Aprilis A. D. 1624. Sulmonenſem Eccleſiam vere eſſe cathedralem. Permoti fuerunt potiſſimum, quòd *Palladius Sulmontinus* Epiſcopus in actis Conciliorum inveniatur, quòd utriuſque Eccleſiæ denominatio fieret, ſolutio cathedratici a Sulmonenſibus exigeretur, ſedes Epiſcopalis Sulmone in Eccleſia S. Pamphili exſtaret, Epiſcopi conſueverint poſſeſſionem capere non modo in Eccleſia Valvenſi, ſed etiam Sulmonenſi, ac demum omnia in Eccleſia Sulmonenſi agerentur, quæ in Eccleſia Valvenſi, & utrumque capitulum olim Epiſcopum elegerit. Sed quum ſoli Sulmonenſes inſtarent, voluerunt Sacræ Rotæ Auditores, ut Valvenſes etiam audirentur. Itaque A. D. 1626. die XVIII. Maii diſceptatum eſt apud eorumdem Judicum tribunal, num Sulmonenſis Eccleſia eſſet cathedralis, atque expenſis utrimque momentis, judicarunt confirmandum eſſe, quod prius ſtatuerunt, nimirum Sulmonenſem Eccleſiam veræ cathedræ Epiſcopalis dignitate frui. Ad ea quæ prius adducta fuerant, alia argumenta acceſſere, quòd nimirum Valvenſes Epiſcopi jamdiu Sulmone conſiderent, ibique Epiſcopalia munia exercerent, quòd

Alphonſi Manzanedi de Quinnones Dec. Rotæ Rom. Deciſ. DCCCXIII.

Ibid. Deciſ. DCCCLXV.

ex Apoſtolicis literis Leonis IX. & Nicolai II. Romanorum Pontificum cathedræ honos eruatur per ea verba: *confirmamus tibi pariter Eccleſiam S. Pamphili cum ceteris Eccleſiis & cappellis*, quòd aliquando, ſede vacante, Sulmonenſes Vicarium ſibi delegerint, Epiſcopi cathedraticum a Sulmonenſibus exigant, itidemque capitulo Sulmonenſi aliæ Eccleſiæ diœceſanæ illud eaſolvant.

Ughelius tom. pag. 253.

At vero obiiciebatur, a Lucio III. A.D. 1183. & ab Honorio quoque III. Eccleſiam S. Pamphili *plebem* fuiſſe appellatam, ac Valvenſi diœceſi contributam. Obiiciebant etiam Apoſtolica diplomata Alexandri VI. quæ ſub annis Chriſti 1494. & 1499. dederat, in quibus expreſſum erat, Eccleſiam S. Pamphili de Sulmone eſſe *diœceſis Valvenſis*. Nihilominus reſponderunt, nullum ex his literis, ac diplomatibus detrimentum cathedræ Sulmonenſi afferri, quòd aliunde ea ſedes Epiſcopalis eſſe appareat. Rurſus tandem aliæ controverſiæ exortæ ſunt inter Epiſcopum, & Valvenſe capitulum, de quibus etiam pronunciarunt Romanæ Rotæ Auditores A. D. 1660. die V. Maii. Contendebant Valvenſes ab Epiſcopo Vicarium generalem in diœceſi Valvenſi conſtituendum, & præterea Canonicos, & clericos, Valvenſis diœceſis, ſi qua culpâ tenerentur, apud ædem Epiſcopalem Valvenſem carceri mancipandos. Satius tamen duxerunt ſtatuere, ut Epiſcopus in Eccleſiis invicem coniunctis unum tantum Vicarium in altera earum deſtinaret, ad quem utriuſque diœceſis ſubditi accedere teneantur; eâ potiſſimum ducti ratione, quia licet Eccleſiarum invicem unitarum jura integra remaneant, tamen quoad Epiſcopum una tantum diœceſis eæ cenſerentur. Ad carceres vero quod attinet, opinati ſunt Sulmonem ſontes

Deciſ. Rotæ Recent. P. XIII. Deciſ. CCXV.

de

deduci poſſe, quòd tutius cuſtodirentur. His minime contenti Valvenſes, iterum a Sacra Rota audiri voluerunt, a qua die xv. Junii A. D. 1661. confirmata ſunt, quæ anno ſuperiori ſtatuerat. *Deciſ. Recent. P. xiii. Deciſ.*

Eamdem propemodum Setina Eccleſia fortunam, licet minus æquam, quòd ſuæ cathedræ monumenta omnia non produxit, paſſa fuit. Petiit enim A. D. 1702. ut conjuncta ex æquo cum Tarracinenſi diceretur. In antiquæ dignitatis argumenta protulit, Epiſcopos jamdiu ſedem Setiæ poſuiſſe, inſuper non ſolum in Eccleſia Tarracinenſi, ſed & in Setina poſſeſſionem capere ſolere, ibique functiones omnes Epiſcopales exercuiſſe, ac inter cetera ab iiſdem olea ſacra feria v. in Cœna Domini non ſemel confecta, quæ Tarracinenſes ab Eccleſia Setina acceperunt, ſedem Epiſcopalem in Eccleſia S. Mariæ fixam haberi, mitram, umbraculum, tribunalia, carceres, & Seminarium pro tota diœceſi, unicum baptiſmalem fontem pro omnibus totius civitatis Eccleſiis ibidem eſſe monſtravit, ac feſtum dedicationis Eccleſiæ cathedralis ſingulis annis ab univerſo clero ſæculari & regulari, more ceterarum ſedium cathedralium celebrari, ipſâ conſecrationis die, quæ eſt xviii. Auguſti: quod quum aperte non patere fortaſſe viſum eſſet, tamen poſtea teſtes coram Cameræ Apoſtolicæ Auditore probarunt, & liquet ex hujus rei memoria in tabulario Eccleſiæ Setinæ, ubi in vetuſto codice adnotatur, eam Eccleſiam dedicatam fuiſſe die xviii. Auguſti a Fr. Johanne de Sora Epiſcopo Tarracinenſi, qui A. D. 1362. ab Urbano v. promotus eſt. Verum quum non ſatis comperta nomina Setinenſium Epiſcoporum Sacræ Rotæ duodecemviris viderentur, neque *Stephani Setini* Epiſcopi nomen, ut nos demonſtravimus, ſubiectus co-

Diſſert. de Civ. & Eccl. Setina cap. xvii.

Digitized by Google

eorum oculis fuiſſet, neque antiquiſſimus codex actorum S. Lidani, ubi tres Epiſcopi Setini memorantur productus eſſet, multoque minus a ſuſpicionibus purgatus, nec a teſtibus nonnulla ex his, quæ allata fuerant, comprobata eſſent, deteriore conditione priori judicio fuerunt Setini, quam Sulmonenſes.

Quod vero rem noſtram maxime ſpectat, nunquam Romanæ Rotæ Judices in dubium vocarunt, num Eccleſia Valvenſis & Sulmonenſis invicem unitæ eſſent; id enim tanquam certum & manifeſtum poſuerunt. Ac ipſemet Urbanus VIII. Pontifex Maximus in Conſtitutione, quam edidit A. D. 1628. ad controverſias omnes inter utriuſque Eccleſiæ Canonicos pridem exortas componendas, pro certo habet ipſius Conſtitutionis initio, Valvenſem & Sulmonenſem Eccleſias *invicem perpetuo Apoſtolica auctoritate æqualiter unitas eſſe*. Atqui conjunctio iſta in diplomate Leonis IX. quo priſcam unionem confirmavit, nonniſi per hæc verba: *confirmamus pariter Eccleſiam ſancti Pamphili cum ceteris Eccleſiis, & cappellis*, deſignabatur: quibus quidem Leonis verbis, non *Eccleſia Sulmonenſis*, ſed *Eccleſia S. Pamphili* cum ceteris Eccleſiis, & cappellis conjungitur, adeoque Eccleſia S. Pamphili, tanquam *collegiata*, non vero *cathedralis*, deſignari videbatur, quippe quia ex more vetuſtiſſimo Apoſtolicæ Sedis, cathedrales Eccleſiæ cum urbis additamento, non autem cum nomine Patroni, ſeu Titularis deſcribi ſoleant. Confirmatio vero unionis ab Honorio III. conſtituta, evidenter Eccleſias Setinam, & Privernatem, tanquam cathedrales demonſtrat, nullâ adjecta Sanctorum, in cujus honorem ambæ Eccleſiæ dicatæ fuerant, nuncupatione, ſed

Ughellus tom. 1. pag. 1384.

Ibid pag. 1353.

ſed ſecundum priſcam conſuetudinem, adhibita ſolum urbis utriuſque nomenclaturâ, nec ſummatim ceteræ Eccleſiæ, & cappellæ percenſentur, ut eſt in Leonis diplomare, ſed cum peculiari locorum, jurium, & Monaſteriorum, quæ ambabus Eccleſiis ſuberant, ac utriuſque diœceſis deſignatione. Illud porro menti fixum hæreat, ne ullus ſit amplius tergiverſationi locus, Monaſteria monachorum Epiſcopis tunc ſubiecta fuiſſe; atque adeo, ſi Sulmonenſis cathedra agnita eſt, tanquam invicem unita Valvenſi Eccleſiæ, ac in ſuæ conjunctionis argumentum, nullum aliud proferre potuit Apoſtolicum diploma præter illud, in quo hæc conjunctio tam leviter, ac tam generice indicatur, quò magis hic honos dandus erat Setinæ & Privernati ſedibus, quarum mutuam conjunctionem cum Tarracinenſi Eccleſia, tam diligenter, ac tantâ Eccleſiarum ſubjectarum, oppidorum, jurium, ac bonorum deſcriptione Honorius III. Apoſtolica Conſtitutione firmavit?

Dicent fortaſſe æqualem unionem pro Sulmonenſi elici, quòd ol mSulmonenſe capitulum una cum canonicis S. Pelini Epiſcopum eligebat, quo jure capitulum Setinum caruiſſe conficient. Hoc iſtis objurgatoribus daremus, ſi conſtaret, Tarracinenſe capitulum Antiſtitis eligendi jus habuiſſe, & a Tarracinenſi clero tantum, Epiſcopos poſt conjunctionem electos. Etenim omnes ferme Tarracinenſes Præſules, qui poſt *Simeonem* Tarracinenſi cathedræ ſæculo XIII. præfuerunt, ex aliis ſedibus Epiſcopalibus ad Eccleſiam Tarracinenſem per Romanos Pontifices tranſlati fuere. Sciant inſuper, jus ferendi ſuffragii in electione Epiſcoporum, certum ac manifeſtum ſignum cathedræ Epiſcopalis non eſſe. Etenim non ſolum cathedralis Eccleſiæ capitulum in Epiſcopis eli-

eligendis, ſed clerici etiam aliarum Eccleſiarum ſuffragium dabant, ac alii etiam de clero, prout conſuetudo, aut lex obtinebat. Innocentius III. irritam declaravit Sutrini Epiſcopi electionem, per Canonicos cathedralis Eccleſiæ Sutrinæ factam, excluſis *clericis Conventualium Eccleſiarum*, qui electionibus trium Epiſcoporum, qui immediate ante floruerant, ſe interfuiſſe, ac ſuffragium dediſſe teſtati ſunt. Liquido etiam apparet ex Apoſtolica Clementis VII. Conſtitutione pro confirmatione jurium Eccleſiæ Trajectenſis, data A. D. 1529. jus eligendi Epiſcopi Trajectenſis, non fuiſſe penes tantum capitulum Eccleſiæ cathedralis, ſed etiam penes Eccleſias collegiatas *S. Salvatoris*, *S. Petri*, *S. Johannis*, *& B. Mariæ* in eadem civitate Trajectenſi. Hoc autem Clementis diploma alias vulgatum, nuperrime edidit Cornelius Paulus Hoynck Van Papendrecht in Hiſtoria Eccleſiæ Ultrajectinæ. Quapropter honor cathedræ Epiſcopalis non educitur ex jure ferendi ſuffragii in electionibus Epiſcoporum, quo jure potiebantur etiam collegiatæ Eccleſiæ: & ipſa Sulmonenſis cathedra, quæ una cum capitulo Valvenſi Epiſcopum eligebat, nihilominus tum, ac poſtea *diœceſis Valvenſis* eſſe in Apoſtolicis literis dicta eſt. Notum præterea eſt Johannem XXII. collationes Epiſcopalium ſedium in nonnullis Italiæ provinciis ſibi reſervaſſe A. D. 1322. cujus veſtigiis inhærens Benedictus XII. A. D. 1335. omnes Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales Eccleſias, ſibi quoque, editâ Conſtitutione reſervavit. Igitur frater Johannes Ferrerius Ordinis Minorum, qui poſt medium ſæculum XIV. a capitulo Terracinenſi electus eſſe dicitur, contra Apoſtolicas ſanctiones, inani conatu electus eſt; idcirco ir-

Decretal. lib. I. titulo de cauſa poſſeſſionis &c. cap. III.

In Appendice monumentorum pag. 87

Raynald. A. D. 1322. in appendice.

Extravagan. Com. de præbendis, & dignit. cap. XIII.

irritam electionem Urbanus v. declaravit, ac ipſemet Urbanus eumdem Fr. Johannem Tarracinenſi Eccleſiæ admovit.

Objicient etiam *Valvam* nomen regionis eſſe, non civitatis, atque adeo Sulmonenſem urbem complecti. Id libenter concederemus, niſi Valvenſi Epiſcopo hoc nomen inditum eſſet, antequam hæ duæ ſedes ſimul junctæ fuiſſent; nam, ut vidimus, *Clarentius* Valvenſis, qui A. D. 680. Synodicæ Agathonis Papæ ſubſcripſit diverſus erat a Sulmonenſi Epiſcopo, propterea quia ſub finem tantum VII. ſæculi S. Pamphilus primus Corfinii, & Sulmonis Epiſcopus fuiſſe dicitur. Ulterius Sulmo poſita non erat in ipſa Valvenſi planicie, ſed agri ejus pars tantummodo. Quamobrem Valvenſis Eccleſiæ nuncupatione, Sulmonenſis venire non potuit. His adde, Sabinenſes Epiſcopos regioni, a qua nomen habent, imperaſſe. Illorum tamen appellatione non ſolum Epiſcopalis cathedra intelligebatur; non enim Sabinenſis Epiſcopi titulo, olim etiam veniebat cathedra Nomentana in ipſis Sabin.s poſita. Ac tum etiam cum Alexander VI. A. D. 1495. Eccleſiam Sabinenſem, Mallianum tranſtulit, & in cathedralem erexit; ad ſedanda jurgia ſub Julio II. exorta ob antiquam Epiſcopalem Eccleſiam S. Mariæ in Epiſcopio, quæ cathedralis remanſerat, pro bono pacis ea inita ratio fuit per Bernardinum Caravajalem, tunc Epiſcopum Sabinenſem, ut Epiſcopus Sabinenſis, *ut-iuſque Sabinæ* Epiſcopus nuncuparetur, quod ratum habuit Leo X. A. D. 1521. Adeo enim verebantur Sabinenſes populi, ne unica tantum Sabinenſis Epiſcopi nuncupatione, antiqua cathedra Epiſcopalis comprehenderetur. Vides igitur *Valvenſium* Epiſcoporum nomine, Sulmonenſes

Card Brancatius D. ſert. II. de Epiſcopatu Sabin. pag. [illegible]

P quo-

quoque venire non poſſe, idcirco quæ in ſpeciem objicerentur, ſtatim corruere.

Ex his ita inter ſe collatis, ac apprime reſpondentibus, licet priſcis temporibus Sulmonenſes Antiſtites in Conciliis vix appareant, licet Sulmonenſi Eccleſiæ jamdudum Valvenſi copulata per longi temporis curricula, utriuſque ſedis Epiſcopi, Valvenſes tantum ſe inſcripſerint, licet in diœceſi Valvenſi Sulmo collocata aliquando fuiſſe dicatur, exploratum tamen, ac certum eſt, has Eccleſias æque inter ſe conjunctas fuiſſe. Quidni ergo ex hoc ipſo exemplo per omnia Privernati, & Setinæ ſedibus fere, ſimili, æqualem, ac dignitatis conſortem cum Tarracinenſi conjunctionem eis denegabimus?

LXXVI. Plura ſigna antiqui Epiſcopatus, quæ in Eccleſia Setina ſuperfuerunt.

Quoniam vero multum conferunt ad alicujus Eccleſiæ cathedralis alii conjunctæ dignitatem eruendam ornamenta illa, quæ retinet, unis Epiſcopalibus cathedris propria, ea jam inde in Eccleſia Setina, ut innuimus, perſeverarunt, ac ſunt nimirum dignitates cathedralibus Eccleſiis tantum peculiares. Capitulum enim Setinum conflatum eſt ex duodecim Canonicis, ac tribus, ut vocant, dignitatibus, nempe *Archipresbytero*, *Præpoſito*, & *Archidiacono*. Præpoſitus in capitulis Canonicorum olim uni ſuberat Epiſcopo, & reliquis clericis præerat, uti obſervavit Ludovicus Thomaſſinus. Archidiaconum vero in cathedralibus Eccleſiis tantum fuiſſe, idem Thomaſſinus luculenter docet. In rem hanc Concilium Emeritenſe A.D. 666. decrevit: *Communi deliberatione ſancimus, ut omnes nos Epiſcopi, infra noſtram provinciam conſtituti, in cathedralibus noſtris Eccleſiis, ſinguli noſtrum Archipresbyterum, Archidiaconum, & primi clerum habere debeamus*. Propterea Archidiaconi, Epiſcopo-

Vet. & nova Eccl. Diſcipl. de Benef. P. I. lib. III. cap. XCVI. n. VI.

Ibid. lib. I. cap. XVIII.

C. X.

Concil. to. VI. pag. 503.

porum oculi dicuntur; erant enim eorum Vicarii, eorumque juriſdictionem adminiſtrabant, curam vacantis Eccleſiæ ſuſcipiebant. Inſuper numerus ſeptem campanarum, quem retinet Setina cathedra, Epiſcopalibus ſedibus convenit. Alia quoque inſignia Epiſcopis propria, ut dictum eſt, apud eos ſervantur, videlicet mitra, & baculus paſtoralis pro uſu tantum illius Eccleſiæ. Exſtat etiam a vetuſto, ac immemorabili tempore in æde cathedrali fixa ſedes Epiſcopalis, una cum umbraculo, ſeu, uti vocant, *Baldacchino*. Conſpiciuntur præterea in urbe Setina Epiſcopale palatium, prope ipſam Eccleſiam cathedralem, de quo mentio fit in ſtipulatione, Sixto IV. Romanam Eccleſiam regente, tabularium fori Epiſcopalis, Seminarium clericorum pro univerſa diœceſi, nimirum Tarracinenſi, ac Privernate, carceres, tribunal pro litibus judicandis, ubi jus redditur diœceſanis, de rebus omnibus ad Tarracinenſem, ac Privernatem diœceſes ſpectantibus, ac demum cetera, quæ ad Epiſcopalem juriſdictionem exercendam maxime pertinent. Ad hæc ipſe Archipresbyter Tarracinenſis A. D. 1724. die VI. Novembris Sacræ Congregationi Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſitæ teſtatus eſt, a Tarracinenſi Epiſcopo, neque tribunalia, neque Vicarium generalem Tarracinæ conſtitui, quod *jamdiu* Setinæ Curia Eccleſiaſtica, & Vicarius generalis ſedem habeant, quæ exinde amoveri non poſſint, abſque turbarum motu. Ac illud maxime eſt animadvertendum, Epiſcopos ſimul ac Tarracinenſis Eccleſiæ poſſeſſionem iniere, Setinæ quoque Eccleſiæ poſſeſſionem capere. Hæc porro a nobis prolata ex antiqua, receptaque conſuetudine proficiſcuntur, cujus initii memoriam a nullo ſcriptore docemur.

Corradinus de civit. & Eccl. Setina cap. XV.

V. in fine.

Si hæc ipſa igitur, allatis hactenus a nobis teſtimoniis, conjunxeris, tuo certe periculo, Setinæ cathedræ antiquitatem aſſeres, ac ob illius conjunctionem, nihil omnino ejus dignitati fuiſſe detractum, ſemel, ac iterum affirmabis.

LXXVII. Diluuntur oppoſitæ argumentationes.

Nunc vero inſtituti noſtri ratio poſtulat, ut ad aliam diſceptationis partem veniamus, ac Tarracinenſium argumenta diluamus, quibus olim Setinam cathedram oppugnarunt. His enim freti Tarracinenſes, delataque controverſia de conjunctione *æquè principali* Eccleſiæ Setinæ & Tarracinenſis A.D. 1702. ad Sacræ Romanæ Rotæ Auditores, unica, neque unanimi Auditorum ſententia, Setini cauſsâ ceciderunt. Quamobrem Dominicus Contator, profeſſione medicus, & is Tarracinenſis, quum patriam Hiſtoriam A.D. 1706. concinnaſſet, Sacræ Rotæ judicium, quod *deciſionem* appellant, miris laudibus effert, perinde ac ſi juſtum de hoſtibus triumphum egiſſet, quæſtio omnis definita eſſet, ac in ipſam Hiſtoriam tranſtulit, ratus videlicet, omnes in Tarracinenſium ſuffragia pedibus, manibuſque ituros. Verum antequam his occurramus, monendus eſt Lector, hanc ſemper fuiſſe notiſſimam, laudabilemque Sacræ Romanæ Rotæ conſuetudinem, ut ubi ſemel reſponſum de aliqua controverſia dederit, iterum litigatores audiat, dein judicium, ſententiamque proferat, ſi prioris reſponſi vera rationum momenta agnoſcat, a qua nimirum ſententia licet, non modo bis, verum etiam ter provocare; ex quo fit, ut adamuſſim, diligenterque argumentis, quæ utrinque ſtare videbantur, excuſſis, atque ponderibus ſuis examinatis, cauſsâ inferior, nonniſi poſt tres, eaſque conformes ſententias, judicio tandem acquieſcere teneatur.

1 No-

1 Noveris igitur in quæſtione Setinos inter, ac Tarracinenſes, unicam tantum A. D. 1702. die 23. Junii à Sac. Rotæ Auditoribus ſententiam latam, neque communibus, ac omnium ſuffragiis; quapropter æquiſſimi Judices voluerunt, ut iterum Setini audirentur. Immo vero, quum Eccleſia Setina judicium proſequi diſtuliſſet uſque ad annum ſuperiorem, quo Sanctiſſimi Domini noſtri Benedicti XIII. diploma litem hanc definientis prodiit, Tarracinenſes ſuis juribus plurimum diffidentes, quippe qui Setinos maxime urgere poterant, ut controverſiæ finis imponeretur, non ſolum ab inceptis deſtiterunt, verum etiam ultro paſſi ſunt, ad eam uſque diem Setinam Eccleſiam in ſua antiquiſſima, quaſi poſſeſſione, dignitatis cathedralis permanere.

2 Præterea Setini jura ſua, quæ ſupra exhibuimus, tunc in medium non attulerunt. Licet enim Eminentiſſimus Corradinus in rem hanc Diſſertationem de Eccleſia & civitate Setina edidiſſet, in quam Setinæ cathedræ rationes, ac argumenta conjecit, ea tamen documenta publica, è quibus rerum momenta eruebantur, in acta apud Judices relata non ſunt. Et vero codex Eccleſiæ Setinæ, in quo acta S. Lidani Abbatis, perpetuuſque de eo cultus apud Setinos continentur, ac trium Setinorum Antiſtitum nomina celebrantur, prolatus non eſt, neque illum eruditi viri tunc recognoverant, ac recenſuerant. Allatum eſt ſolummodo exemplar eorumdem actorum ex Octavio Cajetano Societatis Jeſu de vitis SS. Siculorum exſcriptum, in quo multa ſunt detruncata, ut oſtendimus, ac multa contra fidem codicis de induſtria caſtigata, ſeu neglecta. Quod quidem exemplar ab amanuenſi oſcitanter exaratum fuerat, ut conferenti acta ipſius codicis, quæ in appendice iterum in lucem Tosl pagasũ

emit-

emittimus, facile patebit. Antea quoque, quum alter Conſtantinus Cajetanus Benedictinus, Abbas S. Baronti ejuſmodi apographum mendoſe tranſcriptum habuiſſet, ac illud in manus Cæſaris Cardinalis Baronii, immortalis memoriæ viri, incidiſſet, e calamo Eminentiſſimi annalium parentis ea verba excuſſit, res geſtas nimirum S. Lidani Abbatis, mendis obſitas, ſibi legere contigiſſe.

3 Nomina item quorumdam Epiſcoporum fuerunt allata, quæ ob vocabuli ſimilitudinem ad Setinam cathedram in Latio pertinere videbantur, ſed compertum eſt, eos ad *Siccam Veneriam* in Numidia, ſeu ad *Setienſe* oppidum in Africa propria ſpectare, quum hæ ſubſcriptiones ſint epiſtolæ Africanorum Antiſtitum ad Paulum CPolitanum Patriarcham miſ-
Concil. t. vi. pag. 148. ſæ A. D. 649. ob hæreſim Monothelitarum, quam recitari juſſit Martinus Papa I. in Synodo Lateranenſi hujus anni 649. habita adverſus eamdem hæreſim Monothelitarum.

4 Silentio prætermiſſus eſt antiquiſſimus cultus, quo ſemper Setini S. Lidanum Abbatem venerati ſunt, neque argumenta, quæ Tarracinenſes objecerunt, ullus refellit; neque demum genuina monumenta, quibus ſigna cathedræ Setinæ comprobantur, ad Judices producta. Quapropter mirandum non eſt, ſi ſapientiſſimi Sacræ Rotæ Auditores antiquam Setinæ cathedræ dignitatem in dubium revocarint, atque Tarracinenſibus ſuffragati fuerint. Quod ſi ante eorum oculos propoſitus eſſet *Stephanus Seccenſis* Epiſcopus, qui adfuit Concilio Romano A. D. 1037. a Benedicto IX. celebrato, in quo Romani Pontificis comprovinciales Epiſcopi tantummodo conſederunt; ac animadvertiſſent, eumdem Stephanum, medium inter Epiſcopos Tarracinenſem & Privernatem, ſubſcri-

cripſiſſe diplomati pro Monaſterio S. Andreæ de Peruſio, atque etiam inſpexiſſent acta S. Lidani ex vetuſtiſſimo codice Eccleſiæ Setinæ eruta, omnium ſuſpicionum mendis purgata, ac diligenti examine recognita primum a viris clariſſimis Laurentio Alexandro Zacagnio, & Jo. Baptiſta de Miro Abbate Cajetano, tunc Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto, nuper vero ab illuſtriſſimo, ac eruditiſſimo Archiepiſcopo Aneyrano Juſto Fontanino, facile ex his agnoviſſent, & ex argumentis, quæ ſupra ſunt allata, in diplomate Honorii III. unionem Eccleſiarum Setinæ, Privernatis, ac Tarracinenſis confirmantis, antiquam Setinam cathedram demonſtrari, & ex aliis etiam documentis, quæ in promptu erant afferenda, ſigna hujus cathedræ manifeſto erui, atque declarari. Itaque pro certo habemus, eos in contrariam ſententiam ituros, atque unicam deciſionem revocaturos fuiſſe. Is nempe tanti ſubſellii, tantorumque Judicum mos eſt, ut compertâ argumentorum fallaciâ, novis monumentis accedentibus eorum, qui cauſſæ ſucubuerant, a ſemel edita ſententia, facile recedant.

5 Hæc eò a nobis dicta ſunt, ut in primis intelligas, Tarracinenſes vehementius, quam par erat de unica tantum deciſione gloriatos eſſe, eamque ad triumphi pompam in patriam Hiſtoriam retuliſſe, dein vero, ut palam fiat, Diſſertationem hanc non contradicendi ſtudio, ſed veritatis eruendæ, illuſtrandæque gratia, a nobis elaboratam; tum demum, ut fallaces argumentationes refutemus, quibus Patribus juris ſcientia præditis fucus factus eſt.

Itaque ad antiqvum Setinum Epiſcopatum evertendum, Tarracinenſem adſtipulatores objecerunt in diplomate Honorii, *Eccleſiæ* vocabulum antonomaſtice acceptum, & cum nomine alio civitatis ali- LXXVIII. Cæteræ difficultates ſolvuntur.

alicujus conjunctum, aliquando Epiſcopalem ſedem non ſignificare; hoc enim pacto eludere ſatagentes clarum perſpicuumque pro Setina cathedra argumentum, ex illis Honorii verbis depromptum, ſcilicet: *Pipernenſem, & Setinam* ECCLESIAS *Terracinenſi Eccleſiæ in perpetuum unitas manere decernimus*, quo, ut demonſtratum eſt, aperte comprobatur, Eccleſiam Setinam cathedralem fuiſſe, cum primum conjuncta eſt, deinde cathedralem ab ipſo Honorio agnitam, quum in hoc diplomate rurſus eamdem conjunxit.

Quid hoc imperitius dici poteſt? Id enim eſt antiquitatem omnem ſuſque deque miſcere. Ut ergo ſui erroris convincantur, audiant quid ſecundo Chriſti ſæculo pronunciet Tertullianus de præſcriptionibus adverſus hæreticos: *Apoſtoli*, inquit, *primo per Judæam, conteſtata fide in Jeſum Chriſtum, &* ECCLESIIS *inſtitutis, dehinc in orbem profecti, eamdem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde* ECCLESIAS *apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ, ceteræ exinde* ECCLESIAE *mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, ut* ECCLESIÆ *fiant*. Hinc ECCLESIÆ Apoſtolicæ ab eo appellantur in Achaja Corinthus, in Macedonia Philippi & Theſſalonica, in Aſia Epheſus, in Italia Roma. S. Auguſtinus in hanc ſignificationem Eccleſiæ vocabulum uſurpat in libris de civitate Dei. Paſſim vero apud S. Gregorium Magnum, & apud alterum Gregorium Turonenſem, *Eccleſiarum* vox pro Epiſcopalibus cathedris accipitur. His addenda eſſent innumera Summorum Pontificum diplomata, quibus *Eccleſiæ* nomine, additâ ſemper civitatis appellatione, ſedes Epiſcopales honeſta-

Cap. xx.

Ibid. cap. xxxvi.

Lib. xiv. Cap. xxiv.

Hiſtor. Franc. lib. ii. cap. xv. lib. iv. cap. xxxi. lib. vii. cap. iv. lib. x. cap. v.

tis viris, ſi operam in re tam clara poneremus, jure contemni, timeremus.

LXXIX. *Eccleſiæ vox in diplomate Honorii perperam ad matricem Eccleſiam detorta.*

Sed egregia certe eſt, & hactenus inaudita eorum interpretatio, qui velint, ut *Eccleſiæ* nomine, per excellentiam, *matrices Eccleſiæ* intelligantur. Magna porro jactura impenderet Portuenſi & S. Ruffinæ Eccleſiis, Valentinenſi & Dienſi, ceteriſque ſedibus in unam conflatis, ſi de earum conjunctione controverſia moveretur, ac de ea ſuffragium ferre Tarracinenſium defenſores debuiſſent. Quum enim Gregorius IX. affirmet, a Calliſto II. *Portuenſem*, & *Sanctarum Ruffinæ, & Secundæ in Silva candida ECCLESIAS* unitas, & *Eccleſias* ipſas, ſe unius Antiſtitis regimini committere, una ex his cathedris, eorum judicio, neceſſario corruiſſet, quòd harum altera non Epiſcopalis, ſed *matrix* eſſe poſſet. Idem periculum ſubirent Valentinenſis, & Dienſis in Gallia, propterea quia Gregorius X. in his invicem conjungendis, hæc verba protulerit: *Valentinenſem & Dienſem ECCLESIAS de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis* UNIMUS *auctoritate præſentium*. In idem quoque diſcrimen adductæ eſſent ceteræ per orbem Catholicum Eccleſiæ inter ſe ſimul conjunctæ. Et o vos fortunatos Privernates, qui ex monumentis Conciliorum nomina aliquot veſtrorum Epiſcoporum exhibuiſtis! Dubio procul urbem veſtram ex Epiſcopalium ſedium numero præclari iſti cauſidici deturbaſſent, eoque honore nunquam ornatam, e ſubſelliis pronunciaſſent, docteque eorum more, *Eccleſiæ* vocabulum in ipſo Honorii diplomate ad matricem Eccleſiam detorſiſſent. Nec tam felices vocum ſacrarum interpretes vidiſſent, *matricis*, & *matris Eccleſiæ* nomen fere ſemper de cathedrali Eccleſia uſurpari. Eorum vos oculis objicere poteratis Concil. Carthag. III.

Gallia Chriſtiana tomo III. pag. 1115.

Q (a) Aqui-

(a) Aquiſgranenſe (b) Gregorium Turonenſem de miraculis S. Martini (c) alioſque bene multos apud Johannem Savaronem de ſanctis Eccleſiis, & Monaſteriis Claramontii, Franciſcum Boſquetum in notis ad epiſt. Innocentii III. & Cangii gloſſatium, verbo *Eccleſia matrix*. Iſti demum ſacrorum canonum periti adeant Innocentium III. in cap. *venerabilis de verborum ſignificatione*, ubi rotundis verbis declaratur, per *matricem*, *cathedralem Eccleſiam* proprie, ac ſtricte intelligi. Et in Decretalibus Romanorum Pontificum, (d) ſi quando *matricis* Eccleſiæ vox uſuvenit, nunquam civitatis nomen ei Eccleſiæ adicitur: quod ſi aliquando *Eccleſiæ* vox alicui oppido aptatur, minus proprie id factum noveris.

(a) Can. XLVI.
(b) Can. v.
(c) lib. III. cap. XIV. §. 9 pag. 20. Pag. 154.
(d) Cap. ad audientiam de Eccleſiis ædif. cap. ex tranſmiſſa de præſcriptionibus. cap. pervenit de tranſa. & ita. Clemen. 1. de ſent. excom.

LXXX. Sequitur ejuſdem argumenti refutatio.

1. Sed quid ad hoc nugarum genus refellendum vetera teſtimonia proferimus, quum ipſa Honorii Conſtitutio eorum argumentationes abunde reiciat? Age enim, ſi Honorius *Eccleſiæ Setinæ* nomen uſurpat in ipſa unione aliarum Eccleſiarum, nempe Privernenſis, & Tartacinenſis confirmanda, quas Epiſcopales fuiſſe nemo inficiabitur; ecquis ergo conſequens eſſe non videat ex Honorii mente, *Eccleſiæ Setinæ* appellatione cathedram Epiſcopalem deſignari? Qui fieri potuit, ut Honorius una Eccleſiarum voce, eodemque verborum genere Eccleſiam Privernatem Epiſcopalem Tarracinenſi ſedi, conjunxerit, itidemque Eccleſiam Setinam, quam matricem tantum fuiſſe volunt? Hoc nemo, niſi plane in antiquitate Eccleſiaſtica, & in ſacris canonibus hoſpes ſit, affirmare audebit.

2. Atqui, ſi id præſtitit Honorius; quærimus nunc, cuinam Eccleſiæ Epiſcopali Setina Eccleſia, quæ ex eorum ſententia *matrix* erat, tunc ſubjecta eſſet? ea enim acephala eſſe non poterat, quum omnes

nes Eccleſiæ Parochiales, etiam *matrices*, quæ alias inferiores Eccleſias ſub ſe habebant, uni Epiſcopo omnino ex antiqua canonum diſciplina ſubditæ fuerint. Itaque, vel Eccleſia Setina ſubjecta erat Tarracinenſi, quum Honorius eam eidem ſedi conjunxit, vel non erat ſubjecta; ſi Tarracinenſi cathedræ jam tum obnoxia fuiſſet, cur a Romanis Pontificibus, Honorii prædeceſſoribus Tarracinenſi unita fuit, cui ſubdita erat? Cur fuit unita eâdem verborum formula, ac Privernenſis Eccleſia Epiſcopalis? Cur in diplomate Honorii, dum antiqua Tarracinenſis diœceſis deſcribitur, ad eamdem diœceſim ſpectare dicitur *Eccleſia B. Creſcentiani martyris in Setia*? Etenim, ſi omnes Eccleſiæ Setiæ conſtitutæ, ſubditæ fuiſſent Epiſcopo Tarracinenſi & in diœceſi illius Epiſcopatus, certe non una tantum Eccleſia S. Creſcentiani, ſed omnes ſubjectæ fuiſſent. Cur demum ab Honorio *Simeoni Epiſcopo Tarracinenſi*, & ejus ſucceſſoribus in perpetuum facultas Setinam Eccleſiam adminiſtrandi conceditur, qua facultate Tarracinenſes Epiſcopi non indigebant, ſi tunc in ea Eccleſia, eorum poteſtati obſtricta, liberam juriſdictionem habebant? An vero ignorant iſti canonici juris magiſtri, ſolam Epiſcopalium Eccleſiarum unionem Summo Pontifici reſervatam fuiſſe; Epiſcopos vero, eo jure uſos, ut Eccleſias ſuæ diœceſeos unirent, prout conducere Eccleſiæ ſuæ judicabant? Exſtat in Decretalium libris hujus diſciplinæ inſigne documentum a Cœleſtino III. Faventino Epiſcopo datum in hæc verba: *Sicut unire Epiſcopatus, atque poteſtati ſubiicere alienæ, ad ſupremum Pontificem pertinere dignoſcitur; ita Epiſcoporum eſt ſuæ diœceſis Eccleſiarum unio, & ſubjectio earumdem*. Quid ergo Honorius univit Eccleſiam Setinam Tarracinenſi, ſi

Cap. Sicut unire de exceſſibus Prælatorum.

Setina Eccleſia in Tarracinenſi diœceſi erat? Hoc enim unendi jus ad ipſum Tarracinenſem Epiſcopum ſpectabat; ac nemo, qui in ſacris canonibus leviter verſatus fuerit, ſibi perſuadebit, Honorium, ac illius prædeceſſores conjungere voluiſſe Eccleſiam matricem, cujus unio ad Epiſcopum pertinebat. Doceant igitur, ſi tunc noſtra Setina Eccleſia Tarracinenſi non parebat, cuinam tandem Eccleſiæ Epiſcopali ſubderetur, proferant qualecumque teſtimonium, quo id confirment.

3. Jam vero ſemel; ac iterum diximus, ab Honorio decretum fuiſſe, ut Privernenſis ac Setina Eccleſiæ in perpetuum Tarracinenſi unitæ eſſent *cum omnibus earum rebus, pertinentiis, ac juribus, in Eccleſiis, monaſteriis, præſidiis, Roccbis, atque caſtellis*, eadem nomine proprio deſignando, atque adeo utriuſque Eccleſiæ Privernatis, & Setinæ diœceſim. Cui autem in mentem veniet, matricem Eccleſiam, prout perperam, ac oſcitanter de Setina Eccleſia profertur, diœceſim, ac juriſdictionem in Monaſteriis, quæ Epiſcopis tantum obnoxia erant, obtinuiſſe? Tanti ſunt igitur ea rationum momenta, quæ ex verbis ipſius unionis depromſimus, ut contrarias velitationes elidant; & ex his plane conſtet, etiamſi nomina Setinorum Antiſtitum in Conciliis, ac vetuſtis monumentis adhuc deſiderarentur, ſola tamen Honorii Conſtitutione Setinum Epiſcopatum prorſus conſtabiliri.

LXXXI. Expenditur argumentum ex inſcriptione diplomatis ab Honorio dati *uni Epiſcopo Tarracinenſi in conjunctione confirmanda*.

Nunc reliqua argumenta audiamus. Honorii diploma, inquiunt, *Simeoni Tarracinenſi* dirigitur; Honorius igitur Eccleſias Privernatem ac Setinam omnino Tarracinenſi ſubjecit. Abunde hac in parte nobis videtur ſatisfactum toto capite ſeptuageſimoquinto, ubi exemplo Eccleſiæ Valvenſis oſtendimus, mutuæ

Ec-

Eccleſiarum conjunctioni non officere, quòd Apoſtolicæ literæ uni tantum Eccleſiæ dirigantur; nam Leonis IX. diploma pro confirmatione conjunctionis Eccleſiarum Valvenſis & Sulmonenſis *Dominico Valvenſi* tantum inſcribitur; & tamen invicem hæ Eccleſiæ conjunctæ erant. His huc afferendis ſuperſedemus, quæ ibi Lector commode cognoſcere poterit.

LXXXII. Num ſubjectio colligatur ex verbis hujus conjunctionis.

At enim, ſubjectio decernitur in ipſo diplomate per ea verba: *Præterea prædictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes Pipernenſem & Setinam Eccleſias eidem Terracinenſi Eccleſiæ in perpetuum unitas manere decernimus cum omnibus juribus, earum rebus, ac pertinentiis in Eccleſiis, monaſteriis, præſidiis, Rocchis, atque Caſtellis &c.* His freti & præcipue verbis: *cum omnibus juribus earum*, exclamant Juriſconſulti Tarracinenſium, has Eccleſias acceſſiſſe Tarracinenſi, earumque titulum prorſus extinctum. O præclaros juris interpretes! Quis eſt enim tam ignarus rerum, qui neſciat, quum uni Antiſtiti duæ, aut plures Eccleſiæ committuntur, eidem quoque harum Eccleſiarum juriſdictionem, bona omnia, ac jura ſi quæ habeant, adminiſtranda aſſignari? Exempla ea de re in Pontificiis ſanctionibus innumera ſunt; unum, aut duo tantum afferam. Leo IX. ita loquitur in coniungenda iterum Eccleſia Sulmonenſi cum Valvenſi. *Principaliter quoque confirmamus tibi ad Epiſcopalem Sedem Eccleſiam S. Pelini* (Valvenſem) *cum omnibus ſibi juſte pertinentiis, pariter Eccleſiam Sancti Panphili* (hoc eſt Eccleſiam Sulmonenſem) *cum ceteris Eccleſiis, capellis, quæcumque intra præfatos terminos poſita etiam noſcuntur, cum omnibus pertinentiis eorum.* Gregorius IX. vero in confirmatione unionis Eccleſiarum Portuenſis & Silvæ candidæ, ita

Ughellus tom. I. pag. 1353.

ita conſtituit: *Ad exemplar ejuſdem* (Calliſti) *&*
Vghellus to. 1. pag. 155. *Adriani prædeceſſorum noſtrorum unionem hujuſmodi confirmantes, Eccleſias ipſas gubernationi tuæ committimus, & eas ſub tui, ſicut proprii Epiſcopi diſpoſitione decernimus permanere, ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona Eccleſiæ ipſæ in præſentiarum juſte & canonice poſſident, aut in futurum præſtante Domino rationabiliter poterunt adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, civitatem Portuenſem, quam felicis memoriæ prædeceſſores noſtri, Benedictus, Leo, & Joannes Eccleſiæ Portuenſi dederunt &c.* Mox exprimit Eccleſiam SS. Ruffinæ & Secundæ, totamque diœceſim. Qui ſcire cupit jura Eccleſiæ Silvæ can-
Vghellus ibid. pag. 107. & ſeq. didæ adeat diplomata Sergii III. Johannis XIX. & Benedicti IX. ex quibus perſpiciet, quæ jam eidem Romani Pontifices contulerint. Quare deſinant, ſi ſapiunt Tarracinenſium propugnatores, hoc argutiarum genere ludificare, atque demum intelligant, epiſcopales ſedes, niſi penitus everſæ fuiſſent, abſque ſpe illas ædificandi, ac niſi ob crimen aliquod dignæ judicatæ, quæ Epiſcopis mulctarentur, quoties eas Romani Pontifices conjunxerunt, ſalvas incolumeſque cum earum dignitate eſſe voluiſſe.

LXXXIII. Quæ verborum ratio ſervata fuerit in Eccleſiis cathedralibus aliis ſubjiciendis.

Si quando vero hoc honoris faſtigium eis detrahere duxerunt, alia certe dicendi ratione uſi ſunt. Adhibe aures quæſo, & audi, quomodo Melphienſi Eccleſiæ Paſchalis II. A. D. 1102. Lavellum ſubdiderit, propterea quod ad villæ conditionem redactum fuerat. Idcirco ſanxit, *ne in Lavel-*
Vghellus tom. 1. pag. 926. *lano oppido, quod Melphiæ proximum eſt, ullo deinceps tempore Epiſcopalis cathedra ſtatuatur, ipſum vero oppidum, tibi venerabilis frater Gulielme Melphi-*

phienſi Epiſcope, tuiſque legitimis ſucceſſoribus perpetuo regendum, & Epiſcopali jure tenendum, diſponendumque firmamus. Iiſdem ferme verbis hanc ſubjectionem Cæleſtinus III. A. D. 1193. confirmavit. *Prædeceſſorum noſtrorum*, inquit, *Paſchalis, & Alexandri Romanorum Pontificum Apoſtolica auctoritate ſancimus, ne in Lavellano oppido, quod Melphiæ proximum eſt ullo deinceps tempore Epiſcopalis cathedra ſtatuatur, ſicut eſt hactenus obſervatum, ipſum vero oppidum cum pertinentiis & finibus tibi, tuiſque cathedratičis ſucceſſoribus perpetuo regendum, & Epiſcopali jure tenendum, diſponendumque firmamus*. Lavellani tamen identidem Epiſcopalem cathedram, licet memorati Pontifices *perpetuo* ſubditam Melphienſi Epiſcopo juſſerint, Sedis Apoſtolicæ peculiari favore recuperarunt. Nam Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. A. D. 1179. inter Epiſcopos Provinciæ Barenſis habetur *Johannes Lavellanus*, & ex Gregorii IX. epiſtolis conſtat A. D. 1236. Lavellanæ Eccleſiæ ſuum Antiſtitem præfuiſſe. Simili quoque ratione, ubi neceſſitas poſtulavit, ut cathedræ Epiſcopales ad interitum redactæ ob incolarum, ædificiorumque ruinam in unam coirent, aut extinguerentur, apertiſſimis verbis Summi Pontifices id teſtatum voluere. Militenſis Eccleſia inſtituta eſt, ex tranſlata Vibonenſi cathedra Miletum, cui Calliſtus II. A. D. 1122. Tauranenſem Eccleſiam ſubdidit. Accipe autem, quibus verborum ſolemnitatibus confecta res ſit: *Authoritate etiam Apoſtolica*, inquit, *confirmamus, ut Bibonenſis in Militenſem tranſlata, ſicut prædeceſſorum noſtrorum privilegiis decretum eſt, maneat in perpetuum; addentes etiam, ut Tauranenſis Eccleſia, quæ peccatis accolarum exigentibus, deſolata eſt*

Ibid. pag. 997.

Dacherii Spicileg. tom. 3. pag. 641.

Vghellus to. 1. pag. 1031.

Digitized by Google

eſt, in diœceſim Militenſis cedat, & Militenſi deinceps Epiſcopo ſubjecta permaneat, ut una utriuſque Bibonenſis ſcilicet, & Tauranenſis Eccleſiæ diœceſis habeatur, & deinceps Militenſis vocabulo nuncupetur. En quibus verborum formulis una Eccleſia alteri ſubiciatur. Quod quidem a Summis Pontificibus factum, quum, aut urbes pœna plectendæ eſſent, aut penitus corruiſſent. Non enim *uniendi* verbo, ſed *ſubiciendi* ſunt uſi. Ceterum de earum dignitate fere ſemper ſolliciti, earumdem prærogativas inconvulſas ſervarunt. Teſtimoniis, ac exemplis lectorem defatigabimus. Diſerte in primis id teſtatur A. D. 1207. Innocentius III. literis datis clero & populo Viterbienſi, ubi plenius beneficium Cæleſtini III. erga Viterbienſem Eccleſiam interpretari volens: *illam*, inquit, *Viterbienſi ſedi erga Centumcellenſem & Bledanenſem diœceſes honorificentiam confirmamus, quam circa ipſas Tuſcanenſis ſedes dinoſcitur hactenus habuiſſe, cui Viterbienſis Eccleſia ſpecialiter eſt unita*, STATU *tamen* ILLARUM SEDIUM, CENTUMCELLENSIS *videlicet*, & BLEDANENSIS *in* SUO JURE *manente*. Circa A. D. 1086. Centumcellenſis, & Blerana Eccleſiæ Tuſcanenſi jam conjunctæ fuerant, ut dudum oſtendimus. Itaque apertiſſime demonſtrat Innocentius, per harum unionem Eccleſiarum, nihil earum dignitatibus, ac juribus detractum, ſed ſimul Tuſcanenſi primum Eccleſiæ additas, eaſdemque pari quoque jure acceſſiſſe Viterbienſi Eccleſiæ, cui poſtmodum a Cæleſtino III. arctius c. A. D. 1193. conjuncta fuit Tuſcanenſis. Atque ut ab hujuſmodi unionum exemplis congerendis abſtineamus, quæ ſupra dedimus, uberrime hanc Romanæ Eccleſiæ diſciplinam declaravit Sacroſanctum Tridentinum Concilium, dum ſtatuit, ut

Lib. x. Epiſt. cxxxix. ex editione Baluzii.

Cap. lxxiv.

Seſſ. xxiv. Cap. xiii.

ut Provinciale Concilium examinaret, qua ratione providendum eſſet pleriſque Eccleſiis cathedralibus, quarum redditus tam tenues erant, ut dignitati Epiſcopali nullo modo reſponderent; juſſit etenim, ut ea de re Romanum Pontificem certiorem faceret, qui, *prout expedire judicaverit, aut tenues invicem uniat, aut aliqua acceſſione ex fructibus augeat*. Antiquam ergo diſciplinam præ oculis habentes Tridentini Patres, quum anguſti redditus Epiſcopalium ſedium eſſent, eas *invicem uniendas* eſſe pronunciarunt, aut fructibus augendas.

LXXXIV. Variæ aliquæ difficultates expenduntur.

Verum ad hanc unionem infringendam, ac ad ipſam Setinam cathedram in diſcrimen dignitatis vocandam, aliis armis decertarunt. Oppoſuerunt enim primo a Summis Pontificibus, quoties in ſacro Conſiſtorio Eccleſia Tarracinenſis proponitur, nunquam de Eccleſia Setina, aut Privernenſi, invicem Tarracinenſi unitis, mentionem factam, neque ullum de iiſdem in actibus, quæ Conſiſtorialia vocantur, veſtigium exſtare. Deinde addiderunt, Eccleſiam Setinam cum ceteris Eccleſiis ejuſdem civitatis in diœceſi Tarracinenſi eſſe, ſæpe enunciari. Demum, Setinam Eccleſiam pluries *collegiatam* nuncupari.

His occurrit, ac ſatisfecit luculenter Eminentiſſimus Corradinus in libro de civitate & Eccleſia Setina, ubi demonſtravit, non ſemel in hujuſmodi controverſiis de mutua Eccleſiarum conjunctione ad Sacræ Rotæ tribunal deductis, licet, & in Conſiſtorio, & in literis Apoſtolicis, altera ex Eccleſiis conjunctis prætermiſſa fuerit, tamen ab iiſdem Judicibus, ut ab exemplis, ibidem prolatis, evicit, pronunciatum eſſe, Eccleſiam ſilentio præteritam, invicem conjunctam fuiſſe. Animadvertit etiam, acta antiquiora Conſiſtorialia, quæ nobis ſuper- *Cap. XVII.*

R ſunt,

ſunt, ætatem Pii II. Romani Pontificis non excedere, atque adeo propinquiora eidem unioni deeſſe, ex quibus hujus conjunctionis memoria in iis habita agnoſci potuiſſet.

Quod vero Setinam Eccleſiam, diœceſis Tarracinenſis eſſe, quandoque appareat, nihil ejus dignitati obeſt; idque ſatis ſuperque perſpicitur, ex his, quæ de Sulmonenſi Eccleſia produximus.

Nihil eſt etiam, quod negotium faceſſat, quum legimus *collegiatam* quandoque capitulum Setinum appellatum. Quis enim non neſcit ob varias infelicium temporum vices, multa decora, atque inſignia dignitatis in nonnullis Eccleſiis per Italiam conſtitutis deperdita, præſertim quum Romani Pontifices Avenione conſiterunt? In rei exemplum Eminentiſſimus auctor affert Eccleſiam Lateranenſem, cujus principatum ſupra aliarum Urbis Eccleſiis, in gravia diſcrimina prolapſum, ob inſignes ejus ruinas, tenebricoſa tempora, bellorum turbines, ac diuturnam Romanorum Pontificum in Gallis moram

Conſtitutione xiv.

S. Pius v. A. D. 1569. reſtituit. Ac ut accommodatiori exemplo utamur; num Archipresbyter Privernas pro veteri illius Eccleſiæ dignitate, ut etiam

*Ital. Sac. to. 1. pag. * 197.*

animadvertit Ughellus, in oppidis illius diœceſis, jus obtinebat clericorum puniendorum, beneficiorum conferendorum, decimarum colligendarum, quæ jura ad eum delata fuerant, ut antiqua cathedræ dignitas etiam poſt unionem demonſtraretur, a quibus tamen incuria ſua Archipresbyteri Privernenſes exciderunt? Ita quoque perturbatio temporum

De Civit. & Eccleſ. Setina cap. xvii. pag. 184.

multa damna intulerat Eccleſiæ Setinæ; obſervat enim Eminentiſſimus Corradinus, a Viſitatore Apoſtolico ſub Urbano v. A. D. 1369. decretum fuiſſe,

v. in fine.

ut Canonicatibus annexi eſſent ordines ſacri, & Cano-

Digitized by Google

nonici ipſi a capitulo eligerentur, incuriâ tamen capituli contigiſſe, ut indiſcriminatim Canonicatus conferrentur, & ad Epiſcopos electio libere deveneri. Hinc factum, ut nulla eis, calamitoſis illis temporibus, cura fuerit de Eccleſiæ ſuæ dignitate, neque æſtimarent, quibus titulis eorum Eccleſia, procul præſertim ab Italia Romanis Pontificibus agentibus, privaretur. Et vero docet ibidem Eminentiſſimus Corradinus, pluries a Sacra Rota rejecta fuiſſe argumenta, quæ in cauſſis ſimilibus ſunt allata, nimirum, quod cathedrales Eccleſiæ aliquando *collegiatæ* etiam in literis Apoſtolicis dictæ fuerint. Satis enim eſt ad Setinam cathedram adſtruendam etiam poſt unionem, Tarracinenſes Epiſcopos in aliis ſolemnioribus actibus, & præſertim in lapidibus, qui ad poſteritatem inſculpti ſunt, ſe inſcripſiſſe Setinos; ac Romanos Pontifices Eccleſiæ Setinæ, utpote Epiſcopalis, etiam poſt unionem, meminiſſe. Nolimus igitur alienam incuriam in culpam vertere, verum perturbationi temporum, ignaviæ, & errori, hæc detrimenta adſcribamus.

Nunquam vero crediderim, eam inſitam eſſe Tarracinenſium propugnatoribus opinionem, ut nimirum pro Epiſcopalibus cathedris eæ urbes habendæ non ſint, quæ ſuos Epiſcopos in Conciliis recenſitos, demonſtrare non poſſunt. Etenim ſi in hanc ſententiam eundum eſſet, expungendæ forent ex albo Epiſcopalium ſedium *Atina*, *Eclanum*, & *Seſſula* in Campania, & *Grumentum* in Lucania, ut alias prætercam, quia nullus harum Eccleſiarum Epiſcopus, quod quidem ſciam, Conciliis ſubſcripſiſſe legatur. Atqui Atinenſium Epiſcoporum haud exiguum numerum habemus, quorum aliquot, nimirum *Prudentius* Epiſcopus & martyr die 1. Aprilis *Ughellus to. vi. pag. 522.*

Ferrarius in catalogo SS. Italiæ.

Marcus item Epiſcopus & martyr die XXVIII. Aprilis, *Carus* Epiſcopus & martyr die XXIX. ejuſdem, & *Fulgentius* Epiſcopus & martyr die XXIX. Septembris in monumentis illius Eccleſiæ celebrantur. Julianus *Eclanenſis*, famâ Pelagiani erroris, notiſſimus eſt (*a*). *Seſſulanus* Epiſcopus inter Suffraganeos Beneventani Metropolitæ adnumerabatur. (*b*) De *Grumentinis* vero meminit Pelagius II. (*c*): & S. Gregorius Magnus Grumentinam *Parochiam*, ideſt diœceſim nominat (*d*). Acta quoque S. Laverii martyris hunc Epiſcopatum confirmant; in his enim *Sempronius* Epiſcopus hujus ſedis memoratur.

(*a*) *Norisius Hist. Pelag. lib.* I. *cap.* XXVIII.

(*b*) *Vghellus to.* VIII. *pag.* 104. 118.

(*c*) *Apud Ivonem P.* VI. *cap.* XII.

(*d*) *Lib.* X. *epiſt.* XI. *&* *Vghellus to.* VIII. *pag.* 612.

Nec vero quemquam movere debeat, ſi objiceretur, a capitulo Setino, Epiſcopali ſede vacante, nunquam Vicarium capitularem fuiſſe electum. Huic enim in primis reſponderemus, ex recentiori diſciplinâ Vicarii capitularis electionem proficiſci, eamque antiquis temporibus in capitulis Eccleſiarum cathedralium non viguiſſe, ſed a Tridentino Concilio præſcriptam. Deinde recte perſpexit Eminentiſſimus Corradinus, hoc jus Vicarii capitularis eligendi præſcribi poſſe ab una Eccleſia cathedrali adverſus aliam cathedralem Eccleſiam, atque ad aliam Dignitatem, etiam extra capitulum revocari, prout Juriſconſultorum auctoritate, ibidem obſervat idem purpuratus vir, & Sacræ Rotæ Judices, cum aliâs, tum vero ſtatuerunt A. D. 1687. die XXIV. Januarii, quum diſceptatum eſt, num adminiſtratio Epiſcopatus Gerundenſis ad Archidiaconum illius Eccleſiæ pertineret.

Seſſ. XXIV. *c.* XVI.

De civitate & Eccleſia Setina cap. XVII. *pag.* 189.

Iacci Surlæ Deciſ. Rotæ. Deciſ. MCXXXI.

Nullius præterea momenti eſſet ad Setinam cathedram exturbandam, illud etiam regerere, nunquam pro diœceſi Setina, aut Privernate Vicarios generales fuiſſe conſtitutos. Hæc etiam frigida, & le-

levis objectatio ſummovetur, ex his, quæ de Epiſcopatu Valvenſi ſupra diſcuſſimus, ubi perſpicitur in poteſtate Epiſcopi eſſe, unum tantum generalem Vicarium in Eccleſiis unitis, niſi aliter in ipſa Apoſtolica conjunctione caveatur, deſtinare. *Pag. 108.*

Demum, ne quid eorum, quæ exprobrarunt, decliniſſe videamur, flocci faciendum eſt, Setinam urbem poſt hanc unionem, non *civitatem*, ſed *terram* fuiſſe appellatam. Huic etiam objurgationi ſatisfecit Eminentiſſimus Corradinus, qui luculenter, ac erudite monſtravit, ſub ipſam conjunctionem ab Honorio III. & Gregorio IX. civitatem fuiſſe nuncupatam, ac eoſdem Pontifices Setinis literas miſiſſe, in quibus more ceterarum urbium Epiſcopalium decorabantur, præterea Setia, *civitas* appellata eſt a Nicolao III. Clemente IV. Calliſto III. Innocentio X. & a Clemente IX. Romanis Pontificibus. Immo laudatus Cardinalis ſuam Diſſertationem clauſit, ingenti veterum teſtimoniorum agmine, quibus comprobatur urbes Epiſcopales, *terras* etiam vocatas a Romanis Pontificibus fuiſſe. Ex his nonnulla ſeligemus. Innocentius III. Caſtellanæ civitatis Conſulibus & populo ſcribens, *terram*, eorum urbem appellat. Idem Sutrium (*a*) Tarviſium (*b*) Alexandriam in Liguria (*c*) & in literis ad Dunkeldenſem, & Brechinenſem Epiſcopos (*d*) de confirmatione electionis Epiſcopi Aberdonenſis, Aberdenſem civitatem, *terram* nominat. Quis demum non novit, quod ſexcentis exemplis confirmari poſſet, non modo a barbaris, verum etiam ab Italis ſcriptoribus, *terræ* nomen promiſcuè pro *civitate* uſurpari? Quocirca inane eſt hoc, & leve oppugnationis genus, præſertim quum ex aliis monumentis certis, atque manifeſtis civitatem dictam, & habitam Setiam fuiſſe, paſſim eſt demonſtratum.

De civit. & Eccle. Setina cap. XV & cap. XVII. pag. 184 & 185.

Ibid. cap. XVIII.

Lib. I. epiſt. 369.

(a) *Lib. I. epiſt. 203.*
(b) *Lib. I. epiſt. 27.*
(c) *Lib. XVI. Epiſt. 6.*
(d) *Lib. X. epiſt. 196.*

Satis

Satis igitur, abundeque, ni fallor, Tarracinenſium criminationes omnes, quibus olim Setinæ cathedræ conjunctionem, ac ipſam ejus dignitatem aggreſſi ſunt, hactenus diluimus, ac refutavimus, tantiſque rerum momentis, ut nullus ambigendi locus ſit, quin honores, quibus hæc ſedes olim fruebatur, ei denegandi ſuerint.

LXXXV. Romanus Pontifex abſque ullius conſenſu Epiſcopatus erigere, dividere, & unire poteſt.

Quod ſi cum iis nobis agendum eſſet, qui fortaſſe dicerent, Tarracinenſibus inconſultis, Conſtitutionem hanc edere, minime licuiſſe BENEDICTO XIII. Horum imperitiæ ac temeritati multa Summorum Pontificum exempla, multas ſanctiones objectarem. Provocarem eos ad Gregorii VII. decreta, in

Dictatus Gen. VII.

quibus conſtituit: *Quod Papæ ſoli licet pro temporis neceſſitate novas leges condere, novas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra, divitem Epiſcopatum dividere, & inopes unire.* His etiam ob oculos ponerem Urbani II. decretum, quo Atrebatenſem Epiſcopatum reſtituit A. D. 1093. jampridem a Cameracenſi avulſum. Decreti verba digna ſunt, quæ hic etiam referantur: *Volumus itaque,*

Gallia Chriſtiana to. II. pag. 313.

& Apoſtolica auctoritate præcipimus, ut jugo Cameracenſis ſubjectionis ab Eccleſia veſtra excuſſo, & recepta dignitate primis temporibus, rationabili firmitate poſſeſſa, Cardinalem Epiſcopum vobis, & Eccleſiæ veſtræ utilem eligere, & electum per manum Metropolitani veſtri conſecrare, & Eccleſiæ veſtræ incardinare ſtudeatis. Ei vero, qui canonico conſenſu cleri & populi electus fuerit, Apoſtolica auctoritate interdicimus, ne impoſitam ipſi electionem diſſimulatione aliqua hujus novæ ordinationis ſubterfugiat, ſolet enim fieri, ut Eccleſiæ perſecutionis tempore, ſuis ordinibus, ſuis populis, ſubſidiis etiam temporalibus deſtitutæ, aliis temporaliter committantur Eccleſiis.

Poſt-

poſtquam vero iis, quibus imminutæ fuerant, domino donante, abundare cœperant, priſtinam recipiant dignitatem. Quum vero, ob hanc ab Urbano dignitatem Atrebatenſibus reſtitutam, turbæ ac lites excitatæ eſſent, idem Pontifex in Claromontano Concilio A.D. 1095. litem definiit, atque in hæc verba eſt locutus, quæ exſtant in narratione monachorum Majoris Monaſterii Turonenſis, de his, quæ pro libertate illius Monaſterii acta ſunt in Claromontano Concilio. Edidit ea Laurentius Bochellus, deinde Stephanus Baluzius in additione ad libros de concordia imperii & ſacerdotii: *Domnus Papa, impetrato ſilentio, erectus in pedes coram omni Concilio, ex auctoritate Apoſtolica, decretis Pontificalibus certioratus eſt, licere ſibi facere ex uno Epiſcopatu duos, & ex duobus unum, ſimiliter & Abbatias, ceteraſque congregationes, dictitante ratione æquitatis, quolibet modo ſibi melius videretur, aut coadunare poſſet, aut diſjungere, & quicquid in dominium, & patrocinium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſcipere vellet, nullus ejus auctoritati obviare poſſet. Quæ & a prædeceſſoribus ſuis facta oſtendit; & ipſe in præſenti Concilio, nullo contradicente fecit.* Audi præterea, quid conſtituat Urbanus in privilegio pro Eccleſia Atrebatenſi in eodem Concilio lato: *Dignum igitur, inquit, Spiritui ſancto, & auctoritati Apoſtolicæ viſum eſt, ut Atrebatenſi Eccleſiæ Cardinalis reſtituetur Antiſtes. Sanctum enim Sardicenſe Concilium ſtatuit, non paſſim Epiſcopum ordinari, niſi aut in civitatibus, quæ Epiſcopos habuerunt, aut quæ tam populoſæ ſunt, ut habere mereantur Epiſcopum. In ſecundo quoque Concilio Africano decernitur, ut illa diœceſis, quæ aliquando habuit Epiſcopum, habeat proprium, &, ſi accedente tempore, creſcente fide,*

Lib. xi. cap. xiii.

Dacherii Spicil. Tom. ii. pag. 124.

Can. vi.

Can. lxvi.

Dei

Dei populus multiplicatus, deſideraverit habere proprium Rectorem, ejus videlicet voluntate, in cujus poteſtate eſt diœceſis conſtituta, habeat proprium Epiſcopum. B. quoque Gregorius in Sardinia apud Phauſianam oppidum, reordinari præcepit Antiſtitem. Hæc Urbanus. Fuſe vero de hac Romani Pontificis poteſtate in uniendis, ac erigendis Epiſcopatibus etiam præter Epiſcopi, a cujus Parœcia avellendus eſt novus Epiſcopatus, conſenſum, diſputat Chriſtianus Lupus in ſcholiis ad dictatum Gregorii VII. In quo ſane mirari licet Summi Pontificis BENEDICTI XIII. moderationem, qui Epiſcopo ipſo petente, antiquis etiam inſpectis juribus, Eccleſiam Setinam, æque conjunctam declaravit.

Lib. III. Epiſt. XXIX.

Ad Can. VII. to IV. pag. 381. & ſeq. primæ edit.

LXXXVI. De unionum ſedium Epiſcopalium origine, ac antiquitate diſputatur.

Quoniam vero in diſcutienda conjunctione Eccleſiæ Setinæ immoramur, quò utilior ſit hæc noſtra diſceptatio, & illuſtrandis Eccleſiarum conjunctionibus accommodata, coronidis loco de earum primordiis, ac diſcrimine inter ſe diſquirere, haud alienum ab inſtituto opere videtur. Vulgati ſacrorum canonum interpretes, originem uniendi cathedram Epiſcopalem alteri Eccleſiæ, ad S. Gregorii M. tempora referunt: nos eam multo antiquiorem eſſe, facem præferente doctiſſimo viro Chriſtiano Lupo, oſtendemus. Licet enim, ut habet Lupus, ea conſuetudo, ut duæ, vel plures Eccleſiæ in unam coaleſcant a ſacris canonibus diſſona videatur, accidit tamen, ut laudabilis aliquando, ſancta, & neceſſaria omnino ſit. Etenim, ut ab Oriente exempla ſumantur, S. Baſilius Cæſareæ Metropolita, & Amphilochius Iconienſis Epiſcopus c. A.D. 375. in Iſauriæ provincia, quæ bellis afflicta, Epiſcopis deſtituta erat, unum tantum Epiſcopum præficiendum, ſatius duxerant; rati ſcilicet, id è re magis Eccleſiarum fore, ac

In epiſt. ad Franciſcum Mariam Card. Brancatium, inter vacantes Diſſertationes pag. 84.

ac minus cum eorum ipſorum periculo, ſi animarum cura & procuratio, unius diſpenſationi committeretur. Quamquam hoc conſilium effectu caruiſſe videtur, nam Concilio Conſtantinopolitano I. A.D. 381. undecim Iſauriæ Provinciæ Epiſcopi interfuerunt.

Baſilius Epiſt. 406. ad Amphilochium.

Concil. tomo II. pag. 956.

LXXXVII. Exempla conjunctarum ſeduos primus Eccleſiæ ſeculis.

Luculenter autem hanc in Oriente diſciplinam explicat ſupplex libellus A.D. 431. Concilio Epheſino oblatus ab Euprepio Epiſcopo Byzes & Arcadiopolis, & a Cyrillo Epiſcopo Cœlenſi, in quo hæc exponuntur: *Vetus mos viget in provinciis Europæ, quod ſinguli Epiſcopi duos, vel tres ſub ſe habeant Epiſcopatus: unde Heracleæ Epiſcopus ſub ſe habet Heracleam & Panion; Epiſcopus autem Byzes, ſub ſe Byzen & Arcadiapolim; Cœlenſis vero ſimiliter habet Cœlan, & Callipolin: porro Epiſcopus Sabſadiæ ſub ſe habet Sabſadiam & Aphrodiſiadem.* Hinc Epheſino Concilio ſubſcripſerunt *Timotheus civitatis Termeſi & Eudociadis* Epiſcopus, ac *Athanaſius* Epiſcopus *Dueltanus & Sozopolitanus*. In Africa quoque initio v. ſæculi junctæ Eccleſiæ fuerunt. In collatione Carthaginenſi Catholicorum cum Donatiſtis A.D. 411. habetur *Lucidus Epiſcopus plebis Marcellianenſis, & Bazitenſis*. Verum quidem eſt S. Gregorium in his jungendis Eccleſiis ſedulam dediſſe operam, adactum ſcilicet ad id conſilii, ob aſſidua Gothorum, & Langobardorum bella, qui quotidie urbes Campaniæ, & Tuſciæ præſertim, ut diximus, depopulabantur. Itaque A.D. 591. datis ad Bacaudam Formienſem Epiſcopum literis, Minturnenſem Eccleſiam, tam clero, quam plebe deſtitutam, Formienſi Eccleſiæ conjunxit; & ut conſuleret tam deſolationi loci illius, quam Eccleſiæ Formienſis paupertati, *redditus ſupradictæ Eccleſiæ Min-*

Concil. to. III. pag. 810.

Ibid. pag. 541. 548. 692.

Baluzius nova collectio Concil. pag. 105.

Lib. I. Epiſt. VIII. Ind. IX.

S tur-

turnenſis, vel quidquid ei antiquo, modernoque jure, vel privilegio potuit, poteſtve qualibet ratione competere, ad Formienſis Eccleſiæ jus, poteſtatemque tranſmigrare decrevit.

Hac porro unionis ſpecie tranſtulit Eccleſiam Minturnenſem ad Formienſem Gregorius, quod ita labefactata eſſet, ut de Epiſcopo in ea reſtituenda nulla ſpes eſſet. Eapropter Formianus Epiſcopus tantum in Conciliis nominatur, nimirum *Bonitus* in Concilio Lateranenſi ſub Martino I. A. D. 649. & *Adeodatus* A. D. 680. in Concilio ſub Agathone. Ceterum niſi funditus urbes, & Eccleſia Cathedralis everſæ eſſent, eas ita conjunxit, ut nihil earum dignitati detractum vellet, ſed æque inter ſe pares haberentur, ac temporum ſucceſſu ſingulæ ſuos Epiſcopos nanciſci poſſent. Et vero præter ea, quæ jam ſupra adduximus, S. Gregorius A. D. 592. Eccleſiam Cumanam, vita functo Liberio illius Epiſcopo, copulavit cum Miſenate. Motus eſt ad hanc conjunctionem ob temporum conditionem & loci vicinitatem. Audi quomodo eas conjunxerit. *Quia igitur*, inquit, *Cumani caſtri ſacerdos curſum vitæ hujus explevit*, UTRAMQUE *nos* ECCLESIAM *præſentis auctoritatis pagina*, UNISSE, *tibique commiſiſſe cognoſce, propriumque* UTRARUMQUE ECCLESIARUM *ſcito, te eſſe* PONTIFICEM. *Et quæque tibi de* EARUM *patrimonio, vel cleri ordinatione, ſive promotione, juxta canonum ſtatuta, viſa fuerint ordinare, atque diſponere, habebis, ut proprius revera ſacerdos, liberam ex* NOSTRAE AUCTORITATIS *conſenſu, atque permiſſione licentiam. Ubi vero commodius, & utilius eſſe perſpexeris, habitato.* Æque utriuſque Eccleſiæ Epiſcopum Benenatum conſtituit, ac ut de earum patrimonio

Concil. tomo VI. pag. 362. Ibid. pag. 692.

Cap. XXIV.

Lib. I. Epiſt. XIX. Ind. X.

Lib. II. Ind. X. Epiſt. XXXI.

Lib. II. Epiſtola XXXI Ind. X.

Grat. XVI. Q. I. C. XLVIII.

nio libere diſponat, poteſtatem facit. Illud autem obſerva, a S. Gregorio Benenatum Epiſcopum *Miſenatem* tantum appellari, licet ex æquo Cumæ, & Miſenum conjunctæ eſſent. Quum autem feliciora tempora his Eccleſiis arriſiſſent, non diu poſt ſingulæ ſuum Epiſcopum habuere. Etenim *Barbarus Cumanus* ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino I. A.D. 649. ibidemque adfuit *Maximus Miſenatis Eccleſiæ Epiſcopus*. Itidem Synodicæ Agathonis Epiſtolæ ſubſcripſere A.D. 680. *Petrus Cumanus*, *& Agnellus Miſenas*. Confer, ſi placet, Julium Cæſarem Capacium Hiſtoriæ Neapolitanæ lib. II. pag. 666 & 684. & Bartholomæum Chioccarellum de Archiepiſcopis Neapolitanis a pagina 146. ad 153. Eâdem prorſus conjunctionis conditione S. Gregorius, Agnellum Fundanum A.D. 593. *Tarracinenſis Eccleſiæ Cardinalem conſtituit ſacerdotem, ut & Fundenſis Eccleſiæ Pontifex eſſe non deſineret*. Apud Sanctum Gregorium, *ſacerdotis* vocabulo Epiſcopus deſignatur, & *Cardinalis ſacerdos* idem eſt, ac proprius; verbum vero *incardinare* apud eumdem Gregorium, ſignificat in proprium Epiſcopum, Abbatem, presbyterum, diaconum alicujus Eccleſiæ inſtituere. Res apud eruditos jam patet; ac ita interpretantur Johannes Fileſacus de ſacra Epiſcoporum auctoritate c. x. §. 3. pag. 299. & Carolus Cangius in gloſſario verbo *Epiſcopus Cardinalis*. Simili ratione conjunctæ ſunt a S. Gregorio Eccleſia Trium Tabernarum cum Velitrenſi, & Eccleſia S. Anthimi cum Nomentana, licet utraque earum ab hoſtium furore graviſſimas calamitates paſſa fuerit, ut ſpes nulla eas reparandi remanſiſſet, & ſolæ plebis reliquiæ in his conſiſterent. Intelligis ergo, ſartam tectam voluiſſe S. Gregorium dignitatem Eccleſia-

Concil. tom. VI. pag. 362.

Ibid. pag. 692.

Lib. II. Epiſt. XIII. Ind. XI.

Lib. II Ind. X. Epiſt. XXXV.
Lib. I Ind. XI. Epiſt. XX.

rum, jam ad interitum collabentium; easque ita conjunctas, ut ſuos Epiſcopos rurſus excipere poſſent. Eccleſia Sabinenſis, & trium Tabernarum, Cumana, Miſenas, & Fundana, ut vidimus, ab hac unione disjunctæ, ſuos Epiſcopos agnovere. Hinc etiam vides, quam egregie diſceptarint Tarracinenſium patroni, qui fidenter, & quidem elegantiſſime ſcripſerunt, *unionem trium Tabernarum fuiſſe procul dubio extinctivam, nam a mille annis Epiſcopalem eſſe deſiit*. Nos oſtendimus, nonnullos trium Tabernenſes Epiſcopos poſt hanc conjunctionem ſupereſſe, ac Johannem Epiſcopum Sanctæ *Triumtabernenſis* Eccleſiæ ſubſcripſiſſe Synodo Romanæ Hadriani II. contra Photium A. D. 868. Heus quam præclari iſti juriſperiti doctrinam temporum, & Epiſcoporum Italiæ catalogos callent!

Concil. to. VIII. pag. 1095.

At enim ajebant, ſi harum Eccleſiarum conjunctio ex æquo conſtituta fuiſſet, utriuſque Eccleſiæ, nimirum *Tarracinenſis*, *& Setinæ* Epiſcopos, ſe inſcribere debuiſſent ipſi Tarracinenſes Epiſcopi. Jactabant iterum, ut oſtenderent Setinam Eccleſiam Tarracinenſi obnoxiam, ipſum Honorii II. diploma *Simeoni Tarracinenſi* tantummodo inſcriptum, ex quibus manifeſto conſtare putabant, Setinam Eccleſiam Tarracinenſi ſubjectam.

LXXXVIII. Nulla præſcripta lex fuit antiquitus, ut conjunctarum ſedium titulos Antiſtites uſurparent, ſed eorum arbitrio relictum.

Longius quoque ad hæc diluenda nobis excurrendum eſt, ac vetera monimenta, varia quoque tempora inveſtiganda, ut rem plane videre poſſimus. Illud in primis animadvertendum ducimus, a S. Gregorio unius ſedis nuncupatione appellari Epiſcopos, quibus æquo jure duas Eccleſias univerat. In rei teſtimonium Eccleſiam Tarracinenſem aſſerimus. Certum eſt Agnellum Epiſcopum Fundanum ſuæ Eccleſiæ jura, ac Epiſcopalem ſedem retinuiſſe,

quum

quum ei S.Gregorius Tarracinenſem Eccleſiam commiſit; attamen Gregorius, Tarracinenſem Epiſcopum ſolummodo in ſuis epiſtolis appellat. Benenatum etiam, Miſenatem Epiſcopum tantum dixit. Ceterum novum non eſt, ut qui duas ſimul in Italia Eccleſias regebant utriuſque nomina præferrent. Bonitus Polymartienſis Epiſcopus, cujus ſedi acceſſit Ferentina in Tuſcia Eccleſia, in hunc modum ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino I. A.D. 649. *Bonitus Epiſcopus ſanctæ Ferentes-polimartiæ Eccleſiæ*. Verum, quum nulla lex Epiſcopis impoſita eſſet, ut Eccleſiarum quibus præerant, nomina geſtarent, iis uſi ſunt pro eorum libitu, & ſæpe unius tantum Eccleſiæ nomine ſe ſubſcripſere. In rem hanc innumera exempla ſuppetunt. Eorum aliquot afferemus. Vitalianus Papa c. A. D. 668. Bovinum, Aſculum Apulum, Larinum, Eccleſiam S. Michaelis Archangeli in monte Gargano, & Sipontinam Eccleſiam S.Barbato Beneventano Epiſcopo ſubjecit. Atqui *S. Barbatus* Sipontinæ cathedræ, & aliarum nomenclatura non eſt uſus in ſubſcribenda Epiſtola Synodica Concilii Romani ſub Agathone A.D. 680. *& Sanctæ Beneventanæ Eccleſiæ* Epiſcopum tantum ſe deſignavit. *David* autem Beneventanus Epiſcopus, *Sanctæ Beneventanæ & Sipontinæ Eccleſiæ* Epiſcopus inſcribitur in conceſſione Eccleſiæ S. Felicitatis in monte Marſicano Auſladæ Abbatiſſæ de Sano, ex monumento in chronico S. Vincentii ad Vulturnum A.D. 795. itidemque Johannes *Beneventanæ & Sipontinæ Eccleſiæ Epiſcopus* memoratur in chronico S. Sophiæ A. D. 954. Ac ipſe Johannes XIII. in diplomate inſtitutionis Beneventani Metropolitæ A. D. 969. diploma hoc titulo inſignivit: *Johannes Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectiſſimo nobis*

Lib. I. Indict. Epiſt. XIII.

Concil. to. VI. pag. 78.

Ital. Sac. tom. VIII pag. 23.

Concil. tom. VII pag. 693.

Ughellus to. VIII pag. 46.

Ibid. pag. 70.

Ibid. pag. 92.

Lan-

Landulpho venerabili Beneventanenſis & Sipontinæ S. Eccleſiæ, & modo per noſtræ Apoſtolicæ auctorita-
Ibid. pag. 46. 47. *tis conceſſionem Archiepiſcopo*. Idcirco Landulphus in aliis etiam monumentis, Beneventanæ & Sipontinæ ſedis Archiepiſcopus appellatur. Johannes quoque XIV. A.D. 984. diplomia Aloni *Beneventanæ & Sipontinæ S. Eccleſiæ Archiepiſcope*, pro pallio deferendo, direxit. Utriuſque ſedis nomina Beneventani Archiepiſcopi geſtarunt, donec Sipontina Eccleſia a Beneventana divulſa, ſuos Archiepiſcopos obtinuit
Ughell. to. VII. pag. 1115. a Benedicto IX. A. D. 1032. Diplomati ipſius Benedicti IX. A. D. 1033. pro Eccleſia S. Rufinæ, ſeu ſilvæ candidæ ſubſcripſit Benedictus *ſanctæ Fallari-*
Ibid. tomo I. pag. 125. *tanæ, & Caſtellanæ Epiſcopus*. Marſicani Præſules in Lucania, quibus diruta, & ſolo æquata Grumentina Eccleſia conjuncta fuit, hujus etiam dirutæ Eccleſiæ titulum aliquando uſurparunt. Legitur enim
Ibid. tomo VII. pag. 677. *Johannes Epiſcopus Marſicenſis, ſedis Grumentinæ*,
Ibid. pag. 697. in monumento anno 1095. Harum ſedium Epiſcopus Leo, qui vivebat A. D. 1123. modo *Marſicenſis*, modo *Grumentinus*, in membranis illius temporis ap-
Ibid. pag. 849. pellatur. Barenſes Archiepiſcopi ſæpius *ſedis Canuſinæ*, & *Barſinæ* titulos geſtarunt. Ita quoque Nicaenſis caſtelli, & Cemenelenſis civitatis in maritimis Alpibus Epiſcopi, quarum ſedes Hilarus Pa-
Concil. Gall. tom. I. pag. 136. pa A.D. 465. ad unius Epiſcopi regimen reverti juſſit, promiſcue dicti ſunt, aut *Cemelenſes*, aut *Nicaenſes*. Synodo Aurelianenſi V. A. D. 549. ſub-
Ibid. pag. 285. ſcripſit *Aetius presbyter directus a Magno Epiſcopo Eccleſiæ Cemelenſis & Nicaenſis*. Ipſe *Magnus* Concilio Arelatenſi V. A. D. 534. ita ſubſcribit: *Magnus*
Ibid. pag. 300. *in Chriſti nomine Epiſcopus Eccleſiæ Cemelenſis*. Concilio Matiſconenſi II. A.D. 585. inter eos procuratores, qui ab Epiſcopis directi ſunt ad Concilium,

ſium, recenſetur miſſus *Catulini Epiſcopi a Nicia*. Verum Concilio Narbonenſi A. D. 788. ſubſcribit *Johannes Cimelanenſis Epiſcopus*. Converte animum obſecro, quando in Gallias profecti ſumus, ad Viromandenſem, Noviomenſem, ac Tornacenſem Epiſcopatus. S. Medardus Viromandenſem Epiſcopatum adeptus A. D. 530. Epiſcopalem ſedem anno ſequenti tranſtulit Noviomum. Mortuo Eleutherio Tornacenſi Epiſcopo, ad Tornacenſem cathedram populi acclamatione ſublimatus eſt A. D. 532. Exinde factum, ut ab ipſo ad annum Chriſti 1146. iidem fuerint Noviomenſes, ac Tornacenſes Epiſcopi, ſervato tamen utrique cathedræ ſuo bonore. Harum ſedium vero Epiſcopus raro Tornacenſis Eccleſiæ titulum ſumſit, & ut plurimum ſolius Noviomenſis cathedræ nomine Conciliis ſubſcripſit. Medio ferme ſæculo IX. has ſedes obtinuit Immo, qui edicto Lotharii de reſtitutione Ebbonis Archiepiſcopi Rhemenſis ſubſcripſit, *Noviomacenſis* Eccleſiæ tantum titulum præferens, quemadmodum Concilio Pariſienſi A. D. 846. & in Synodica Concilii Turonenſis A. D. 849. *Noviomagi* Epiſcopus dicitur, & Concilio Sveſſonenſi II. A. D. 853. Solummodo trium Eccleſiarum nomina explicuit in ſubſcriptione privilegii pro Monaſterio Curbionenſi A. D. 843. his verbis: *Immo Tornacenſis, Viromandenſis, atque Noviomagenſis Eccleſiæ Epiſcopus adſenſum præbui*. Ita quoque S. Vedaſtus Atrebatenſis Epiſcopus, quum c. A. D. 510. Cameracenſis Eccleſia eidem Eccleſiæ attributa eſſet, ambæ uni Antiſtiti paruerunt, ſervata tamen Atrebatenſi ſua dignitate. Hujus Antiſtitis ſucceſſores fere ſemper Cameracenſes Epiſcopos tantum ſe dixere, donec A. D. 1093. Urbanus II. Atrebatenſibus Epiſcopum reſtituit.

Sub

Ibid pag. 390.

Concilius A. D. 791. § xxxviii.

Concilius A. D. 530 § xiv. A. D. 531 § xxxii.

Ibid. A. D. 532 § 2.

Concil. to. VII. pag. 1703.

Concil. Galliarum to. III. pag. 63.

Ibid. pag. 69.

Concil. to. VIII. pag. 91.

Mabillon. Secul. IV. Bened. P. II. pag. 251.

Gallia Christ. to. I. pag. 432.

Sub Carolo M. & Ludovico Pio mos inoleverat, teſte Petro de Marca, ut digniores pagi propriæ diœceſis, Epiſcopatus nomine honeſtarentur: Præterea refert, portiones ſingulas Comitatuum Epiſcopis attributas, ſub eodem Epiſcopatus nuncupatione veniſſe, eâque de cauſſâ Archiepiſcopus Narbonenſis dictus eſt etiam *Reddenſis*, qui pagus una cum comitatu Reddenſi A. 788. Archiepiſcopo Narbonenſi ſuberat; in cujus rei pariter memoriam exiſtimat Cointius, Narbonenſes Archiepiſcopos eorum Metropolitico titulo junxiſſe quoque Reddenſis vocabulum. Epiſcopus *Helenenſis* vocatus eſt etiam per ea tempora Epiſcopus *Ruſcinonenſium*, *Confluentinorum*, *&* *Vallaſpirenſium*, habita videlicet ratione, inquit Petrus de Marca, trium Comitatuum, in quos ea diœceſis diviſa fuerat. Verum tranſalpinis regionibus relictis, in Italiam redeamus. Epiſcopi igitur Italici, quum in caſtra, ſæpe ob hoſtium furorem ſe reciperent, & ſedem in iiſdem ponerent, Epiſcopalem titulum loco illi aliquando indiderunt. Unum inter cetera exemplum petamus è Cajetanis Epiſcopis. Saraceni c. A. D. 846. Formias vaſtarunt, quare Conſtantinus Formienſis Epiſcopus Cajetam ſe recepit, ubi quum moram traxiſſet, *Formianum*, *&* *caſtri Cajetani* Epiſcopum ſe inſcripſit in monumento A. D. 855. confecto. Certum eſt inſuper Calliſtum II. c. A.D. 1120. *Portuenſem*, *&* *S. Rufinæ & Secundæ in ſilva candida Eccleſias* (verba ſunt Gregorii IX. eamdem unionem confirmantis A. D. 1236.) *ſub unius gubernatione Antiſtitis perpetuis temporibus permanere* decreviſſe; attamen ex innumeris horum Epiſcoporum ſubſcriptionibus, quæ in diplomatibus Romanorum Pontificum ab anno 1121. ad an. 1154. ap-

Marca Hiſpan. lib. I. cap. XI. §. XV.
Ibid. lib. III. cap. VII.
A.D. 791. & XXV.
Marca Hiſpan. lib. III. cap. VII.
Ughellus to. V. pag. 1500.
Ughellus to. I. pag. 148. 154.

apparent, nuſquam me legiſſe memini, utriuſque Eccleſiæ titulum ab Epiſcopis Portuenſibus uſurpatum, niſi ſemel in diplomate Innocentii I I. A. D. 1140. cui ſubſcripſit *Theodevinus Epiſcopus Portuenſis*, & *S. Rufinæ*. (Ughellus to. 1. pag. 73.) Ceterum *Theodevinus* annis ſequentibus uſque ad annum 1153. quo vita exceſſit, ſemper *S. Rufinæ*, aut *Portuenſem* tantum ſe nominavit. *Cintius* quidem Theodevino ſublectus, utriuſque cathedræ titulos uſurpavit ſub Hadriano IV. A. D. 1154. ita enim ſubſcribit poſt Hugonem Oſtienſem, *Cintius Portuenſis Epiſcopus, & Sanctæ ſilvæ candidæ*, (Ibid. tom. iv. pag. 66.) quod exinde Portuenſes Epiſcopi præſtiterunt, ſed a multis annis *S. Rufinæ* titulum omiſerunt, & ac etiamnum omittunt. Hæc eò a me dicta ſunt, ut intelligamus, nullam præſcriptam legem fuiſſe antiquis temporibus iis, qui pluribus æquo jure Eccleſiis præeſſent, ut nomina Eccleſiarum invicem conjunctarum adhiberent.

LXXXIX. Familiæ Setinæ nobiles recenſentur.

Poſtulat nunc inſtituti noſtri ratio, ut extremo loco de familiis Setinis, nobilitate, cognationibus, dignitatum gradibus, & rebus geſtis, illuſtribus, aliquid ſummatim dicamus. Qua in re nonnulla petenda nobis erunt ex Diſſertatione de civitate & Eccleſia Setina, multa vero ex fide veterum documentorum, quæ oculis uſurpavimus, ac nobis ſuppeditata fuere, proferemus. Initium erit a gente nobiliſſima Frangipanorum, quæ XII. Chriſti ſæculo Setiæ (Familia Frangipana.) conſidebat. Id in primis liquet ex chronico Johannis de Ceccano ad A. D. 1178. ſub die III. Kal. Octob. ubi narratur a ſchiſmaticis, Alexandro III. infeſtis, electum in Pontificem *Landum Setinum*, eique Innocentii III. nomen inditum, & conſecratum fuiſſe IV. Idus Maji anno 1180. (Ughellus to. 1. ad extremam pag. 469) Ibi habetur præterea, *pſeudo Landonem Setinum* ab Alexandro III. captum, &

apud caveam in exilium pulſum. Hujus Landonis genus explicat Auctarium Aquicinctinum A. D. 1179. & fortaſſe anno uno ſeriùs, quam oportuit. Auctarii verba ab Antonio Pagio producta, cùm ad A. D. 1178. § II. tum a Franciſco Pagio ejus nepote in vita Alexandri III. ita ſe habent: *Schiſmatici quietem non ferentes Eccleſiæ, iterum quemdam clericum de progenie illorum, quos* FRANGIPANES *Romani vocant, contra Papam Alexandrum, Antipapam ſtatuunt, quem mutato nomine Innocentium III. vocitarunt. Quem quidam miles, frater Octaviani, qui per contentionem cum Alexandro provectus fuerat, propter odium Papæ manutenebat, tradita ei turri, vel munitione ſua, quam juxta Romanam civitatem fortiſſimam habebat. At iſtius violentia ſupra ceteros Schiſmaticos afflictus Papa, communicato cum Cardinalibus conſilio, pace cum Cardinalibus, propinquis prædicti Octaviani reformata, præfatam munitionem a præfato milite magno pretio comparavit. Sicque per induſtriam Hugonis Diaconi Cardinalis, qui & ipſe inter Romanos nobiliſſimus erat, prædictam cepit cum ſæpefacto pſeudo Papa munitionem, qui ad pedes Domni Papæ adductus, in cavea eſt perpetuo clauſus.* Apparet ex his Landonem, fuiſſe ex gente nobiliſſima Frangipanorum, quæ Setiæ ſedem fixerat. Ceterum, ut fieri ſolet ab his Chronographis, quæ diverſis annis contigerunt, ſub uno anno auctor iſte chronici Aquicinctini complexus eſt. Nam animadvertit Pagius, hunc *Landonem* Sitinum, ſeu *Innocentium* Antipapam captum eſſe anno tantum 1180. Multa quoque bona, atque etiam caſtrum Traverſæ in Campania a Romana Eccleſia feudi jure tenuit Frangipanorum gens. Exſtant Innocentii III. literæ hac de re ſcriptæ

A. D.

Tom. III. ſ. cit. pag. 106.

A. D. 1180. ſ. VIII.

A. D. 1203. xiv. Kal. Feb. Pontificatus vi. *Nobilibus viris Manueli, Jacobo, Odoni, Cencio, & Deodato* v. in fine.
Frajapani, quibus ſignificat, ſe excommunicatione feriſſe Tarracinenſes, ac decreviſſe, ut caſtrum Traverſæ eis a Tarracinenſibus reſtitueretur. Literas de hoc negotio hoc eodem anno Innocentius Tarracinenſibus dedit, quas edidit Dominicus Con- Hiſtor. Tarracin. lib. 11. cap. 11
tator. Traverſa a Tarracinenſibus diruta fuit, & *Rocca Circeii* capta. Demum judicio Apoſtolicæ Sedis v. in fine.
ſe ſubdiderunt, ac ſacramentum fidelitatis Innocentio 111. præſtiterunt, quod habes apud Ray- A. D. 1204. §. 76.
naldum. Mutuæ quoque inter Manuelem, Oddonem, & Petrum *Frajapanos* Romanos Conſules, ſacri La- Contator lib. 11. cap. 11. pag. 178.
teranenſis Palatii Comites cum Tarracinenſibus pactiones initæ ſunt A. D. 1207. quibus Tarracinenſes promittunt, ſe manutenere, & defendere pro Frangipanis, *ſalva fidelitate Domini Papæ Roccham Circegii*, ac nonnulla alia caſtella, & prædia, & Tarracinæ partem eiſdem reſtituunt. Honorius vero 111. A. D. 1218. in literis ad Tarracinenſes, ac
Privernates, Frangipanorum fidem erga Romanam Raynaldus A. D. 1218. §. 51.
Eccleſiam laudat, mandatque, ut jura & conſuetudines, quæ Tarracinæ habebant, claræ memoriæ *Oddo, Robertus, & Henricus Frajapani*, alteri Henrico filio impuberi conſerventur. Quum vero Oddo, & Petrus Frajapani civilibus diſcordiis inter ſe digladiarentur idem Honorius Pontifex, pacem v. in fine.
inter eos opera H. Oſtienſis Epiſcopi firmandam cu- Raynaldus A. D. 1219. §. 48.
ravit A. D. 1219. qua de res Tarracinenſes certio- Contator lib. 11. cap. 11. pag. 182.
res fecit. His enarratis de gente Frangipanorum, qui iidem ſunt cum Frangipanis, qui Setiæ conſederant, quod liquido apparet ex Hiſtoria Landonis Setini pſeudopapæ mox allata, nam Auctarium Aquicinctinum aperte habet, Landonem ortum tra-

here a Frangipanis Romanis. Itaque in documento, quo A.D. 1399 Setini a diris, ob ſchiſma pſeudoclementis VII. abſoluti ſunt, teſtis adfuit inter alios viros nobiles *Petrutius Frajapane de Setia*. Legimus etiam *Nobilem virum Antonium de Frajapanibus de Setia* oratorem miſſum a Setinis A. D. 1437. ad Johannem Vitelleſchum Patriarcham Alexandrinum, Archiepiſcopum Florentinum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, ad bellum Neapolitanum proficiſcentem. v. infra.

Ex apographo, quod inſpexi, *Nobilis & honeſta mulier Domina Joanna Latro, relicta quondam nobilis viri Lazari Frajapanis de Setia* teſtamentum condidit A. D. 1521. quo filium ejus *Fratrem Petrutium*, alioſque filios heredes inſtituit, & ſepeliri ſe juſſit in *ſepultura, ſeu pilo nobilium virorum* hujus familiæ. Equeſtri dignitate ornatus erat iſte Petrutius, nam in locatione aliquorum jurium, quam fecit A. D. 1516. nominatur. *Nobilis, ac venerabilis vir Frater Petrutius de Frangipanibus de Setia*. Joanna vero Latro ex gente Larra Cajetæ nobiliſſima, cujus meminit Cæſar Capacius Hiſt. Neap. lib. II. cap. XVIII. pag. 608. originem ducebat. Porro a Frangipanorum gente Tarracinum, & Setiam vi occupatas fuiſſe medio ſæculo XII. auctor eſt Laurentius Bonincontrus in Annalibus MSS. qui in codice Vaticanæ Bibliothecæ pluteo 2104. aſſervantur, ubi ad A. D. MCLII. hæc habentur: *Ex Romanorum injuria, quam pro Senatu a Pontifice disjecto meminimus, plures in Thuſcia Tyranni exorti ſunt, maxime in Campania, qui terras Eccleſiæ prius parentes, ſibi aſcivere. Petrus enim Frajapanis Terracenam, Setiamque occupavit. Guido Columna Norbam, & Froſononis arcem, Jacobus vero Urbis*

Præ-

Præfectus Viterbium, & Centumcellas, quas nunc civitatem veterem appellant. Nicolaus autem Anguillarius Tolphas, & Sanctum Severum, aliique complures quædam munitiſſima loca cepere &c. Ne vero hujus narrationis fides nutare videatur, dicamus oportet, vi primum eas urbes a Frangipanis captas, dein beneficio Romani Pontificis, earum dominio Frangipanos donatos. Nam Eugenius III. ut ex veteri codice Romanorum Pontificum in Bibliotheca Vaticana, refert Baronius: *recuperavit Tarracinam, Setiam, Narniam* (fortaſſe Norbam) *& Arcem Fummonis, quæ a dominio B. Petri jam diu alienata fuerant*. Egregium quoque ea de re Tarracinæ exſtat monumentum in media arcis turri, ubi legitur, Eugenium Beato Petro reſtituiſſe REGALIA MULTA LONGO TEMPORE AMISSA. Quæ cum ita ſint, Bonincontrii verba in alium annum ſunt conferenda. Aliter quoque rem narrat vetus chronicon, ex tabulario Tarracinenſi a Contatore productum, perhibet enim a Cœleſtino II. Frangipanis conceſſos redditus, quos Tarracinæ Eccleſia Romana habere conſueverat, ſed interdictum his hoſpitium in civitate Tarracinæ ab ipſis Tarracinenſibus. At poſt Eugenii mortem, Traverſam Frangipani occuparunt, & neceſſitatem Tarracinenſibus impoſuerunt, ut eis fidem jurarent. Elicitur tamen ex his, Frangipanorum gentem inter Romanos nobiliſſimam, Setiæ, & Tarracinæ domicilium collocaſſe, ac ſedatis diſſidiis, ab Apoſtolica Sede juribus, ac bonis ditatam, atque inter cives ſuos ab iis urbibus adſcriptam.

A. D. 1152.

Baronius Ibid.

lib. 1. cap. 11. pag. 57.

XC. Familia Brancaleonum.

Floruit etiam Setiæ nobilis Brancaleonum familia, cujus illuſtre teſtimonium exhibet epiſtola Innocentii Papæ III. *Raynaldo Brancaleoni Setino*. ſcri-

ſcripta A. D. 1212. qua eum cum omnibus bonis
lib. xiv. Ep. vii. novæ edit. ſub B. Petri, & ſua protectione ſuſcipit, & poſſeſſiones omnes, quas obtinebat, Apoſtolica auctoritate
v. in fine. confirmat. Honorius vero III. ut ex regeſtis Vaticanis habetur, *Brancaleoni de Armaleonis, & Neapolioni de Raynaldo Setinis* feudi jure dedit Fortilitium Cocoronæ in Campaniæ provincia ſitum. Addendus videtur inter præclaros hujus familiæ vi-
A. D. 1208. ros Leo Brancaleonis presbyter Cardinalis tit.
A. D. 1204. § 34. & 95. S. Crucis, de quo chronicon Foſſæ novæ, &
A. D. 1206. § 18. identidem Odoricus Raynaldus. Leo iſte inter
A. D. 1207. § 9. purpuratos patres variis muneribus inſignis, Bran-
A. D. 1208. § 2. caleonum familiæ Setinæ adtribuitur ab Eminen-
A. D. 1216. § 24. tiſſimo ſcriptore Diſſertationis de civitate & Eccleſia Setina (*a*). Ab Alphonſo vero Ciaconio, atque Au-
(a) Cap. XIII. pag. 109. guſtino Oldoino Romanus creditur. Lectorem hac in re mitto ad eumdem Diſſertationis de civitate & Eccleſia Setina locum.

XCI. Familia Pagana. Familiam Paganam dignitatibus, ac nobilitate inſignem, nos docet idem Eminentiſſimus auctor.
De civit. & Eccleſ. Setina cap. XIII. pag. 117. Legimus enim a Pontio Campaniæ & Maritimæ provinciæ pro Sancta Romana Eccleſia A. D. 1323. Præfecto veniam ultro datam Univerſitati Setinorum, & ſigillatim aliquibus nobilibus viris, quos inter enumeratur *Guillelmus Paganus filius Thomei Pagani, conſanguineus Bartholomæi de Trebis Domini caſtri Trebarum*. Vidimus item in publicis tabulis confectis A. D. 1478. *Nobilem & honeſtam mulierem viduam Dominam Antonellam de Fidis Paganis de Setia, matrem, tutricem, & curatricem filiorum, & heredum quondam nobilis viri Domini Julii Frajapani de Terracena* locaſſe piſcationis partem Nar-
Ibid. pag. 119. do Tutii Rubei de Setia. Marcus Paganus Setinorum orator interfuit fœderi inter Cajetanam gentem, &

Se-

Setinos inito coram Alexandro VI. A. D. 1500. Anno vero 1511. *Nobilis mulier D. Joanella Petri Antonii Colanardi de Fidiſpaganis de Setia* teſtamentum fecit, quo heredem inſtituit *D. Sebaſtianum de Fidiſpaganis ejus legitimum, & naturalem filium*. *Nobilis* item, *mulier D. Lucretia de Fidiſpaganis uxor nobilis viri D. Hieronymi Roſci de S. Germano* A. D. 1517. procurationibus rerum ſuarum, præfecit Antonium Piginum de Setia. *Nobilis vir Antonius de Fidiſpaganis Setinus* A. D. 1520. in cujusdam locationis pacto inſcribitur. *Sebaſtianus* quoque *de Fidiſpaganis* bonorum diviſionem aſſecutus eſt, quæ *nobilis mulieri Caſſandræ de Serinariis* ex patris hereditate obtigerat. Idem *nobilis vir* A.D. 1583. teſtamenti tabulâ heredem fecit Alexandrum ſuum filium legitimum & naturalem. Exſtant de his per Tabelliones publica monumenta, quorum apographa hiſce oculis uſurpavi. *Alexander* Campaniæ, & Maritimæ copiarum Præfectus fuit, & in vivis degebat anno 1617. quo ejus filia Alteria nupſit Johanni Baptiſtæ Caſtaneæ. Jamdudum hæc familia nullos ſuperſtites habet, & prorſus defecit.

XCII. Familia Cecharella.

His ſuccedat familia Cecharella, cujus nobilitatis egregium teſtimonium præbet Bonifacii IX. diploma inſcriptum: *Nobili viro Joanni Cecharelli Domicello de Setia* datum A.D. 1399. X Kal. Julii ubi privilegiis, & juribus eum donavit *caſtri & Roccbæ Ciſternæ & dimidiæ alterius Roccbæ*, aliorumque bonorum, quòd ſtrenuam navaret operam in comprimendo Honorato Fundorum Comite perduellionis reo. Nupſerat *Joanni Domina Joanna Urſina, filia Jordanii Urſini*, nobiliſſimi Romanorum: idque conſtat ex pactionibus initis A. D. 1413. inter Setinos, & Ladiſlaum Neapolitanum regem, in quibus

De civit. & Eccleſia Setina cap. XIII. pag. 113.

v. in fine.

v. in fine.

cr-

De civit. & Eccl. Setina c xii. pag. 104. *civem ſuam* dicunt eamdem Dominam Urſinam Jordanis filiam, ac ad eamdem matronam Roccha Ciſternæ partem cum *ſuis tenimentis* jure dotis ſpectare.

XCIII. Familia Anniballa. Anniballorum familiam jam inde Honorii III. temporibus patriis dignitatibus claram faciunt Setini. Nam Honorius in literis ad Sanguineam gentem *Ibid. pag. 110.* caſtri Aquæpuziæ dominam anno 1216. Idibus Septembris ſub ipſis Pontificatus initiis ſcriptis, meminit de *Hugone Joel*, & *Anniballo* dudum *Conſulibus Setinis*. In hujus autem familiæ, ac nonnul- *Ibid. c ix pag. 64.* lorum Setinarum etiam decus, hactenus apud Setinos retinetur monumentum, quo a cenſuris, quibus tenebantur ob pſeudoclementis VII. ſchiſma A. D. 1399. die IX Junii ſoluti ſunt à Ludovico de Flisco Diacono Cardinali S. Hadriani. Abſolutionem a cenſuris, genuflexi coram eodem Cardinale, petierunt: *honorabiles ac nobiles viri Tutius Domini Iacobi* *v. in fine.* *Stromilis Petri Domini Stromilis, Angelus Novi, & Colla Gilli Setiæ Scyndici, & Procuratores Univerſitatis & Populi Setiæ*. In eo documento inter ſexaginta viros, qui in comitiis habitis ea de re fuerunt, memoratur *Cicchus* Stephani Johannis Petri de *Anniballis*. Stipulatio verò hac eadem die confecta eſt, *præſentibus magnificis viris Theobaldo de Anniballis de Urbe, Adynulpho de Comite de Valle montone, Ciccho Joſephi Johannis Petri de Anniballis, Andrea Petri Andreæ Domini Pauli, Paulo Tutii Rubei, & Petrutio Frajapane de Setia*. Periit exinde hæc familia Chriſti ſæculo XVI.

XCIV. Familia Stromula. Accedamus nunc ad *Stromulorum* genus. Occurrit illius mentio in locationis pacto habito per Leonardum monachum, nomine Monaſterii S. Petri de Villa magna A.D. 1283. ubi recenſentur *Petrus de* *Ibid. c. xiii pag. 131.* *Strumulo* Canonicus Eccleſiæ *S. Mariæ de Setia*, & fi-

filii *Domini Leonardi* de *Stromolo*. Anno quoque 1295. *Magnificus Petrus de Strumulo* pro Domino *Strumulo*, & *Anibaldo fratribus ſuis*, his locationis pactionibus ſtare ſe nolle declaravit. *Jacobus Stromilis*, Dominus, & Caſtellanus arcis de Stromolo dicitur in documento A D. 1350. Vidimus paullo ante inter Sindicos, & Procuratores Setinorum pro venia petenda ob ſchiſma ſub Bonifacio IX. A.D. *1399*. nobilem virum *Stromilem Petri Domini Stromilis* filium. Jamdiu hujus familiæ ſuperſtites deſiderantur. *Ibid. pag. 124.*

XCV. Familia Maxignana.

Quamobrem ad *Maxignanam* gradum facimus, in qua clarebat *Dominus Petrus de Maxignano* A.D. 1295. *Nobilis vir Tutius Maxignanus de Setia* Procurator,& Sindicus Setinorum fuit, quum de finibus territorii inter Privernates, & Setinos controverſia exorta eſt, quam arbiter definivit *Daniel ex Marchionibus de Carreto*, *miles Ordinis Sancti Johannis Hieroſolymitani*, *Cypri*, *& Januæ præceptor*, *Provinciarum Campaniæ*, *& maritimæ pro Sancta Romana Eccleſia rector* A.D. 1375. In ea quoque ſtipulatione, qua ſchiſma Clementis VII. Setini ejurarunt, apparet *nobilis*, *ac ſapiens vir dominus Bartholomæus de Maxignanis de Setia*, *Judex ſupradicti Communis*. *Ibid. pag. 123.* *v. in fine.*

XCVI. Familia Raynalda.

Dandus quoque locus eſt familiæ Raynaldæ, quæ antiquâ inter Setinos nobilitate præſtat. Honorius III. A. D. 1216. in feudum tradidit *nobilibus viris Neapoleoni de Raynaldo*, *& Brancaleoni de Armaleonibus caſtrum Ceceronæ cum turri*, *& aliis pertinentiis ejus*, quoad hi in vivis degerent. *Landulphus Petri de Rainaldo civis Setinus* teſtis fuit confirmationi privilegii ab eodem Honorio III. A. D. 1220 Abbati, & Conventui Foſſæ novæ dati. *Robertus de Raynaldo* Setinus S.R.E. Judex ordinarius habetur in documento ex archivo Vaticano. *Robertus Setinus S.R.E. judex ordinarius* A. D. 1206. cogno- *Ibid. c. XIII pag. 125.* *Ughellus to. I. pag. 203.* *De civitate, & Eccl. Setina cap. XIII pag. 146.*

gnovit litem, quæ inter Monaſterium Foſſæ novæ, ac nonnullos homines vertebatur, eodemque anno iniit concordiam inter Conſules, & Populum Priverni, & monachos monaſterii Foſſæ novæ, quam Innocentius III. confirmavit A. D. 1209. *Robertus Domini Raynoldi* ſubſcripſit donationi, quam fecit Joannes Comes Ceccani Abbati S. Mariæ de Flumine. Iſte Robertus tandem ob egregiam pro Sede Apoſtolica navatam operam, in Cardinalium numerum ab Honorio III. eſt adſcriptus. Educitur Roberti patria ex ſchedis Annalium Patavinorum, quæ vir clarus Antonius Riccobonus elucubraverat: In his hæc de Roberto literis conſignarat: *Robertus ex Judice S.R.E. Capellanus factus ab Innocentio* III. *Cardinalis ab Honorio* III. *creatus, epiſtolæ decretali, qua Innocentius Papa Eccleſiæ Pataviaæ reſtitui mandavit bona a Laicis occupata, ſubſcripſit.* Duo porro Roberti S. R. E. presbyteri Cardinales ſignarunt diploma conjunctionis Eccleſiarum Setinæ, & Privernatis Tarracinenſi A.D. 1217. ſcilicet, *Robertus tituli Sancti Stephani in cælio monte, & Robertus tituli Sancti Joannis, & Pauli*. Alter dictus Robertus è Corceone ſub Innocentio III. A. D. 1213. Legatus Sedis Apoſtolicæ in Gallias miſſus ad paranda ſubſidia pro crucesignatis, ad Albigenſes profligandos animum convertit. Hunc etiam Honorius III quòd eloquentiâ valeret, A. D. 1218. ad conciones habendas cruce ſignatis in Syriam profecturis, deſignavit. Igitur Robertus alter, qui in memorato Honorii diplomate, legitur ſi fides habenda eſt Riccoboni Annalibus, non alius erit a Roberto Rainaldo Setino, quem initio Pontificatus Honorius Cardinalem pronunciavit.

Ibid. pag. 127.

Ibid. pag. 130.

Ughellus to. 1. pag. 480. ad finem.

De civit. & Eccleſia Setina, cap. XIII pag. 131.

Raynaldus A. D. 1213. §. 63.

Idem A.D. 1218 §. 5.

XCVII. Familia Cervelleria, Ribea, & Gallia.

Enumerandæ etiam inter nobiles familias, *Cervel-*

velleria, *Rubea*, *& Gillia*, de quibus mentio ſit in abſolutione a ſchiſmate ſub Bonifacio IX. A. D. 1399. [*v. in fine.*] ut ex eodem monumento in appendice perſpicitur.

XCVIII. Familia Tacconæ. *v. in fine.*

Attingamus nunc aliqua de familia Taccona, inter Setinas apprime nobili. Si quidem *Raynaldus Tacconus de Setia*, *Domini profeſſus miles*, *& magiſter Hoſtiarius* Clementis Papæ V. nominatur non unis Apoſtolicis literis, quas idem Clemens Pontifex dedit, dum filios hujus Raynaldi beneficiis, ac dignitatibus Eccleſiaſticis ornavit. In iiſdem literis Raynaldus *nobilis vir* appellatur, quo titulo Romani Pontifices, magnos Principes, ac nonniſi ſummâ nobilitate claros homines honeſtare conſueverunt. Ad *militis* vocem quod attinet, vulgata res eſt, hoc vocabulo equeſtrem dignitatem per ea tempora ſignificatam, qua ii fruebantur, qui militare cingulum aſſumebant, & *miles* ideo vocabatur, ut habet Carolus Cangius in obſervationibus ad vitam S. Ludovici, [*pag. 27.*] quia armis induebatur, dum miles creatus erat. Hæc autem militis inſtitutio certo quodam ritu perficiebatur, tantique erat, ut Franciſco Mennenio teſte, nulli magnates, Comites, Duces, Reges, & Imperatores ad ſacra belli profecturi, *milites* dicerentur, ſed tantum *armigeri*, niſi per militaris regulæ profeſſionem, ſacræ veluti militiæ adſcripti eſſent. [*Equeſtrium ordinum ſymbola & origines cap. 1*] Ritus porro, quo miles quis creabatur, refertur in chronico Belgico, ubi ad A.D. 1247. Guillelmus Comes Hollandiæ, in Regem Romanorum electus, miles effectus fuiſſe a Petro Capocio Diacono Cardinali S. Georgii, Apoſtolicæ Sedis Legato traditur. [*Mennenius ibid. & Caſpar Barthius in Guillelmo Brit. Philippides lib. 11. pag. 486. 487.*] Milites autem ab ipſo Romano Pontifice a Regibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & quandoque ab Abbatibus creabantur.

Innocentius III. A. D. 1204. Petro Aragonum [*Raynaldus A. D. 1204 § 71.*]

 re-

regi militare cingulum, & regiam coronam tradidit. Federicus Princeps de Claromonte *miles* creatus eſt ab Honorio Papa III. c. A.D. 1220. traditâ eidem Principi poteſtate, qua *poſſit pugnare pro juſtitia ad*
Vghellus to. 1. pag. 257 *honorem Dei, & etiam propter ſanctam Romanam Eccleſiam, & maxime contra Saracenos, ſeu infideles, & ſchiſmaticos.* Ipſe etiam Imperator, dum
lib. 1. ſect. v. cap. III. coronatur, accingitur gladio a Romano Pontifice, & *miles B. Petri efficitur*: & in Cæremoniali Romanæ
Ibid. ſect. VII. cap. II Eccleſiæ ab Auguſtino Patricio collecto, habetur ordo benedicendi novum militem per Summum Pontificem, prout & in Pontificali Romano titulus exſtat *de benedictione novi militis.* Raynaldus miles inaugu-
v. in fine. ratus erat a Romano Pontifice, ut liquet ex diplomate Fulconis de Vilareto magni Magiſtri ordinis Hieroſolymitani. Præter equeſtrem dignitatem, quæ tunc ſumma erat, præſtanti alio munere in Apoſtolico Clementis v. palatio Raynaldus ſungebatur; erat enim *Magiſter Hoſtiarius*, quæ dignitas tunc magno in honore erat, & nonniſi viris nobilioribus conferebatur. De Magiſtris Hoſtiariis paſſim mentio fit in Cæremoniali Auguſtini Patricii per Chriſtophorum Marcellum vulgato. Eorum gradus elicitur ex his verbis, quæ ibidem habentur: *Magiſter ſacri hoſpi-*
lib. III. ſect. II. cap. II. *tii, quæ dignitas, ut alias diximus, eſt in nobili domo Comitum, ſic ante introitum ſcamnorum Cardinalium, ideſt apud finem ſcamni presbyterorum Cardinalium: & poſt eum ſtant* MAGISTRI HOSTIARII *cum ſuis virgis purpura tectis. Scutiferi Papæ, & minores nobiles ſtant in ipſo introitu ſcamnorum, & poſt ſcamnum presbyterorum Cardinalium.* Vides igitur Magiſtros Hoſtiarios, in Pontificio ſacello ſtetiſſe prope Magiſtrum ſacri hoſpitii, ac recenſitos fuiſſe inter majores nobiles, quandoquidem *minores* no-

nobiles poſt eos ſtabant. In aulis regum Magiſtri Hoſtiarii dignitas ſumma fuit, qua de re, ne tibi faſtidium pariam, confer Cangium in gloſſario, verbo *Magiſter Oſtiariorum*. Non parum præterea Raynaldi nobilitatem illuſtrat egregium teſtimonium, quod de eo tulit laudatus Fulco de Vilareto in diplomate, quo Saxoni ejuſdem Raynaldi filio domos *S. Coſmæ de Aquino*, & *S. Leonardi de Setia* conceſſit. Ibi enim Raynaldum, *amicum ſuum cariſſimum* v. in fine. vocat, ac de ſe, totoque ordine optime meritum eſſe teſtatur. Hunc igitur Raynaldum, *militem civem Setinum*, ipſi Setini A.D. 1321. oratorem ſuum v. in fine. deſtinarunt pacis ineundæ cauſſa, inter *Lofredum Cajetanum* Comitem Fundorum, & *Jacobum de Ceccano*, & ipſos Setinos. Pacis fœdus percuſſum eſt A. D. v. in fine. 1340. Nicolao Fundorum Comite, & Domino caſtrorum Sermoneti, & Baſciani ex una parte, & *Nobili viro Franciſco Taccone de Setia Sindico* Setinorum ex altera. Obtinuit etiam hæc familia caſtrum Tacconum in territorio Setino. Nil aliud de hoc caſtro hodie ſupereſt, niſi turris ruinoſa, quæ ab incolis *Turris Tacconum* etiamnum dicitur.

XCIX. Familia Normeſina.

Sed & de familia Normeſina loquamur. Nobilem certe, & procerum conjunctionibus ſpectatam, hanc familiam invenio A. D. 1348. quo *Porſiria* filia Alexandri ex nobiliſſima Cajetanorum gente avunculum habebat *Bernardinum Normeſinum*, quod liquet ex quadam ſtipulatione, eodem anno inita, de juribus, quæ eidem *Porſiriæ* in caſtro Surculi obvenire poterant. Normeſini quoque obtinebant feudi jure caſtrum Trebarum, Eugenio IV. Romano Pontifice A. D. 1441. ut ex literis Antonii Ridi de Padua caſtellani caſtri S. Angeli, quas damus. v. in fine. Id autem magis elucet, ex ſententia, quam

A. D.

A. D. 1449. die 29. Martii protulit Antonius Archipreſbyter Parmenſis, in Provinciis Campaniæ & maritimæ Vicarius, & Theſaurius generalis in hæc verba: *In cauſa inter Commune Piperni ex parte una, & nobiles viros Antonium, & Jannottum fratres de Normeſinis, Dominos caſtri Trebarum ex altera, ſententiamus &c. poſſeſſionem &c. ſpectare debere præfatis Antonio, & Jannotto fratribus de Normeſinis tanquam Dominis dicti caſtri Trebarum*. A. D. 1521 Hector Normeſinus per ſupremas teſtamenti tabulas die XXXI. Martii *reliquit totam partem herbatici caſtelli diruti, & tenutæ Trebarum, quam in ipſo caſtello, & tenuta habebat, Honaphrio, Bernardino, & Jacobo de Normeſinis filiis ſuis*, quos heredes ſcripſerat. Habuit etiam Hector tres filias, quarum unam nuptui dedit nobilibus viris Sebaſtiano Papæ de Cajeta, reliquas duas vero *Carolo*, & *Federico Contugiis* fratribus nobilibus Volaterranis, qui Setiæ ſedem fixerunt, ac civitate Setina donati ſunt. *Dioſcora* filia *Johannis Franciſci Normeſini* nupſit A. D 1520. nobili viro *Carolo Franciſco Frangiponi* de Tarracina. Dioſcoræ dotis nomine mater *conſtituit totam, & integram partem, & portionem tangentem, ac debitam filiis, & hæredibus Domini Jo. Franciſci de Normeſinis ad eoſdem ſpectantem, & pertinentem in, & ſuper territorio Trebarum*.

C. Familia Ciambariconia. Familiæ de Normeſinis *Ciambaricones* ſubnectam, quoniam literæ Antonii Ridi *nobilibus viris Jannotto Petri Normeſini caſtellano Trebarum, & Antonio Joannis Ciambariconi caſtellano Aquæputiæ, majoribus Sindicis Univerſitatis Setiæ* inſcriptæ leguntur. Igitur Antonius Ciambariconus Præfectus erat caſtri Aquæputiæ A. D. 1441. Innocentius VII.

A. D.

A. D. 1405. datis ad Setinos literis, ſignificat ſe poteſtatem feciſſe Peretto Comiti Trojæ, provinciarum Campaniæ, & maritimæ Rectori, ut caſtro Aquæputiæ præficiat, quem duxerit deſtinandum. Magnæ curæ fuit Romanis Pontificibus Aquæputiæ caſtrum. Nam Sixtus IV. A. D. 1482. heredibus Honorati Cajetani, Sermonetæ dominis mandavit, ut arcem Aquæputiæ Gubernatori Provinciarum Campaniæ, & maritimæ reſtituerent. Mox Setinis ſcripſit, ut idem caſtrum a Cajetanis eriperent, & vi oppugnarent. Nunc in ruinis jacet. Ad Ciambaricones quod attinet, *Johannem* invenio in documento A. D. 1479. quo Tutius Maccaroni de Setia *non vi, ſed ſponte locavit ſe ad ſervitia ſibi licita, & honeſta cum nobili, & egregio viro Domino Johanne Antonii Ciambericoni*. *Antonius Ciambariconus* Johannis filius Præfectus copiarum Campaniæ, quem vulgo *Majorem* vocant, erat A. D. 1548. ut ex pluribus actis apud Setinos Tabelliones colligitur. Uxorem duxit *Sanctam Frangipanem*, filiam nobilis viri Lazari *Fracapanis de Setia*; ita enim effertur in teſtamento *Johannæ de Latro*, matris ejuſdem Sanctæ, & Lazari Frangipani uxoris, quod exaratum fuit A. D. 1521. *Thomas Ciammariconus* A. D. 1556. fuit Sindicus Setinæ civitatis. Petrus Ciammariconus a Paulo V. A. D. 1618. ſacrorum rituum Congregationis a ſecretis deſtinatus eſt, cui Urbanus VIII. A. D. 1623. Canonicatum S. Lateranenſis Eccleſiæ contulit. Non leve huic familiæ decus addidit Joſephus Ciammariconus, qui de patria urbe optime meritus, eruditam de civitate Setina, colonia Romanorum, deſcriptionem edidit anno 1641. *Antonius* Johannis filius, duas filias habuit, ſcilicet Thereſiam, quam A. D. 1649. nu-

nuptui tradidit *Hieronymo Caſtaneæ*, cujus filius Johannes Baptiſta in equeſtrem Melitenſium ordinem adſcriptus eſt A. D. 1706. *Portiam* vero Torquato Corradino, ex qua A. D. 1658. in lucem editus eſt Petrus Marcellinus Corradinus, per varios dignitatis gradus, & poſt multos pro Sede Apoſtolica labores exantlatos, ingentium meritorum præſidio in ſacrum Romanæ Eccleſiæ Senatum a Clemente XI. Pontifice Maximo eſt cooptatus A. D. 1712. die 26. Septembris. Qui modo SS. Domini Noſtri munere *Prodatarii* fungitur, & inter purpuratos patres, doctrina, pietate, ac laudandarum virtutum ornamentis enitet, ſummumque decus patriæ ſuæ addit.

CI. Familia Caſtanea. Caſtanea familia quidem Cajetæ, & nobilitate, ac honoribus a ſæculi XII. initiis floruit. A. D. 1124. inter Conſules Cajetanos enumeratur *Gregorius Caſtanca*, itemque A. D. 1134. *Johannes Caſtanca*. Variis dein dignitatibus Caſtaneæ exornati ſunt a Carolo II. Neapolitano rege circa A. D. 1291. & 1306. A Roberto item Neapolitano rege A. D. 1317. & 1335. Sub exordis XVI. ſæculi hæc familia Setiam conceſſit, ibique ſedem fixit, & cum Setinorum proceribus neceſſitudinis vinculis obſtringitur, atque in Setinam civitatem adſcripta eſt. Etenim in ſtipulatione dotis A. D. 1504. confecta, hæc exſtant: *Honoratus Caſtanea de civitate Cajetæ in præſentiarum habitator, & incola Setiæ in matrimonium tradidit Dionoram ſororem Jacobo filio nobilis viri Franciſci Stephani de Aniballis de Setia*, cui quidem ſorori inter cetera, quædam olitoria in territorio Molæ, & Cajetæ dotis nomine aſſignavit. A. D. 1525. *Hieronymus Caſtanea de Cajeta*, civis *Setinus* appellatur in contractu venditionis, hoc anno inito. Exinde vero, ut vidimus, cum Setinis familiis

v. in fine.
v. in fine.

liis Caſtanea gens cognationes duxit, quorum conjunctione, ſecundum Hieroſolymitanæ religionis leges, monumentis prolatis, in eum nobiliſſimum ordinem adſcriptus eſt Joannes Baptiſta Caſtanea A. D. 1707. cujus familia nuper interiit, nullo ex maribus ſuperſtite.

CII. Familia de Novis.

Supereſt, ut de familia de Novis aliquid proferamus. Hujus familiæ monumenta exſtant ſæculo XIV. *Nobilis vir Angelus Novi* Sindicus Setinorum memoratur A.D. 1399. in actu abſolutionis ob ſchiſma Clementis VII. Item ex documento A. D. 1478. Dianora de Ceccarellis, quondam Joannis uxor olim *nobilis viri Angeli Novi* habetur. Ex cujus ſtipite Jacobus Antonius, ex materna hereditate obtinuit *quartam partem tenimenti caſtri Ciſternæ cum ſua juriſdictione ad ſe ſpectantem, uti nepotem ex filio, & hæredem nobilis mulieris Dianoræ de Ceccarellis, quondam Joannis, olim nobilis viri Angeli ſui avi*, quam partem A.D. 1478. locavit Marcello Roſæ. *Johanni Ceccarelli* Domicello de Setia, & ejus heredibus in perpetuum Bonifacius IX. A. D. 1399. conceſſit caſtrum, & Roccham Ciſternæ, *dimidium alterius Rocchæ, tenimentum caſtri veteris, domorum, vinearum, vaſſallagii, terrarum, poſſeſſionum, Jurium, Juriſdictionum, & pertinentiarum prædictarum*, ut paullo ante vidimus. v. in ſue.

CIII. Nonnullæ Familiæ nobiles prætermittuntur.

Ne moroſam vero hanc lucubrationem efficiamus, ſilentio prætermittimus alias nobiles familias Setinas, nimirum *de Colonardis*, *de Scrinariis*, *de Contugiis*, Volaterris profectis, *de Ignatiis*, *de Vallettis*, *de Pillarciis*, ex quibus equites militiæ Hieroſolymitanæ, vel S. Stephani, aliorumque præſtantium ordinum militarium prodierunt; alias item nobiles familias in eadem civitate nunc florentes,

tes, recenſere deſiſtimus, quum ſatis nobis fuerit demonſtraſſe, perſpicua veritatis luce niteſcere, quæ in Conſtitutione protulit Sanctiſſimus Pater BENEDICTUS XIII. plures Setiæ extitiſſe, ac nunc ſupereſſe familias, *& literis, ac ſanguinis nobilitate, ob equites militiæ S. Johannis Hieroſolymitani, aliorumque ordinum militarium, conſpicuas*.

CIV. Operis concluſio. En tibi igitur, lector, Sanctiſſimi Domini Noſtri BENEDICTI Papæ XIII. Conſtitutionem, abunde in his, quæ continet, veterum monumentorum, ac publicorum teſtimoniorum fide, undique munitam, ac vindicatam. Antiquum quippe Setinum Epiſcopatum, qui in ea aſſeritur è latebris vetuſtatis in lucem hominum eduximus, ac protulimus. Mutua etiam hujus Eccleſiæ conjunctio, enunciatur, quæ ab Honorio III. confirmata eſt. Nos conjunctionem hanc, æquo jure conſtitutam, firmiſſimis argumentis contendimus, ac probavimus. Quod ſi hæc adhuc dubia viſa fuiſſent, ne amplius ea, vel in controverſiam vocari, neve impugnari poſſent, nova hac ſanctione, atque certa definitione BENEDICTI XIII. ex plenitudine collatæ ſibi divinitus poteſtatis, effectum eſt. In hujuſmodi enim controverſiis, Canoniſtarum una omnium ſententia eſt, Romani Pontificis declarationi, qui rem dubiam antiquam, certam faciat, ſtandum eſſe. Oſtendimus præterea hujus urbis dignitatem, ac nobiles familias, quæ in ea variis temporibus floruerunt, teſtimonio veterum ſcriptorum, ac monumentorum ex tabulariis exſcriptorum. Denique, ne quis deinceps ambigendi de cathedra Epiſcopali Setina locus eſſet, in hoc eodem diplomate, quatenus hæc Eccleſia, vel nunquam Epiſcopis ornata fuiſſet, vel ob antiquam unionem cathedræ jure excidiſſet, rurſus in cathedra-

lem-

lem erigitur, ac Tarracinenſi Eccleſiæ conjungitur. Ex quibus profecto intelligis Benedicti Papæ xiii. ſummam, atque conſtantiſſimam voluntatem, præcipientis, ut in poſterum omnino hæc Eccleſia cathedralis ſit, & habeatur, & invicem Tarracinenſi unita ſit. Quod quidem facere potuit, & jure fecit, neque ullam detrimentum ſedi Tarracinenſi intulit. Poterat enim Summus Pontifex jure ſuæ poteſtatis, ac exemplo, tot, tantorumque Pontificum prædeceſſorum, quorum mentio ſupra facta eſt, eamdem Eccleſiam a Tarracinenſi prorſus dividere, ac in novam cathedram Epiſcopalem erigere. Multo igitur potiori ratione potuit, ob amplitudinem civitatis, incolarum numerum, commoditatem, ac decus Epiſcoporum, cathedræ dignitatem Setinæ urbi reſtituere, ac eodem tempore æquis juribus Tarracinenſi unire; quod inter alios præſtitit Eugenius iv. qui Cornetum A. D. 1435. antea Viterbienſi & Tuſcanenſi diœceſibus obnoxium, ad Epiſcopalem dignitatem evexit, & Eccleſiæ Montis Faliſci, mutuis dignitatis legibus, univit, prout ſuperius notavimus.

Fruantur itaque, per ſe licet, Tarracinenſes juribus ſuis, ac lætentur de antiquiſſima urbis ſuæ, & Eccleſiæ Tarracinenſis præſtantia, cujus exordia *Sancto Epaphrodito*, B. Petri Apoſtolorum Principis diſcipulo accepta referunt, verum non moleſte ferant antiquam ac novam Setinæ Eccleſiæ dignitatem, neque invidiam parent antiquiſſimæ urbi, Romanorum coloniæ, jampridem Epiſcopis ornatæ, peculiari Sancti Lidani Abbatis patrocinio ſuffultæ, Tarracinenſi Eccleſiæ, ceu proximiori, priſco honore retento, olim conjunctæ, proceribus, ac præſtantibus familiis claræ, incolarum numero frequentiſſimæ, fide in Romanam Eccleſiam ſingulari, Epi-

X 2 ſco-

ſcoporum poſt conjunctionem, per longa tempora ſedi, Canonicorum cœtu, ubi Dignitates eminent, ex ſacrorum canonum diſciplina, cathedralibus peculiares, maxime illuſtri. Unum tandem utraque civitas agnoſcat Antiſtitem, quem jamdudum Romani Pontifices voluerunt, ut pari in utraque dignitate polleret, ac nuper optimo jure conſtituit Sanctiſſimus Dominus Noſter BENEDICTUS Papa XIII. cui incolumitatem, proſpera, fauſtaque omnia adprecari non deſinamus.

FINIS.

AP.

APPENDIX
MONUMENTORUM
QUORUM PASSIM TOTO OPERE MENTIO FIT.

Digitized by Google

OBSERVATIO PRÆVIA
IN IMAGINEM
S. LIDANI
Ligneo operculo actorum ejus ſuperpoſitam.

INſita eſt codici Setini imago S. Lidani, quam hic æri inciſam exhibemus. Præſtat in ea aliquantulum immorari, ut Lidani habitum monaſticum contemplemur. Veſtitur igitur S. Lidanus tunica, & ſcapulari, quæ veſtium genera antiqui monachi uſurpabant. Tunica *albi coloris* eſt, *ſcapulare vero nigri*. Hæ enim propriæ priſcorum monachorum veſtes. Rei perſpiciendæ nullum aptiorem teſtem afferre poſſumus, quam Jo. Mabillonium. Audi quid ille diſciplinæ monaſticæ peritiſſimus in præfatione ad ſæculum v. Benedictinum admonuit: *Tria*, inquit, *ſunt inſtituti noſtri veſtimenta propria, tunica, cucullam, ſcapulare. Tunica ad talos deſcens, albi paſſim coloris ante annos octingentos, ut in vitis Rabani, aliorumque etiamnum obſervamus, atque etiam in Rituali Amatenſi. Et ratio ſane id poſtulabat, quandoquidem tunicam, quæ cuti proxime adhærebat (nam laneæ interulæ, præter regulæ auctoritatem poſtea conceſſæ ſunt) cum ſæpius lavari ad munditiem exigeret, potius ex lana candida, quam ex nigra fieri congruum erat. Scapulare ita dictum, quod ſcapulas præcipue tegat, & caput, ad laborem, qui corpore exercetur, a ſanctiſſimo Legiſlatore conceſſum eſt: cuculla ſumma veſtis, cum operimento capitis, undique corpus & brachia obvolvit. Utraque nigri ſemper coloris fuit: unde monachi nigri appellati; Ciſtercienſes vero albi, quod cucullam candidi coloris nigro prætulerint.* pag. xxxix. n. 59.

Mox monetque peritus, antiquum ſcapulare fuiſſe ruſticani veſtem, caputium acuminatum habentem, brachiis fere nudam, ut quoddam colobii genus, ac defluxiſſe tantum ad renes, zona ſuper tunicam præcincta. Animadvertit inſuper proceſſu temporis tunicam fuiſſe vicem ſcapularis formam: *Et cum primitus totum corpus ad renes ſolum uſque ambiret, poſtea fere ad talos protenſa eſt, diviſa ex utroque latere: ita nihilominus, ut ex utraque parte retinaculis duobus pars anterior cum poſteriori conjungeretur*, quam formam, inquit, Carthuſiani e Benedictinis acceptam adhuc retinent. Appoſite deſcribi videtur a Mabillonio habitus, & ſcapulare S. Lidani. Tunica enim *albi coloris* eſt, cuti adhærens, ſtrictis manicis brachia ad manus uſque contegens; ſcapulare vero ad talos uſque protenditur, dividitur ex utroque latere uſque ad talos, ac retinaculis duobus retinetur, caputium in acumen deſinere videtur. Porro *ſcapulare* nonnullis temporibus dictum eſt, *cuculla*, ut Mabillonius oſtendit. Quod autem Caſinenſes, a quibus monaſticum Inſtitutum S. Lidanus hauſerit, tunicas albas geſtarint, idem Mabillonius teſtatur, qui in Veterne Bibliotheca codicem vetuſtum ſe vidiſſe ait, in quo exarati ſunt Gregorii, & Victoris III. de S. Benedicto Dialogi, & quæ ad ſanctum Patrem Benedictum pertinent, cum veteri monachorum, atque Abbatum figuris, in quibus *cuculla nigra, toga alba* depinguntur,

Ibid. n. 60.

Ibid. n. 61.

Muſei Italici to. I. pag. 100.

Ibid. pag. 533.

Lib. v. n. xvII tom. I pag. 222. In Præfat. in II. n. v. Ibid. lib. xxv. num. x. pag. 254. Lib. xxvII. num. I. pag. 577. 578. Lib. LxIv. num. I. n. v. pag. 49.

gium. Item in Bachet in Bibliotheca ob oculos habui autographum chronici S. Vincentii ad Vulturnum, ubi mo*nachus depingitur figura, Abbatis una cum baculo non recurvo, sed in T desinente. Item monachus cum tunica alba, & subatra ſcapulari, quod tribus redimiculis ad utramque latus obſtrictum eſt*. De tunica alba Caſinenſium eadem etiam Mabillonius in Annalibus Benedictinis A. D. 533. Adnotandus eſt etiam, ad habitum Monachorum quod attinet, idem Mabillonius in Annalibus Benedictinis. Nunc autem S. Lidani contemplati proſequamur. Videt caput abraſum, ſecundum monachorum uſus & conſuetudinem, barbam neglectam, non tamen prolixam. Calgas habet S. Lidanus S. Benedictus in regula monachis *indumenta pedum pedules, & caligas indulſit* (a). Baculum, quem manu geſtat, Abbatum inſigne fuit, ut notum eſt, baculi porro geſtatio ægrotantibus monachis permiſſa fuit. De hic confer Edmundi Martene Commentarium in regulam S. Benedicti, & de antiquis monachorum ritibus [b].

(a) Cap. LV.
(a) Mabillonius Ibid. tom. I. Lib. xvI. num. I pag. 549.
(b) Cap. LV. pag. 699 & ſeqq.
(b) Lib. v. cap. v. I.

His, a Mabillonio jamdem animadverſis, magnam lucem affert S. Lidani imago, coloribus diſtincta, quæ dubio procul ſub ipſum ævum S. Lidani expreſſa eſt, ac eumdem ſanctum Abbatem Benedictini inſtituti alumnum, ea Benedictinum priſco habitu nobis exhibet; utque inſpiciens patet, ex antiquiſſimo monumento figura illa detracta eſt, atque codici Setinæ Eccleſiæ impreſſa.

Acta

I.

Acta S. Lidani Abbatis & Confeſſoris ex codice membraneo Eccleſiæ Setinæ. Accedunt ex eodem codice, epitome actorum SS. Petri, & Marcellini, hymni, & collectæ in honorem S. Lidani, Kalendarium Setinum, & cyclus Lunaris.

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti amen . ac individue trinitatis . & ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti . & beate virginis Marie matris ejus . amen . Anno incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti . Milleſimo lxxxviii . indictione xi . Pontificatus domini Urbani papæ ſecundi anno ejus primo . nonas menſis Martii . Incipit legenda beati Lidani confeſſoris. de civitate Antene. regni Siciliæ. de provincia Aprutina. ex patre nomine Gentilis . uno ex dominis dictæ civitatis . & ex matre nomine Cecilie . ex nobili progenie de domo Avellarum. Qui Ligdanus cum eſſet unigenitus ſupradictorum parentum ſuorum. & etatis novem annorum accenſo corde ſuo gratia ſpiritus ſancti cum voluntate patris. & matris ipſius ingreſſus extitit ordinem beati Benedicti caſinenſis & ibidem profeſſionem perfecit . Cum igitur perveniret ad etatem decem & ſeptem annorum mortui ſunt parentes ipſius relicto ſibi per eoſdem . univerſo patrimonio ipſorum . & parte dicte civitatis . Redeunte ergo ipſo Ligdano ad civitatem predictam . & infuſa in anima ſua gratia ſpiritus Sancti . auditoque ſermone beati Johannis Apoſtoli ſibi recitato a Chriſto dicentis nono capitulo . Quicumque vult ſalvus eſſe oportet quod teneat catholicam fidem . & vendat omnia bona ſua . & det pauperibus . & abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur Chriſtum . Qui Lidanus ſpretis & totaliter neglectis pompis . divitiis hujus miſeri & caduci ſeculi & falſorum prophetarum . vendidit omnia bona ſua . & partem eum tangentem dicte civitatis : Et divino inſtigatus ſpiritu, cupiens terrena obmittere . & eter-

Ad Cap. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXVII. LXXV. pag. 110. LXXVI. §. 2. pag. 117.

Y

Digitized by Google

eterna poſſidere, direſſit greſſus ſuos verſus partes Maritime territorii civitatis Setine. Et inſpectis ſilvis locis palludibus & nemoribus ipſarum partium in quibus melius habilius & honeſtius ſtare poſſet in ſervitium omnipotentis Dei. Fuit ſibi divinitus revelatum ut moram ſuam trahere in locum qui vulgariter dicitur ad tres arcus. juxta montem Artongiani * per modica ſtadia. juxta quos arcus ob reverentiam beate Cecilie virginis & nominis Matris ſue cum licencia *Pallidis tunc epiſcopi Setine civitatis*. hedificari fecit quodam monaſterium monachorum ordinis ſupradicti. ſub vocabulo beate Cecilie virginis de pecunia recondita de ejus patrimonio. Quo conſtructo pariter & perfecto in quo erant arduiſſima loca videlicet nemora ſilve & palluſtres. Ibidemque facere cepit arduiſſimam penitentiam. una cum monachis fratribus ſuis. omni tempore comedendo & bibendo panem & aquam abſque aliis carnium cibaria. Jejunando congruis temporibus & diebus juxta ſanctorum patrum inſtituta, & divinarum ſcripturarum. Et ſingulis temporibus & diebus ſanctis & perfectis miſſarum. & divinorum officiorum celebratione in choro dicte ecclesie cum monachis memoratis. ante cibi aſſumptionem intrabat cellam ſuam ſecretam & expoliatus nudis carnibus ſe percutiebat cum fruſta pinligia ob reverentiam paſſionis Chriſti. recordatus de verbo apoſtoli pauli. xij. capitulo. Caſtigo carnem meam & ipſam in ſervitutem redigo. & cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Hanc autem vitam ſervavit in monaſterio ſupradicto ſeptuaginta duobus annis. uſque ad tempus Gelaſii pape ſecundi. qui cum multa faceret miracula in vita ſua ut inferius continetur. & in proceſſu ſue legende enarratur. Cum igitur diem ſuum clauſit extremum ſexto nonas menſis Julii. reportatum fuit corpus ejus ad Setinam civitatem *per Druſinum tunc epiſcopum civitatis ejuſdem* cum clero, & populo. cum maximo honore, ſollempnitate & devotione. & ſepultus ſub altare majori eccleſie ſancte Marie de civitate Setina. Caput vero corporis ſui reconditum fuit in ſancta eccleſia memorata cauſa ipſum oſtendendi devote hominibus & populo dicte civitatis quolibet anno in die obitus ſui.

* i. Antoniani

In-

Incipit ſecundus prologus Beati Dioniſii de beato Lidano.

NUnc religio chriſtianorum in melius innovatur. & ab infirmitatis humane fragilitatis erecta cervice firmiter corroboratur. & in ſpe vite ſempiterne certiſſime ſolidatur. cum per conſolationem & patientiam atque frequentiam ſacrarum ſcripturarum reiterato ſolatio continuataque mentione ſollicitatur. Quocirca oportet noſtram facturam noſtramque ſubſtantiam in eis velut in quodam ſpeculo relucenti conſideranti ſe intima machinatione meditari. ſiquidem egregii gentium predicatoris. vocem veſtris auribus inſonui ita dicentis. Quecumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſive delectationem ſcripturarum ſpem habeamus abſque ulla dubitatione. hoc legimus & credimus quod in principio feciſſet Dominus celum cum duobus magnis luminaribus innumerabilibuſque ſtellis. terramque cum omnibus reptilibus diviſiſque corporibus mare cum univerſis creaturis quarum non eſt numerus. His omnibus ut preeſſet creavit namque hominem ad ymaginem & ſimilitudinem ſuam de limo terre. quem in paradiſo voluptatis collocavit, qui per gulam ſuperbiam & vanam gloriam de vetito guſtando pomo in mortem incidit & in captivitatem hujus infelicitatis deſtinatus eſt. quouſque pie majeſtatis clementia inclinando celos deſcendens per virginalem uterum tamquam ſponſus de thalamo indutus ſtolam noſtre mortalitatis. verbum patris caro factum eſt ut habitaret in nobis. ac mortalitatem reformando reconciliaret nos patri ſuo. noſtrorumque ſcelerum tenebras. lux inenarrabilis procul a tactu miſericorditer effugaret. lux quippe vera teſtante evangeliſta Johanne. qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. lux vera. dies vera. duodecim horarum. cum duodecim. menſibus. Annis duodecim ventis terris temperies pleno numero. & certo tempore & ubique deſervit. Quod intuens pſalmiſta david vaticinio ſuo declarat. Volavit inquid ſuper ventorum pennis ſuper predicationem duodecim apoſtolorum. doctrina ejus volavit per univerſa clima-

ta mundi. ut eſt illud in decimo octavo capitulo ejuſdem. In omnem terram exivit ſonus eorum & in fines orbis terre verba eorum. His autem ſuperadditi ſunt quatuor flumina ex uno fonte paradiſi procedentia. videlicet. gyon. ſyſon. tygris. & euſrates. quibus habundanter totus mundus rigatur. Hujuſdem comparantur quatuor tempora anni. quorum viciſſitudine ſecula cuncta rotantur. hoc eſt ver. eſtas. autumpnus. & yems. vel totidem elementa. terra. aqua. ignis & aer. necnon & humores quibus humana corpora vigere dicuntur. videlicet ſanguis. fleuma. colera rubea & malinconiam. Inſuper & ſi triplicanoris * duodecies, binos alios quos poſtmodum deſignavit quoſque miſit perfectum aut libre pondus invenies. Nempe quod ipſe eſt omnia in omnibus. omnia ſibi ſuo ordine deſervire convenit.

*l. triplicaveris.

Hec & plura que ſacra ſcriptura docet. conſiderantes ſancti martyres relinquentes tenebras infidelitatis inducti & moniti acmis litteis ſtatuerunt certamen animarum ſpernentes juſſa principum cum gaudio ſuſcipientes penas corporum ſoli ipſi Deo placere deſiderantes cujus imperio cuncta famulantur. Poſt hos preclari pontifices atque confeſſores & ſi non extrinſecus tamen intrinſecus ſine martyrio non fuerunt. crucifigentes membra ſua cum vitiis & concupiſcentiis. Sed quis explicare valet que lingua aut que vox quanti utriuſque ſexus fuerunt que ſibi hoc bonum propoſitum non neglexerint e quibus unus ſi fas mihi dicendum eſt in Setinis finibus emicuit. Eldanus nomine natione ſuperius enarrata. qui abiectis humane miſerie laſcivis tulit crucem ſuam. & ſequutus eſt dominum. Et ne aliquid ſibi abmitionis * remanere videretur heremum concupivit, & feſtinanter adivit. Sed que & quanta miracula & virtutes per ejus merita in eadem converſatione mortalibus hominibus Dominus oſtendere dignatus eſt. non eſt noſtre facultatis ſigillatim explicare. Tamen referentibus poſt longinquatus curricula quibuſdam ſenioribus aliqua de multis tunc temporibus inopia ſcripturarum neglectis humili ſtilo ſcribere conamur. Licet preſumptuoſe videamur arripere quod ſolummodo ſanctiſſimis atque peritiſſimis novimus eſſe conceſſum. Sed quia procul dubio non immemor illius qui de duriſſimo ſaxo habundanter aquam producere juſſit. & a ſine

* l. abominationis.

Digitized by Google

aſine balaam ſeſſorem ſuum directo ſermone alloqui præcepit. & ſterilem annum fertilem reddidit. & qui quinque millia hominum excepto femineo ſexu ſeu infantulis. de quinque panibus. & duobus piſcibus ſatiavit. Et multa alia in veteri vel novo teſtamento mirabilia patravit. quibus nullus ſufficit ad memorandum. At illius miſericordia non diffidens quemque doctorem mecum habere confido tanti viri propagandam memoriam prout ipſe dominus dederit humo tenus pro divinis non recitabo. Igitur ſine aliquo præſagio nomen ejus remanere videatur, quod a nobis extimatur prius oſtendere ſatagimus.

Lidanus namque ut in ſedulo pro lucerna ponitur. cui appoſita cera. vel oleo lucem emittit. poniturque ſupra candelabrum ut ingredientibus & deambulantibus lumen miniſtret. Ita quoque beatus Lidanus dum ſe in mundo viviſſet infructuoſum aſſumpſit oleum miſericordiæ & humilitatis. & induit ſe armatura Dei fugiens obſcuritatem cordium tenebrarum. lumen veritatis verbis & exemplis cunctis oſtendere aſſidue non deſiſtebat. Qui etiam in quodam triſarcu in palluſtribus locis ſuo diſtante a Setina urbe ſtadiis ferme triginta duobus verſus Antoniani montem, venerande virginis Cecilie baſilicam conſtruxit. In quo loco confuſe * ranonclarum voces habitantium auribus aliquid impedimenti inferebant. Quod intuens Dei familiaris confidens in nomine ipſius. qui ſpreto mundo tiro in militia Sancti Benedicti beatiſſimi patris ſui ſe tota intentione commiſerat. tenens baculum in manibus percutiebat palludem dicens date honorem Deo. & tantam confuſionem auditui noſtro inferre nolite. quoniam de vocibus hominum magis credimus delectari dominum quam veſtris. Ab illa autem die voces eorum in illo loco iam infeſte non ſunt auditæ. quod ibidem obſervare videtur uſque in hodiernum diem.

* l. ranunculorum

Quodam denique tempore erat quidam tribus annis vigiliis fatigatus ab infirmitate. qui nulla medicorum experientia corporis dormitionem accipere poterat. Quem parentes ejus quorum auribus tanti viri fama perſonuerat arrepto itinere ad eum quam feſtinanter pardaieunt. Qui etiam in ſupradicto cenaculo triduo commorantes. & viſiſſent quod nichil ſanitatis egroto abbas ipſe conculent, indignati ceperunt intra ſe dicere. ut & qui tantam fatigatio-

tionem huc veniendi paſſi ſumus? heu quid profuit nobis;
Sperabamus ut exiret & imponeret ſibi manum. & facta
oratione in nomine Sanctæ Trinitatis eum ſanuati reſtitue-
rer. Quo audito Dei famulus a quibuſdam cenobitis exivit
& interrogavit eos. Illi autem omnia narrantes per ordi-
nem, qualiter infirmus ille inſompnitatem paſſus eſſet per
tres annos. Quibus ipſe abbas conſolatoria verba impen-
dens. vaidè exhortabatur excuſando ſe non hujus meriti
*l. Mos valere negotio. Mox * namque ſanctorum patrum ut de ſe
preſumant quod de Deo ſentiunt. Tunc illum manibus an-
te altare beate predicte virginis Cecilie deducere cepit ante
illud proſterni precepit. Cumque vir Dei in oratione diu-
tius immoraretur. Obumbravit eum Dominus tanto ſopo-
re ut a mane uſque ad veſperum penitus evigilare nequivit.
Videntes autem amici ejus inclinaſſe jam diem pulſantes ex-
citaverunt eum dicentes. ſurge edicito nunc quod tibi vide-
tur, vigebit autem valitudo tua ulterius? At ipſe increpa-
re eos cepit. quare hanc inquietitudinem ſibi facerent.
Nam confitebatur ſe tante dulcedinis ſoporem atque quie-
tem cordis & corporis nunquam percepiſſe. Surgens au-
tem projecit ſe ad pedes ſanctiſſimi patris Lidani poſtulans
ut ſibi habitus ſanctæ religionis ſue condonaret. Ipſe autem
renitens ait. Non fili mi. non licet homini ut ſacra ſcriptu-
ra declarat ſeparare quos Dominus conjunxit. juxta evan-
gelicam doctrinam. Vade in pace tua & age ſollicite curam
uxoris tue filiorumque tuorum. Ille autem talibus non ac-
quieſcens. compoſuit teſtamentum ſuum coram ſupradi-
ctis parentibus ſuis. preordinans ſubſtantiam ſuam ſicuti
competebat ei quia dives ſeculo ante fuerat. Ab ipſo pror-
ſus beato Lidano noluit omnino recedere. donec meta
ſui corporis terminaretur. & diem ſuum clauderet extre-
mum.

Cum ſupradictus venerabilis pater beatus Lidanus.
quadam die more ſolito in ſupradicto cenobio penitentiam
agendo laboraret. Ecce tres pauperes exuviis inter fruteta
abſconſis. nudi. ut eos veſtiret pietate ſolita adventum
proclamantes. miſericordiſſime pater pauperes & nudi ve-
nimus ad reatū compatiaris nobis viſcere miſericordie tue.
& quod aliis facere conſueviſti. nobis nimis miſeris obniſ-
ſe poſtulamus ne deneges. Quos diligenter aſpiciens vene-
ran-

randus abbas. confortare eos cepit. ac conſedentibus illis cibum potumque apponere precepit congruentem. preterea ipſis ſumentibus neceſſaria corporis aſſiſicus diſpenſator cauta miſit ad locum. quo per ſpiritum ſanctum noverat illos veſtimenta ſua occultaſſe & abſcondidiſſe oblata ad ſe poſt ciborum refectionem unicuique quod ſuum erat largitus eſt. Qui pauperes & nudi ac refecti aſſumptione ciborum recepta humili benedictione ab eo. abeuntes venerunt ad locum leti. reperire putantes prefata & abſconſa primitus ipſorum veſtimenta. Et cum ibidem nihil invenirent. ſubito contriſtati ſe mutuo recipere ceperunt. ac iterumque inruentes amoverunt veſtimenta ſua atque mirabantur accepiſſe a quo ſciebant ea ſe non commodaviſſe. Mox penitentia Dei reverſi ſunt ad diſpenſatorem veritatis confuſis vultibus proſtraverunt ſe ad terram ad pedes beati Lidani. veniam mendaciorum ſuorum expoſcentes & miſericorditer poſtulantes. Quos ut vidit iterumque cum gaudio ſuſcepit. Inſuper & melliſluo documento celeſtis verbi conſolidavit. benedicenſque eos dimiſit abire.

Mulier quedam de nimphana civitate. que conſanguinitate beato Lidano conjuncta dicebatur. Dum quadam nocte ſuum infantem juxta ſe extinctum ſeu mortuum reperiſſet. flens & ululans, mane facto ad venerabilem Lidanum abbatem penitendi cauſa feſtinare curabat. Mox vir ſanctus ſpiritu ſancto mente concepto intellexit quod ſua propinqua ad eum veniret. miſit ei obviam ne ulterius accedere preſumeret. Que cum nulla ratione vellet talibus preceptis parere & dictis acquieſcere. vir ſanctus per ſpiritum Sanctum hoc ipſum agnovit. Et rurſum miſit contra eam ne ſibi & monaſterio ſuo amplius appropinquaret. quoniam hujus judicii examen tentina* epiſcoporum pendere affirmabat non monacohum. Quibus etiam euntibus incredula mulier non eſt reverſa. ſed firma gradu properans agebat* moriar an vivam ad eum venire non deſtituam. Quam cum vidiſſet venerandus pater & abbas increpando in hæc verba rupit. Hec eſt ſuperbia mulierum que neſciunt verecundari. Illa autem ſuſpirans ait. Mi pater ne dedignes peccatrici mulieri auxilium preſtare. Quam verecundus abbas ſaluiferis ammonitionibus inſtructam. remiſit cum Dei benedictione. vade quia invenies filium ſuum

*l. trutina

*l. aiebat

inum vivum. illico autem illa recedente, ac ferventer fidem gerans in Dei ſervitium. ſtatim cum applicuit ad nimphanam civitatem ad domum ſuam invenit filium ſuum infantulum caſu premiſſo ſuffocatum. vivum precibus & orationibus abbatis predicti.

Quam laudandus eſt vir iſte in quo ſpiritus prophetie videtur habitare congruo tempore qui preſentia declarat. futura prenuntiat. Ecce alius helyſeus. Ecce alius helyas. Ecce alius jeremias. Quoniam cum eſſet quidam nomine Joannes ſanctus de Setina cum ſtate qui qui cum quodam ſuo vicino. qui benedictus niger vocabatur propter unum bovem, qui relictus in agro foris a puens ipſius devoratus exitit a lupis, de quo maximum placidum habuerunt. Et dum in præfato loco, ob hujus rei cauſam. omnes pariter amici & vicini congregati eſſent. Johannes predictus ſumere vindictam perſonalem de Benedicto non deſinebat. Ait ergo beatus Lidanus ad enndem Johannem. Obſecro fili dimicte illi. ut Deus, dimictat tibi. ſic enim ſcriptum eſt. per ſacratiſſimam ſcripturam dimictite, & dimictetur vobis. Et prorſus in oratione dominica dimicte nobis debita noſtra ſicut & nos dimictimus debitoribus noſtris. Et forſan aliquid debes quod tu dimiſſurus es & Dominus tibi dimictet propter hoc. Ille autem Johannes noluit conſentire ſacris ammonitionibus beati Lidani ſed magis dicebat ſibi. Si mihi preceperis pater ſancte me precipitari de arcu iſto adimpleam. priuſquam huic hoc dimictam. Quem ſanctus arguens & increpans predixit ei que ventura fuerant ſibi in proceſſu temporis in familiam ſuam. O fili quam male loqueris. hoc unum ſcias. quoniam qui magis obedire diſponit ſa diabolo quam Deo ſupervenient ſibi triſtitia & perſecutio que adeo ipſum inficiet. ac ſi ſingula totius mundi tua eſſent. & cum ictu magni doloris ſubito ammictes. Quod modico dilapſo tempore ſecundum dictum abbatis ſibi indubitanter advenit hoc ſcilicet ordine. Cum igitur quadam nocte filius ejuſdem Johannis, inobediens Spiritui Sancto & beato Lidano ſervo ipſius. nomine Marius cum aliis bubulcis & paſtoribus in cuſtodiendo boves in agro & ſtaret juxta ignem. & ibidem accubuiſſet ut mos eſt paſtorum ſubitaneo morbo percuſſus in ignem cecidit, & mortuus extitit. Cuius ſtrepitu, ſocii expergefacti ejecerunt illum

illum de igne. quo ejecto combuſtio illa defecit.

Rurſus quadam die. dum quidam pauper viſendi cauſa cuperet ad ſupradictum abbatem deſcendere attulit ſecum vaſculum unum plenum vino. Factum eſt dum appropinquaret diuc, & cognoviſſet multitudinem populorum ibidem adeſſe, ad viſitandum verum Dei, propter multitudinem miraculorum ſuorum dubitans ne ſtuſceret, abſcondidit vaſculum ſuum plenum vino, & vacuus ad abbatem dei virum pervenit. Poſt multa vero colloquia miniſterii divini, menſam requirunt piſcium epulatum. Et deficiente vino vocavit pincernam ſuum, & caute miſit ad locum in quo per ſpiritum ſanctum ſciebat eſſe vinatium vaſculum, & juſſit ipſum adduci ad eum. quo ducto, ex eo omnibus aſtantibus potum porrigere precepit. Ille autem frater que eum ibidem vaſculum occultaverat abiit ut duceret illum ad abbatem. ſed ibidem nihil invenit, quia ipſe abbas miraculoſe fecerat auferre. Quo palificato omnes unanimiter referre ceperunt gratias deo qui facit mirabilia in ſervis ſuis juſtis & ſanctis uti erat ſervus dei Lidanus.

Simplex veritas quanto ſimplicius, tanto decentius & dignius credimus nunciari. cum omne ſimplax dignius ſuo compoſito judicetur. nec ergo divina miracula retoricis ſunt coloranda commentis que ab ipſo qui lux eſt & lucis auctor. ſue lucis fulgorem obtinere noſcuntur. Ne veritatis ſeries circumlocutiones nubilo ſubducatur. & paleſcat obducta. que ſui tantum vigore contenta clareſcit. Et certe ſupervacuis laborat impenſis qui ſolem certat facibus avivare. Quare & Salamon ait omnis enim ſermo igneus clypeus eſt ſperantibus in ſe. Ne addas quicquam verbis illius. ne arguaris ab ipſo inveniariſque mendax. Ea propter quedam glorioſa miracula que Dominus per dictum confeſſorem ſuum Lidanum. poſt pium ejus obitum in eccleſia Setina agere dignatus eſt ad memoriam ſcribere futurorum ipſa non in verborum ornatu ponpoſo ſeu eorumdem diffuſione prodigia. Set ſimplici ac brevi narratione prout a multis fide dignis qui tunc eorum occulta * ſunt viſione gaviſi fidelitet recitata ſunt referre ſtudebo. Ad quod licet videatur me ingerere imprudenter utpote inſufficiens & penitus imperitus. tamen omnipotenti Deo & anime con-

* l. oculata

Z ſcien-

ſcientia teſte nun preſumptionis temeritatis ſed ipſius ſancti Lidani devotio ad hoc *me compellit Iohannem Epiſcopum Setinum*.

Cum ergo divino judicio tota Setina civitas furentis ignis perclitaretur incendio, contigit caſſam ligneam in qua conditum erat beatiſſimi Lidani caput ſuper altare eccleſiæ beate Marie virginis remaneret. Et cum ipſa eccleſia totaliter crematetur. Itaque nihil preter muros incombuſtos ſervaretur. Ibidem dominus qui cuſtodit omnia oſſa ſanctorum ſuorum vel ut unum ex eis minimè conſeratur Caſſam ipſam dum ſtaret ſuper altare majori dicte eccleſie & pannis ipſius altaris incombuſtis ſic ab ignis votagine ſervavit illeſam, ac ſi prope ignem nunquam fuiſſet. Nos enim qui ejus tanto miracuio gloriamur & roboramur exemplo, divinam humiliter miſericordiam imploremus, ut per interceſſionem ſui beatiſſimi Lidani confeſſoris, ſicut ejus ſacratiſſimas reliquias ſervavit intactas ab ipſo igne, flammam in nobis vitiorum extinguat, ne ſi ſupercecideiit prepediamur ſolem videre, & ſic demum deiciamur in ignem & in miſeriis minime ſubſiſtemus. Sed ſpiret in nobis ignem quem mittere venit in terram, voluitque ipſum vehementer accendi, ut ad ejus gaudia ipſius merita preveniente, & ſubſequente pervenire poſſimus optata, qui in ſanctis ſuis glorioſus exiſtit in ſecula ſeculorum. Amen.

Quedam pauper mulier Caracoſa nomine de partibus tuſcie oriunda, ad urbem Setam veniens, & a domino viſitata paraliticum morbum incurſit, & tam diu ab ipſo morbo miſerabiliter eſt detenta quod omnium fere membrorum ſuorum officio deſtituta eſt in lecto egritudinis ſue jacens infirma, adeo quod ſe movere non poterat; nequaquam & in ipſo revolvi, niſi alii ipſam revolverent una cum linteamine in quo jacebat. Miſerator autem dominus miſeriam inopis & gemitum pauperis miſeratus volenſque mirificare nichilominus ſanctum ſuum cauſam ei hujuſmodi recuperande preſtitit ſanitatis: Beatus ſiquidem Lidanus ei apparens in ſomnis dixit ad ipſam, Caracoſa ſi deſideras hac qua egritudine detineris liberari, ad baſilicam beate Marie virginis Setine urbis ubi meum corpus jacere dignoſcitur, in die ſollemnitatis mee facias te deferri. Spetans in domino qui ſanat contritos corde & alligat contritiones eorum reſti-

reſtituet te priſtine ſenitati. Cumque ipſa prout ei ſanctus diceret ſe feciſſet ad prefatam eccleſiam deferri. & coram altari ſub quo glorioſiſſimum corpus beati Lidani jacere noſcitur tumulatum, deponi. & aliquantulum jacens ibi dem. dominum in lacrimis & ſuſpiriis flagitabat. ut per interceſſionem beati Lidani ipſam dignaretur miſericorditer ab hac egritudine liberare. Dominus autem cujus miſerationes ſunt ſuper omnia opera ejus mirificans miſericordias ſuas. & qui ſalvos facit ſperantes in ſe. ipſam ſic eſt liberare dignatus. ſancti gloriam publicaret in terris. & illa de fide ſua premium reportaret optatum. Nam dum ita penes omnium corporis virtutum actionibus publica & contracta ſqualeret. ab eo qui erigit eliſos & ſolvit compeditos erecta exiſtens, per eccleſiam memoratam turbis ſpectantibus ambulabat. populus autem qui ed ipſius ſancti feſtum ſollempne convenerant* tanto miraculo celebrari. jocunditate gaudens domino qui facit mirabilia ſolus. laudes debitas hymnis & canticis eo die exultare non ceſſavit. illa autem nomine Caracoſa ſic ſanata per beatum Lidanum pluribus annis vixiſſe refertur.

Sed multum diſſimile fuit illud quod dominus meritis & interceſſionibus ſancti Lidani confeſſoris cuidem mulieri nomine Agneti de Setia eſt dignatus. Nam cum hec a demone vexaretur credens per medicorum experientiam ſe poſſe curari vel mitigari ſuam quomodolibet paſſionem, fere omnia bona ſua propter hoc derogavit eiſdem nec potuit aliquod inde remedium invenire quod non eſt ei datam deſuper ut poſſit ſuo artificio demones effugere. cum non niſi in digito dei ſpiritus eiciantur inmundi & poteſtates aeree debellentur. Hec autem in die vigiliarum ſancti Lidani confeſſoris jam dicti ad eccleſiam beate Marie virginis Setine civitatis. ubi ejus corpus ſanctiſſimum requieſcit adducta & per violentiam intromiſſa. tota nocte ibidem una cum copioſa hominum multitudine eidem ſancto devote ſollemnizatum* dicitur pernoctaſſe & feciſſe moram ibi in craſtinum ejuſdem videlicet die feſti quouſque miſſarum ſollempniis celebratis populus appropriaretur iter arripere redeundi. factum eſt autem quod illa ſompno ſuaviſſimo preter ejus conſuetudinem aliquandiu quieſceret ſoporata. at poſtmodum evigilans ſtertore proprio ſedata turpiter inveni-

* l. convenerat

* l. ſolemnizantium

* l. vix venitur. Cujus horribilem & inauditum fetorem vis* erat
qui poſſet aliquatinus ſubſtinere. Quare firmiter credeba-
tur quod demon beati Ligdani virtute inſugans per partes
inferiores exiret. Ipſa vero Agnes firmiter afferebat in-
ſtanter fore ſe beati Lidani meritis a demonio liberatam. &
ſic ad domum ſuam reverſa, aliiſque veſtibus innovata
incolumis exultans in domino qui facit miſericordiam ſuam
cum ipſa precibus beati Lidani, ad praſatam eccleſiam re-
pedavit veſperas auditura. & ſine aliqua corporis macula
dicitur pluribus annis vixiſſe.

Preterea cum mulier quedam de caſtro Sermineti nu-
ptui traderetur. Statim quod a viro corrupta fuit florem
ſue virginitatis amiſit. ita tota diriguit. ut ſenſualitate
plurimum diſturbata. & diebus quampluripus ammiſſa lo-
quela nullo ſigno ſuam cuique invenire poterat volunta-
tem nec intelligere alienam. Cumque appropinquante feſto
beati Lidani. conſanguinei mulieris prefate qui fama divul-
gante. tot glorioſi confeſſoris virtutes didicerant ad eadem
utrum ne vellet ad ejus feſtum iam celebre convenire. ſpe-
rans opem ſalutis ab ipſo. illa capita prono affectuoſe in-
nuit, quod volebat. Factum eſt autem quod in corda con-
trito & ſpiritu humiliato portans lapidem in collo ſuſpen-
ſum Setiam duceretur. & preſentaretur ubi corpus beati
Lidani jacere noſcebatur tumulatum in eccleſia Setine ci-
vitatis ante altare majus ipſius Eccleſie. Cumque ibidem
aliquamulum expectaret expectans. illico iam lingue quam
aliorum membrorum officium recuperavit ammiſſum. Que
exultans in domino ſalutari ſuo. ad propria incolumis cum
conſanguineis ſuis jocunda & ſanata reverſa eſt. reclans
miracula beati Lidani unicuique audire cum devotione vo-
lenti.

Cum juvenis quidam petrus ſaladinus nomine de Seti-
na civitate quemdam ſuum bovem caſu fortuito perderet,
ac ipſum bovem noctis tempore de via in vias inquireret
diligenter. adverſarius noſter diabolus qui tanquam leo
rugiens circuit querens quem devoret. aſſumpta humana
ſpecie obviam ſe obtulit Petro juveni memorato. Qui ge-
ſtiens illum nequiter perdere & delere de terra. impetum fe-
* l. paſſione cit in ipſum. mala ipſum penſione* pertrectans. Quem
utique perdidiſſet niſi virtus altiſſimi qui prope eſt omnibus
invo-

invocantibus eum, ſibi tam miſericorditer, quam miſerabiliter ſuccurriſſet. Nam cum in tanto periculo conſtitutus eſſet, beati Lidani nomine invocato, ipſum ſibi aſſiſtere poſtulaſſet, ſtatim ſibi comparuit in habitu monachali, prout eo uſus fuerat antequam de mundo tranſiret. & ſic illud de poteſtate ſevientis eripuit inimici. Ille autem hoſtis confuſus confeſtim evanuit, quia non habebat poteſtatem poteſtati reſiſtere divine, cum a Deo ſit omnis poteſtas vera. Beatus autem Lidanus tamquam pius pater juvenem ſpiritum animoſe confortans, & prope menia civitatis Setine reduxit eundem. At ille juvenis ſtupefactus & debilitatus plurimum pre timore premiſſorum, a beatiſſimo Lidano panem petiit ſibi exhiberi. Qui panis offellam non ſicuti creditum humana manu confecti ſed panis angelorum affectione paterna exhibuit. Quem cum accepiſſet confortatus eſt. Sane cum vellet ab ipſo diſcedere, dixit ad eum fili mi vade in pace tua. Dominus defenſor vite tue eſt, non oportet te ulterius trepidare. Juvenis autem inquit trepidans ubi non erat cauſa timoris dicens tremebundus ad eum. Noli me derelinquere pater ſancte quia adhuc periculum mihi reſtat in via. Ille autem inquit noli timere fili. ego tibi providebo ſotium oportunum. qui nunquam te uſque in domum tuam dimittet. Et ſic expectato quodam revertente de agro ſotium ſibi dedit, qui uſque ad domum ſuam cum ſecure conduxit. Factum eſt autem ut hic poſtmodum ut pote puſillanimis tantum mentis ſtuporem incurreret. quod amiſſa loquela quaſi ſemivivus jacebat, nec poterat ſuam paſſionem aliquatenus recitare. Poſtea vero *aliquantulum inſcitatus * innuit quod volebat ad eccleſiam beate virginis in qua corpus beati Lidani jacebat deferri. Cumque allatus illuc fuiſſet. ſtatim ſolutum eſt vinculum lingue ejus, & predicta omnia que ſibi acciderant fideliter recitavit. Turba autem virorum, & mulierum tanto viſo & audito miraculo facto a beatiſſimo Lidano confeſſore protectore & defenſore civitatis Setine hominum & mulierum, magnificabant & glorificabant Dominum qui viſitavit taliter plebem ſuam in civitatem predictam: Deo gratias Amen.

*l.excitatus

Explicit legenda beati Lidani confeſſoris

In-

Incipit legenda ſanctorum Petri & Marcellini Martyrum.

PEtrus exorciſta dum ab arthemio in carcere detineretur. & predicti arthemii filia a demone vexaretur. & ob hoc a patre plangeretur. dixit ei Petrus. quod ſi in chriſtum crederet. ſtatim filia ejus ſanitatem reciperet. Cui arthemius. Miror qua ratione dominus tuus filiam meam liberare poterit. qui tanta pro eo patientem liberare non valet. Cui petrus. Potens quidem eſt deus meus eripere me. ſed vult ut per paſſionem tranſitoriam perveniamus ad gloriam ſempiternam. Cui arthemius. Si a me catenas ſuper te duplicante Deus tuus te liberaverit. & filiam meam ſanaverit. protinus in ipſum credam. Quod cum factum fuiſſet ſanctus petrus candidis veſtibus indutus & tenens ſignum crucis eidem apparuit: & ille ſe ejus pedibus proſtravit. & filia ejus ſanata. ipſe cum tota domo ſua baptiſma ſuſcepit. promiſitque aliis incarceratis quod exirent liberi. quicumque vellent fieri chriſtiani. Multique aliis credentibus a beato marcellino presbytero baptizantur. Quod audiens prefectus omnes incarceratos ad ſe adduci precepit. Quos arthemius convocans. & manus eorum deoſculans dixit. ut ſi quis vellet venire ad martyrium. veniret intrepidus. & ſi quis nollet abiret illeſus. Comprobato autem judex quod marcellinus & petrus eos baptizaſſet ipſos accerſivit. & eos ſeparatim in carcerem recluſit. Marcellinus quidem nudus ſuper vitrum fractum proſternitur. & ei lumen & aqua negatur. Petrus vero in alio carcere in artiſſimo cippo conſtringitur. Angelus autem domini marcellinum induens & ſolvens. ipſum cum petro in domo arthemii reſtituit. & ut ſeptem diebus populum confortarent. & poſtea ſe judici preſentarent precepit. Cum ergo prefectus eos in carcere non inveniſſet. accerſitum arthemium & ſacrificare nolentem in terra cum uxore ſua obrui juſſit. Quod ſancti marcellinus & petrus audientes illuc venerunt. & in illa cripta ſanctus marcellinus ſe protegentibus chriſtianis miſſam celebravit. Dixeruntque ſancti ad incredulos. Ecce arthemium potuiſ-

ſemus

ſemus liberare. & nos abſcondere. ſed neutrum voluimus facere. Tunc irati gentiles archemium gladio necaverunt. matrem vero cum filia lapidibus obruerunt. Marcellinum vero & petrum ad ſilvam nigram que nunc candida propter eorum martyrium vocatur decollaverunt. Quorum animas veſtibus ſplendidis & gemmis indutas ab angelis in celum deferri. ſpiculator nomine Dorotheus vidit. unde & chriſtianus effectus. poſtmodum in pace quievit:

Explicit legenda Sanctorum Petri & Marcellini Martyrum.

PRopitiare nobis quæſumus Domine famulis tuis per ſancti Lidani confeſſoris tui, cujus corpus in præſenti Eccleſia requieſcit, merita glorioſa, ut ejus piis interceſſionibus ab omnibus ſemper muniamur adverſis. *Per. &c.*

LArgire quæſumus Domine huic populo tuo humiliter exoranti: tuæ benedictionis amorem, ut qui beati Lidani confeſſoris tui, cujus corpus in præſenti Eccleſia requieſcit, ſpeciali patrocinio jocundatur, ejus meritis & interceſſione benigna, a cunctis malis imminentibus ſe ſentiat alienum:

Secreta.

HÆc ſancta munera, & ſacrificia tuo ſancto nomini, dedicata, interventione beati Lidani confeſſoris tui patris noſtri, ſint quæſumus Domine nobis remedium infallibile ad ſalutem. *Per.*

PErceptis ſacris muneribus Deus noſter, præſta quæſumus, ut qui in beati Lidani confeſſoris tui noſtri intimi protectoris humana ſolemnitate gaudemus, ejus intervenientibus meritis, largius ſpecialis refectione paſcamur. *Per Dominum noſtrum.*

in

In Feſto beati Lidani hymnus ad Veſperas.

Gaude Setina civitas.
Laudes ſona Campania.
Sancti redu celebritas,
Clarent Lidani ſollemnia.
Se lingua ſolvat laudibus,
Cor feſtivæ lætitiæ,
Pes ſacrorum ambitibus,
Manus poſcendæ veniæ.
Tu es ſphæra ſtellifera,
Stellis internæ gloriæ,
Lucis vitæ lucifera,
Cæleſtis refulgentiæ.
Roſeum pulcritudinis,
Omnis internæ gratiæ,
Suæ ingratitudinis,
Locum tollit mœſtitiæ.
Caritatis viſceribus
Efflagitabat in proximos,
Pietatis affectibus
Omnes habebat intimo
De fonte manans rivulus
Annis ſacris ſerenitas.
E ſole flammis effluus
Ignis logos ſuavitas.
Gloria tibi Domine
Qui ſurrexiſti a mortuis,
Qui tecum ſacro flamine
Sepultis pronus annuis.
Amen.

Hymnus ad Nocturnum.

Pius pater quot filios
Deo ducandos detulit,
Vitæ via, quot invios
Ad lucis limen impulit?
Quot hæc lucerna lumina
Beatæ lucis prodidit
Quot per necis diſcrimina
Vagos, ſaluti reddidit?
Deſerti pulcritudinem
Intrat in ſe reconditus
Per luci ſolitudinem,
Cæleſtes adit aditus.
Ægyptum linquit fugiens
Ad deſerti penuriam,
Ibi ſeipſum faciens
Deo inventre hoſtiam.
Cades deſertum virnit
Celſæ palmæ viroribus.
Rus Iericho refloruit
Lætæ roſæ ruboribus.
Gloria tibi Domine &c.

Ad Laudes.

Paſtor fidelis filios
Quot detulit fideliter
In ſe doloſos agnitos,
Qui ſic recepit dulciter?
Verbis capit propheticis
Ipſum volentes fallere
Tentatur in ſophiſticis
Dolis, remenſo munere
Nervos labor diſſolverat
Uni patris clementia,
Somnus viro diſceſſerat
LIDANI reducit gratia.
Sathan timet vir pavidus
Præmittit Lidanus ſocium
Nec dum niſi jam providus
Confeſtim habet obvium
Tu platani plantarium
Secus aquarum tranſitus,
Aquarum ſalutarium
Decurſus ſancti Spiritus.
Gloria patri &c.

An-

Annus habet menſes. xij. Septimanas. lij. & diem unum & habet dies ccc lxv. & ſex horas. **Prima dies Iani. timor eſt, & ſeptima vani.**
Ianuarius habet dies. xxxj. Luna xxx.
Nox habet horas. xvi. Dies vero. viij.

aureus numerus		Kal.		IANUARIUS.	
iij.	A.			Circumciſio Dñi. Et S. Baſilii ep. & Conf. & S. Martine V. & M.	Dies eg. h ix.
	b	iiij.	nn	Octava ſancti Stephani.	
xi.	c	iij.	nn	Octava S. Iohannis.	
	d	ij.	nn	Octava Innocentium.	
xix.	e	nonis.		Vigilia.	
viij.	f	viij.	id	Epyphania Dñi.	¶ A feſto ſtelle nũando perfice lunam prout. xl dies & ſeptuageſima fiet. Et ſi biſextus fuerit ſuperaddẽ unũ. Si cadit in lucem Dñi ſubpone ſequentem.
	g	vij.	id		
xvi.	a	vi.	id		
v.	b	v.	id		
	c	iiij.	id	Sancti Pauli primi heremite.	
xiij.	d	iij.	id	Sancti Ygini. pape & martyris.	
ij.	e	ij.	id		
	f	Idibus		Octava Epyphanie.	
x.	g	xix.		Februarii Sancti Felicis in pincis. presb. & martyr.	
	a	xviij.		Sancti Mauri Abbatis.	Sol in aquario.
xviij.	b	xvij.		Sancti Marcelli pape & martyris.	
vij.	c	xvi.		Sancti Antonii abbatis.	
	d	xv.		S. Priſce V. & M.	Añ diẽ pſcẽ nunq deponas alla.
xv.	e	xiiij.		SS. Martyrum Marii. Marthe. Audifax & Abacuc.	
iiij.	f	xiij.		Sanctorum Martyrum Fabiani pape. & Sebaſtiani.	
	g	xij.		Sancte Agnetis virginis & martyris.	
xij.	a	xi.		Sanctorum martyrum Vincentii. & Anaſtaſij.	
j.	b	x.		Sancte Emerentiane. V. & M.	
	c	ix.			
ix.	d	viij.		Converſio S. Pauli Apoſtoli.	Dies eg. h v.
	e	vij.			
xvij.	f	vi.			
vi.	g	v.		Sancte Agnetis ſecundo.	
	a	iiij.			
xiiij.	b	iij.			
ij.	c	ij.		Sanctorum martyrum Cyri & Iohannis.	

Nona parit bellum. ſed quinta dat hora flagellum.

Alterius menſis . poſt quartum tertius enſis .

Februarius habet dies . xxviij. Luna xxix. Quando eſt biſextus habet dies . xxix. Luna . xxx.

Nox habet horas . xiiij. Dies vero . x.

FEBRUARIUS.

aur.n.	d	Kal.		S. Ignatii . Epiſc. & martyris.	
xi.	e	iiij.	nn.	Purificatio S. Marie Virginis .	
xix.	f	iij.	nn.	Sancti Blaſii . Epiſc. & martyris.	
viij.	g	ij.	nn.	Sancti Gilberti . confeſſoris .	Dies eg. h.viij.
	a	nonis.		Sancte Agathe virginis & mart.	
xvi.	b	viij.	id		
v.	c	vij.	id		
	d	vi.	id		
xiij.	e	v.	id	Sancte Appollonie . V. & M.	
ij.	f	iiii.	id	Sancte Scolaſtice . Virginis .	e
	g	iij.	id		Ultimus terminus . xl.
x.	a	ij.			
	b	Idibus			
xviij.	c	xvi.	ka.	Martii . Sancti Valentini presbyteri & Mart.	
vij.	d	xv.		*Sanctorum Martyrum Fauſtini & Iovitæ .*	
	e	xiiij.			
xv.	f	xiij.			
iiij.	g	xij.			
	a	xi.			
xij.	b	x.			
j.	c	ix.			
	d	viij.		Cathedra S. Petri Ap.	Cedit yens tetro . cathedrato Symone Petro .
ix.	e	vij.		Vigilia .	
	f	vi.		S. Mathie Ap.	Locus biſexti .
xvij.	g	v.			
vi.	a	iiij.			Dies eg. h. x.
	b	iij.			
xiiij.	c	ij.			

Nullus ut octave . vel dene dixerit ave .

Mar-

Martius in prima, cum quarta dividit ad yma.
Martius habet dies. xxxj. Luna xxx.
Nox habet horas. xij. Dies. xij.

MARTIVS.

aur.nũs					D. eq. h.t.
iij.	d	Kal.			
	e	vi.	nn.		
xi.	f	v.	nn.		
	g	iv	nn.		
xiv.	a	iij.	nn.		
viij.	b	ij.	nn.		
	c	Nonis		Sanctarum martyrum Perpetue & Felicitatis. & *S. Thome de Aquino ord. prædicatorum.*	
xvj.	d	viij.	id.		
v.	e	vij.	id.	Sanctorum quadraginta martyrum.	
	f	vi.	id.		
xiij.	g	v.	id.		
ij.	a	iiij.	id.	Sancti Gregorii. Pp. & conf.	
	b	iij.	id.		
x.	c	ij.	id.		
	d	Idibus			
xviij	e	xvij.	kal	Aprilis.	[illegible]
vij.	f	xvj.			
	g	xv.			Sol in ariete.
xv.	a	xiiij.			
iiij.	b	xiij.			
	c	xij.		Sancti Benedicti abbatis.	
xij.	d	xj.			
j.	e	x.			
	f	ix.		*S. Latini Episc. & confessoris.*	
ix.	g	viij.		Annunciatio Sancte Marie Virginis.	
	a	vij.			
xvij	b	vi.			
vi.	c	v.			
	d	iiij.			
xiiij.	e	iij.			
iij.	f	ij.			

Prima nocet multum. nullum dabit altera cultum.

Cui decimus cedit, undecimus aprilis obedit.
Aprelis habet dies xxx. Luna xxix.
Nox habet horas. x. Dies vero. xiiij.

Numeri		Kal.		APRELIS.	
	g				
xi.	a	iiij.	no.		
	b	iij.	no.		
xix.	c	ij.	no.		
viij	d	Nonis		*S. Vincentii Confessoris Ord. Predicatorum.*	
x.j.	e	viij.	id.		
v.	f	vij.	id.		
	g	vi.	id.		
xiij	a	v.	id.		
ij.	b	iiij.	id.		D. eg. h. i.
	c	iij.	id.		
x.	d	ij.	id.		
	e	Idibus			
xviij	f	xviij.	Maji	SS. mart. Tyburtii. & Valeriani. & Maximi.	
vij.	g	xvij.			
	a	xvj.			
xv.	b	xv.		Sancti Aniceti. pape. & mart.	Sol in tauro.
iiij.	c	xiiij.			
	d	xiij.			
xij.	e	xij.			D. eg. h. ix.
j.	f	xj.			
	g	x.		SS. Mart. Sotheris. & Gaij. pape.	
ix.	a	ix.		Sancti Georgii. Mart.	
	b	viij.		Extrema pasce tua dicet passio Marce	
xvij.	c	vij.		S. Marci Evangeliste. Et letanie maiores.	
vi.	d	vi.		SS. mart. Cleti & Marcellini pape.	
	e	v.			
xiiij.	f	iiij.		Sancti Vitalis mart.	
iij.	g	iij.		Sancti Petri mart. *Ord. Predicatorum.*	
	a	ij.			

Prima petit tellus, quem nona requirit Aprelis.

Ter-

Tertius hic aptat. Madijque ſeptimus aptat

Madius habet dies xxxi. Luna. xxx.
Nox habet horas. viij. Dies vero. xvi.

aur. nūs		Kal.		MADIUS.
xi.	B			Apoſtolorum Philippi & Iacobi.
	c	vi.	nn.	*S. Katerine Virginis tertii Ordinis Predicatorum*
xix.	d	v.	nn.	Inventio S. Crucis & S.Alexandri pp. & m. D.h.vi.
viii.	e	iiij.	nn.	
	f	iij.	nn.	
xvi.	g	ij.	nn.	S. Iohannis ante portam latinam.
v.	a	Nonis		
	b	viij.	id.	Apparitio S. Michaelis archangeli.
xiii.	c	vij.	id.	
ij.	d	vi.	id.	Sanctorum mart. Gordiani & Epymachi.
	e	v.	id.	
x.	f	iiij.	id.	SS. mart. Nerei & Achilei. atque Pancratii.
	g	iij.	id.	
xviij.	a	ij.	id.	Sancti Bonifatij. M.
xij.	b	Idib.		
	c	xvij.		Iunii.
xv.	d	xvi.		
iiij.	e	xv.		
	f	xiiij.		Sancte Potentiane. Virginis.
xij.	g	xiij.		
j.	a	xij.		
	b	xi.		
ix.	c	x.		
	d	ix.		Ver fugat Urbanus eſtatem Symphoriagus.
xvij.	e	viij.		Tranſlatio S. Franciſci & S.Urbani.pp.& m. D.h.x.
vi.	f	vij.		Sancti eleutherii. pp. & m.
	g	vi.		Sancti Iohannis. pp. & m.
xiiij.	a	v.		
iij.	b	iiij.		
	c	iij.		Sancti Felicis. pp. & m.
xi.	d	ij.		Sancte Petronille V.

Sexta minus ſordet. cui vulnera dena remordet.

Cui

Cui nil dena dabit. junii quindena negabit.
Iunius habet dies xxx. Luna xxix.
Nox habet horas. vi Dies vero. xviij.

IVNIVS.

aur. nũs				
a.x.	e	Kal.		
viii.	f	iiij.	non.	SS. Mart. Petri & Marcellini atq. Heraſmi Epiſc.
	g	iij.	non.	
xvi.	a	ij.	non.	
v.	b	Nonis		
	c	viij.	id.	
xiii.	d	vij.	id.	
ij	e	vi.	id.	
	f	v.	id.	Sanctorum Martyrum Primi & Feliciani.
x.	g	iiij.	id.	D. eg. h. v.
	a	iij.	id.	S. Barnabe Apoſtoli. & S. Honufrii conf.
xviij	b	ij.	id.	SS. Mart. Baſilidis. Cyrini Naboris. & Nazarii.
vij.	c	Idib.		Sancti Antonii. conf. de ordine minorum.
	d	xviij.	kal.	Iulii.
xv.	e	xvij.		SS. Martyrum. Viti & Modeſti, atq. Creſcentia.
iiij.	f	xvi.		D eg. h. iij.
	g	xv.		Sol in Cancro.
xij.	a	xiiij.		SS. Martyrum. Marci & Marcelliani.
j.	b	xiij.		SS. Martyrum Gervaſii, & Protaſii. Solſtitii.
	c	xij.		Sancti Silverii. Pp. & M.
ix.	d	xi.		
	e	x.		Sancti Paulini Epiſc. & conf.
xvij	f	ix.		Vigilia.
vi.	g	viij.		Nativitas S. Johannis baptiſte.
	a	vij.		
xiiij	b	vi.		SS. Martyrum. Johannis & Pauli.
iij.	c	v.		
	d	iiij.		S. Leonis Pp. & conf. Vigilia.
xi.	e	iij.		SS Apoſtolorum Petri & Pauli.
	f	ij.		Commemoratio S. Pauli.

Ledit quinta cutem. nullam dat quarta ſalutem.

Tot

Ter decimus fortis, julii ſedecim via mortis.
Julius habet dies xxxi. Luna. xxx.
Nox habet horas. viij. Dies vero. xvi.

aur.nu.				IVLIVS.
xix.	g	Kal.		Octava Sancti Johannis baptiſte.
viij.	a	vi.	nn.	Feſtivitas S. Lidani abbatis.
	b	v.	nn.	
xvi.	c	iv.	nn.	
v.	d	iij.	nn.	
	e	ij.	nn.	Octava Apoſtolorum Petri & Pauli.
xiij.	f	Nonis		*Sancti Apolonis Epiſc. & confeſſoris.*
ij.	g	viij.	id.	
	a	vij.	id.	
x.	b	vi.	id.	SS.Mar.Septem fratrum,&SS.Rufine & ſecunde V.
	c	v.	id.	S. Pii. Pp. & M.
xviij.	d	iiij.	id.	Sanctorum Martyrum Naboris & Felicis.
vij.	e	iij.	id.	Sancti Anacleti. Pp. & M.
	f	ij.	id.	Sancte Margarite. V. & M.
xv.	g	Idib.		Sanctorum M. Quirici, & Julicte.
iiij.	a	xvij.	ka	Auguſti
	b	xvi.		Sancti Alexii confeſſoris.
xij.	c	xv.		Sancte Simphoroſe. cum ſeptem filiis ſuis..
j.	d	xiiij.		A xiiij. Kl. auguſti uſq. nonas ſeptembris non minuas ſanguinem.
	e	xiij.		
ix.	f	xij.		Sancte Praxedis V.
	g	xi.		Sancte Marie Magdalene.
xvij.	a	x.		Sancti Apollinaris Epiſc. & M.
vi.	b	ix.		Sancte Chriſtine. V. & M. Vigilia
	c	viij.		S. Jacobi Ap& S. Chriſtophori M.
xiiij.	d	vij.		Sancti Paſtoris presbyteri & conf.
iij.	e	vi.		Sancti Pantaleonis. M.
	f	v.		SS. M. Nazarii. & Celſi. Victoris Pp. & Innocentii Pp.
xi.	g	iiij.		SS. M. Simplicii Fauſtini & Beatricis,
	a	iij.		Sanctorum M. Abdon. & Senen.
xix.	b	ij.		

Eſt Lupus undena, pariter quoque nona Leena.

Se-

Sexti prima furit. a fine ſecunda perurit
Auguſtus habet dies xxxi. Luna xxx.
Nox habet horas. x. Dies vero. xiiij.

aur.nũs		Kal.	AVGVSTVS.
xiij.	e		S. Petri ad vincula. Et SS. Machabeorum.
xvi.	d	iiij. Non.	Sancti Stephani. PP. & M.
v.	e	iij. Non.	Inventio corporis S. Stephani prothom.
	f	ij. Non.	Sancti Iuſtini. presb. & M.
xiij.	g	Nonas	Feſtum S. Marie nivis. Et S. Dominici conf.
ij.	A	viij. Id.	S. Sixti. PP. & M. & SS. M. Feliciſſimi & Agapiti.
	b	vij. Id.	Sancti Donati. Epiſ. & M. D. eg. h.
x.	c	vi. Id.	SS. M. Cyriaci. Largi. & Smaragdi.
	d	v. Id.	S. Romani M. Vigilia.
xviij.	e	iiij. Id.	S. Laurentii Martyris
vij.	f	iij. Id.	SS. Mart. Tyburtij. & Suſanne.
	g	ij. Id.	S. Clare virginis.
xv.	A	Id b.	S. Ypoliti. M. cum ſociis ſuis. Sol in virgine.
iiij.	b	xix.	Septembris. S. Euſebij presb. & conf. Vigilia.
	c	xviij.	Aſſumptio Sancte Marie Virginis.
xij.	d	xvij.	
j.	e	xvi.	Octava S. Laurentij.
	f	xv.	S. Agapiti. M.
ix.	g	xiiij.	S. Ludovici epiſc. & conf. Ord. fratrum minorum.
	A	xiij.	S. Bernardi Abbatis
xvij	b	xij.	
vi.	c	xi.	Octava B. M. V. Et SS. M. Tymothei. Ypoliti. & Simphoriani.
	d	x.	Regina in aſſumptio feſtum clementis ad uſq.
xiiij.	e	ix.	Vigilia.
iij.	f	viij.	S. Bartholomei Apoſtoli.
	g	vij.	S. Zepherini pp. & M.
xi.	A	vi.	
	b	v.	S. Auguſtini. epiſc. & conf. Et S. Hermetis M.
xix.	c	iiij.	Decollatio S. Iohannis Baptiſte. Et S. Sabine. M.
viij.	d	iij.	SS. Mart. Felicis & Audacti. D. eg. h. xij.
	e	ij.	

Cuſpide prima ferit. quem ſeptima perdere querit.

Ter-

Tertia turbatur. Septembris dena minatur.
September habet dies. xxx. Luna xxix.
Nox habet horas. xij. Dies xij.

SEPTEMBER.

aur. nũs				
xvi.	f	Kal.		SS. Mart. xij. frũm & S. egidii abbatis.
v.	g	iv.	nn	S. Antonini. M.
	a	iij.	nn	D. eg. h. iij.
xiij.	b	ij.	nn	
ij.	c	Nonis		
	d	viij.	id	
x.	e	vij.	id	
	f	vi.	id	Natiuitas beate Marie virginis Et S. Adriani. M.
xviij	g	v.	id	S. Gorgonii. M.
vij.	a	iiij.	id	
	b	iij.	id	SS. M. Proti & Jacinti.
xv.	c	ij.		
iiij.	d	Idib.		
	e	xviij.	ka	Octubris. Exaltatio S. Crucis. & SS. M. Cornelii. & Cypriani.
xij.	f	xvij.		Octava beate Marie V & S. Nicomedis M. Sol in lib.
j.	g	xvi.		SS. M. Euphemie. Lucie. & Geminiani. Equinoctium.
	a	xv.		
ix.	b	xiiij.		
	c	xiij.		
xvij.	d	xij.		SS. M. Eustachii & sociorum ejus. Vigilia
vi.	e	xi.		S. Mathei apostoli & Evangeliste. D. eg. h. iiij.
	f	x.		S. Mauritii. M. cum socijs suis.
xiiij.	g	ix.		S. Lini Pp. & M.
iij.	a	viij.		
	b	vii.		
xi.	c	vi.		SS. Cypriani Epi. & M. & Justine. V. & M.
	d	v.		SS. M. Cosme & Damiani
xix.	e	iiij.		
viij.	f	iij.		Dedicatio basilice S. Michaelis Archangeli.
	g	ij.		S. Jeronimi presb. & conf.

Tertia Septembris. & quarta dabunt mala membris.

Tertius Octubris nulli decimuſque ſalubris .
Octuber habet dies xxxi Luna . xxx.
Nox habet horas . xiiii. Dies vō. x.

aurenũs				OCTUBER	
xvi.	A	Kal.		S. Remigii . epiſcopi & conf.	
v.	b	vi.	nn.		
xiii.	c	v.	nn.		D. eg h.v.
ij.	d	iiij.	nn.	S. Franciſci conf. Inſtitutor. ordinis minor.	
	e	iij.	nn.		
x.	f	ij.	nn.		
	g	Nonis		S. Marci . Pp. & conf. & SS. M. Sergi . & Bachi. Marcelli . & Apulei .	
xviii.	a	viii.	id.		
vii.	b	vii.	id.	SS. M. Dionisii . Ruſtici. & Eleutherii .	
	c	vi.	id.	S. Cerboni . epiſcopi & conf.	
xv.	d	v.	id.		
iiij.	e	iiij.	id.		
	f	iii.	id.		
xij.	g	ii.	id.	S. Calixti . Pp. & M.	
j.	a	Idibus			
	b	xvii.	ka	Novembris .	
ix.	c	xvi.			Sol in ſcorpione .
	d	xv.		S. Luce evangeliſte .	
xvii.	e	xiiij.			
vi.	f	xiii.			
	g	xij.		S. Ylarionis abbatis .	
xiiij.	a	xi.		S. Urſule cum . xi. millium martyrum.	D. eg h.ix.
iij.	b	x.			
	c	ix.			
xi.	d	viii.		SS. M. Criſanti & Darie .	
	e	vii.		S. Evariſti . Pp. & M.	
xix.	f	vi.		S. Yvonis . conf.	Vigilia .
viij.	g	v.		SS. apoſtolorum Symonis & Jude .	
	a	iiij.			
xvi.	b	iij.			
v.	c	ij.		Vigilia omnium Sanctorum	

Quinta dat Octubris . que nona colubris .

Quin-

Quinta Novembris obeſt. nulli lux tertia prodeſt.
November habet dies xxx. Luna. xxix.
Nox habet horas. xvi. Dies vero. viij.

NOVEMBER.

aur nūs				
	d	Kal.		Feſtivitas oium Sctorum. & S. Ceſarij M.
xiij.	e	iv	nn.	
ij.	f	iij.	nn.	
	g	ij.	nn.	SS. M. Vitalis & agricole.
x.	a	Nonis		D.h.viij.
	b	viii.	id.	S. Leonardi conf.
xviij.	c	vij.	id.	
vij.	d	vi.	id.	SS. M. quatuor coronatorum.
	e	v.	id.	Dedicatio baſilice Salvatoris. & S. Theodori. M.
xv.	f	iiij.	id.	SS.M. Triphonis. & Reſpicii. & Nimphe. V.
iiij.	g	iij.	id.	S. Martini. epiſcopi & conf. & S. Menne. M.
	a	ij.	id.	S. Martini. Pp. & M.
xij.	b	Idibus		S. Britii. epiſcopi & conf.
j.	c	xviij.	kal	Decembris.
	d	xvij.		
ix.	e	xvj.		
	f	xv.		Sol in ſagittario.
xvij.	g	xiiij.		Dedicatio baſilicarum Apoſtolorum Petri & Pauli.
vi.	a	xiij.		S. Helyſabeth. & S. Pontiani. Pp. & M.
	b	xij.		
xiiij.	c	xj.		
iij.	d	x.		S. Cecilie. V. & M.
	e	ix.		S. Clementis Pp. & M. & S. Felicitatis M.
xi.	f	viij.		S. Griſochoni M.
	g	vij.		S. Caterine. V. & M.
xix.	a	vi.		S. Petri Alexandrini Epiſc. & M.
viij.	b	v.		D.h.iiij.
	c	iiij.		
xvj.	d	iij.		S. Saturnini. M. Vigilia.
v.	e	ij.		S. Andree Apoſtoli.

Eſt octava canis. forte quarta videtur inanis

Hoc dat biſſena . decimique ſeptima dena
December habet dies . xxxi Luna . xxx.
Nox habet horas . xviii. Dies vero . vj.

DECEMBER.

aur nũs					
xiij.	f	Kal.			
ij.	g	iiij.	non.	S. Biblane . V. & M.	
	a	iij.	non		
x.	b	ij.	non	S. Barbare . V. & M.	
	c	Nonis		S. Sabbe Abbatis .	
xviij.	d	viij.	id.	S. Nicolai . epiſcopi et conf.	
vij.	e	vij.	id.	S. Ambroſii . epiſcopi et conf.	
	f	vi.	id.	Conceptio virginis Marie .	
xv.	g	v.	id.		
iiij.	a	iiij.	id	S. Melciadis . Pp. et M.	
	b	iij.	id	S. Damaſi . Pp. & conf.	
xij.	c	ij.	id.		D. eg. h. i.
j.	d	Idib		S. Lucie . V. et M.	
	e	xix.	kal	Januarii .	
ix.	f	xviij.			
	g	xvij.			
xvij.	a	xvi.			Sol in capricorno .
vi.	b	xv.			
	c	xiiij.			
xiiij	d	xiij.		Vigilia .	
iij.	e	xij.		S. Thome Apoſtoli .	
	f	xi.			
xi.	g	x.			
	a	ix.		Vigilia .	
xix.	b	viij.		Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti . Et S. Anaſtaſie . V. et M.	
viij.	c	vij.		S. Stephani prothomartyris .	
	d	vi.		S. Johannis Apoſtoli et Evangeliſte.	
xvi.	e	v.		SS. Innocentium .	
v.	f	iiij.		S. Thome Archiepiſcopi et M.	
	g	iij.			
xiij.	a	ij.		S. Silveſtri . Pp. et conf.	

Prima parat luctum . nullum dat ſeptima fructum .

Ani-

Animadverſiones in Kalendarium Eccleſiæ Setinæ.

TAnti eſt judicium, quod V. C. Laurentius Alexander Zacagnius Bibliothecæ Vaticanæ olim præfectus de codice Setinæ Eccleſiæ, in quo vita S. Lidani extant, ac de Kalendario in calce hujus codicis exarato, pronunciavit, ut in ejus ſententiam eruditos omnes ituros eſſe, confidam. Nullus enim, ut ex ipſa ejuſdem cenſura patet, quæ mox in hac appendice vulgatur, majori unquam diligentia, ac ſubtiliori inveſtigatione in codicem illum, ejus orthographiam, ſtylum, errores, ac in eum ipſum inquirere laudabilius potuit. Itaque hoc mihi tantum ſumo, ut nonnulla de hoc ipſo Kalendario, ac feſtis quibuſdam in eo adnotatis, animadvertam.

2 Horarum diei, & noctis diſtributio, aureus numerus, ordo litterarum Dominicalium, verſus item initio ſingulorum menſium, ſumpti ſunt ex Ephemeride, ſeu Kalendario Bedæ, quod proſtat inter ejus opera editionis Baſileenſis A. D. 1563. to. 1. pag. 242.

3 Ex feſtis diebus certioribus, qui in Kalendarium iſtud relati non ſunt, præter feſtivitatem Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis A. D. 1388. ab Urbano VI. inſtitutam, & a Bonifacio IX. ejus ſucceſſore anno ſequenti indictam, ut habet Baronius in notis ad 2. Julii, & Raynaldus ad annum 1389. num. 2. deeſt quoque *Præſentationis Deiparæ Virginis* feſtum, ac officium, quod ex Orientalium plagis, ubi jamdiu celebrabatur, Romam perduxit Philippus de Maſeriis, Cypri Regis ad Romanum Pontificem Orator. Eo verò officio ab Apoſtolica Sede diligenter examinato, Romæ quoque, ac in Occidente celebrari cœptum eſt A. D. 1372. Hæc autem eliciuntur ex litteris Caroli V. Francorum Regis, datis *Magiſtris*, & *Scholaribus* Navarrici gymnaſii die 10. Novembris A. D. 1374. in quibus rem totam de inſtitutione hujus feſti narrat, ac hortatur, ut quotannis die 21. Novembris ſolemniter celebretur. Eas litteras vulgavit Johannes Launoius in Hiſtoria Regii Navarræ gymnaſii Pariſienſis P. 1. capite 3. pag. 78. Perſpicuum eſt igitur, Kalendarium iſtud ex antiquioribus depromptum, ac ſenſim adauctum, ultra annum 1374. non procedit. Opportunum porro eſt, quoniam de feſtivitatibus B. Mariæ Virginis agitur, ut moneamus, in hoc ipſo Kalendario Nonis Auguſti haberi feſtum *Sanctæ Mariæ Virginis ad Nives*. Romæ antiquiſſimum fuiſſe feſtum hunc diem ſub dedicatione Baſilicæ S. Mariæ titulo, ſatis demonſtrat Martyrologium Hieronymianum a Franciſco Maria Florentinio editum, ubi Nonis Auguſti hæc notantur: *Romæ dedicatio Baſilicæ S. Mariæ*. Quod autem hoc feſtum peculiare fuerit hujus Baſilicæ, ex eo manifeſtum redditur, quod in aliis fere omnibus veteribus Martyrologiis, atque Kalendariis præteritum ſitum eſt, ac in ipſo uti ſecus Kalendario Baſilicæ Vaticanæ, de quo paullo poſt mentionem faciemus. Verum in memorata Baſilica, ſolemni cultu jam tum celebratam feſtivitatem, liquet ex diplomate Nicolai IV. apud Raynaldum A. D. 1288. num. 44. quo idem Pontifex indulgentias a Sixto III. Clemente III. Honorio III. Gregorio IX. & Alexandro IV. conceſſas confirmavit, ac abtinenda largitus eſt ad univerſos eam Baſilicam in *die dedicationis ejuſdem, in qua feſtum Nivis, per cujus commiſſionem*

Eccleſia

Filii ejus Domini noſtri, Domini Jeſu Chriſti, Bruſlarum ipſius Baſilicæ aſtus tempore annalitati inſti tunt, celebratur.

4 Prætere obſequenus Kalendarium Setinum in omnibus ferme convenire, præter duorum ſæculorum diſcrimen, cum Kalendario Baſilicæ Vaticanæ, quod præfixum erat Antiphonario membranaceo ejuſdem Baſilicæ exhibente ritus in Eccleſia Romana xii. ſæculo uſurpari ſolitos, et in lucem editum fuit A.D. 1686 a venerabili Dei ſervo Joſepho Maria Cardinali Thomaſio une cum Reſponſorialibus, & Antiphonarius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ pag. 2. In eo a noſtro differt, quod Vaticanæ Baſilicæ Kalendario additur nomina menſium apud Hebræos, & Græcos, quæ etiam in Bedæ Ephemeride leguntur: verſus præterea de dierum cujuslibet menſis obſervatione conjunctim, initio cujuſque menſis apponuntur; in Setino vero eber verſus primo menſis dei præfigitur, alter verſus extremâ collocatur. Veterenum die Epiphaniæ hæc habet: *A Feſto ſtellæ numerando perfice lunam XL. dies, & ſeptuageſima fit,* Setinum vero: *Et ſi infra eam fuerit ſuperadditur unus. Si vero in luceat Domini ſubponi ſequentem.* In Vaticano ad extremum menſis Februarii hi duo item verſus ſcripti ſunt:

Præeunte cathedram, dat tardius Alle vacare.
Cedit Hyems retro cathedratu Simone Petro.

Setinum verò in feſto cathedræ hunc tantum e regione verſum exhibet:

Cedit yems retro cathedrato Simone Petro.

5 In Setino etiam rubeo charactere hui ſignatur feſtum Sanctorum Martyrum Petri, & Marcellini, eique Eraſmi Epiſcopi, ad iv Idus Junii, propterea quia Sancti Marcellinus Presbyter, & Petrus Exorciſta, quorum antiquiſſimus cultus per univerſam Eccleſiam hac die in Martyrologiis omnibus vetuſtiſſimis, eorumque nomen quotidie in canone Miſſæ celebratur, Setinorum Patroni habentur, & dies ei Junii ſacra ſolemniſque apud eos fit. S. Eraſm Formiis in Campaniæ martyrio coronati memoria, & celebritas adeo ceſſata eſt, ut S. Gregorius lib. 2. epiſt. viii. Formiis, S. Eraſmum requieviſſe, aſſirmet, & S. Benedictus eum impenſe coluerit. Formiis everſo, Cajetam tranſlatæ ſunt illius ſacræ exuviæ. De quibus omnibus diligentiſſime Baronius in notationibus, indeque Bollandium ſocii hac de egerunt.

Iuoll tom. 1. pag. 2ll.

6 Quod autem attinet ad Sanctorum feſtivitates, quæ in hoc Kalendario rubeo item deſcriptæ ſunt, eæ fere omnes, præter feſta propria Sanctorum ex ordine Fratrum Minorum, ſæculo xiv. a clero & populo ex cuſtodiate Romanæ Eccleſiæ cum abſtinentia ab operibus ſervilibus celebrabantur. Hinc enim morem eo ipſo ſæculo commemorat Radulphus e Rivo Decanus Tungrenſis in libro, quem de Canonum obſervantia inſcripſit, Propoſitione xvii. ubi hoc adnotat: *Notum eſt autem quod feſta Domini, & ſue matris, inventionis S. Crucis duodecim Apoſtolorum, Nativitatis Baptiſtæ, Laurentii, Michaelis, & Dedicationis Eccleſiæ, auſtoritate Apoſtolica a clero, & populo celebrantur. Et ſimiliter generali conſuetudine Patronus Eccleſiæ, Converſio S. Pauli, Cathedra, & ad vincula Petri, feſta Martini, & Nicolai, Magdalenæ, & Catharinæ.* Igitur in Kalendario Setino rubeo item omnes pene feſtivitates ab Radulpho enumeratæ, deſignantur, ac præterea feſta dies Evangeliſtarum, & quatuor Doctorum Eccleſiæ, quos ſub ritu duplici celebrari præcepit Bonifacius viii. A.D. 1295. ut narrat auctor vitæ ipſius Benedictus, ac ipſe Radulphus teſtatur, loco mox

Biblioth. PP. tom. xxvi. pag. 307.

Raynaldus A. D. 1295. 675.

iura aſſero. Pleriquae ex his feſtis imminuit Urbanus viii. edita Conſt. *Bullae Roman.* ſtitutione A. D. 1642. Carolus Gayetus Societatis *Jeſu* in hortuloqua, *t. vi. pag. 400.* ſive de feſtis propriis locorum, & Eccleſiarum libro ii. cap. xx. quaeſ. v. accuratius perſcribens feſta, quae ante promulgatam Urbani viii. Conſtitutionem vitae in locis agebantur; menſe Januario converſionem *S. Pauli Apoſtoli* ſtatuit; Februario *Cathedram S. Petri Antiochiae*, Martio feſtivitatem *S. Gregorii*, Aprili *S. Marci Evangeliſtae*, Majo *Joannis ante portam Latinam*, & *Apparitionis S. Michaelis Archangeli*, Junio *Barnabae Apoſtoli*, Julio *S. Mariae Magdalenae*, Augusto *Petri ad vincula*, *S. Mariae ad nives*, *Auguſtini Epiſcopi*, *Decollationis S. Io. Baptiſtae*, Septembri *Exaltationis S. Crucis*, & *S. Hieronymi*, Octobri *S. Franciſci* & *S. Lucae Evangeliſtae*. Menſe Novembri in noſtro Kalendario addimus dedicationes *Baſilicae Salvatoris*, & *Apoſtolorum Petri*, & *Pauli*, Decembri vero, ut ceteris, *S. Nicolai*, *Ambroſii*, *Conceptionis B. Virginis*, & *S. Luciae*. Ex quibus apparet, feſta illa, quae in Kalendario Setino rubrum characterem praeferunt, ſaeculo xiv. ſervata a clero, & populo Setino fuiſſe, ſecundum multarum regionum conſuetudinem, in quibus per ea tempora ii dies feſtivo cultu agebantur, ac inter eos locum habent Patroni Eccleſiae, & civitatis Setinorum, nimirum Sancti *Petrus*, & *Marcellinus martyres*, atque *Eraſmus Epiſcopus* die 2. Junii, & *S. Lidanus Abbas* die 2. Julii.

Poſt Kalendarium, verſus in S. Lidani laudem exarati, habentur, ut eſt in pagina, quae ſequitur.

URbs Setina potens, Lidani
Nova gaudia pange;
Hujus ad obſequium,
Concurrens organa tange:
Moenibus atque ruis
Puro cum pectore clange.
℣. Ora pro nobis Beate Lidani.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

In codice habetur repetitio eorumdem verſuum, per notas Gregorians cantus diſtributa: deinde ſequitur ratio inveniendi lunam.

✠ a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t.

Queſta ſtene la regula e la raſcione della luna, la quale ene compiata ſopra le ſopradicte xviiij. lectere dello alfabeto ſicome vedi di ſopra e oine una di queſte lectere corre per uno anno incomenſando dalla pmo dì di Jennaro, alla levata dei Sole e incomenſa la A. infine a.t. e finita comenſa dalla, a. e coſsì dura in perpetuo.

E riguardaraij ſempre alle xir. tabule delli menſi ſubſcpti innanti; e dove troveray quella lettera che corre quello anno loco faray la luna alle tante die a quelle hore, e a quelli puncti, e in delli anni Dñi MCCCLXXV. corſe la letera della A.

E facci che xxiv. hore ane lu die e la nocte; e una hora dove MLXXX. puncti e oñe luna ave die xxviiij. hore xij. e puncti cvij lxxxxiij.

Nota che la luna ſtane in ciaſcuno ſegno die ij. e hore viij. e puncti xlviij.

E nota che oinedre qñ la luna creſce, creſce puncti xlviij. e coſsì quando e mancha.

* Charattere recentiori.

* E facciate che nelli 1504. ſi corre la lrã q.
1553. corre la lra G.

JEN-

JENNARO				FREBAYO			
Dies		Hore	Punĉti	Dies		Hore	Punĉti
j	m	v	nulli	j	a	viii	c^{ii}lxxxviiij
ij	x	xviiij	c^{vi}lxxvi	ij	i	viiij	c^{iii}xxxviiij
iij	i	xviiij	c^{v}xxvi	iij	*	*	
iiij	*	*		iiij	r	xvii	c^{ii}v
v	*	*		v	*	*	
vi	r	iiij	c^{iii}lxxxxij	vi	f	v	c^{viii}lxxxv
vii	f	xvii	clxij	vii	*	*	
viii	*	*		viii	o	xi	xxiiij
viiij	o	xvii	clxij	viiij	c	xiiij	c^{vii}lxxiiij
x	*	*		x	l	viiij	c^{viii}xxiiij
xi	c	i	M.lxj	xi	t	xxiii	c^{v}lxxxxiij
xii	l	xxi	cxxxj	xii	h	xxiii	c^{v}xliij
xiii	t	x	c^{viii}lxxx	xiii	*	*	
xiiij	h	x	c^{viii}xxx	xiiij	*	*	
xv	*	*		xv	q	viii	c^{vii}viiij
xvi	q	xviiij	c^{vi}lxxxxvi	xvi	e	xxi	lxxviiij
xvii	e	viii	c^{iii}xxxvi	xvii	*	*	
xviii	*	*		xviii	n	xvii	c^{ii}xxviij
xviiij	*	*		xviiij	*	*	
xx	n	iiij	c^{v}xv	xx	b	v	c^{viii}lxxix
xxi	b	xvii	clxxxv	xxi	h	v	c^{viii}xxxj
xxii	h	xvii	cxxxviii	xxii	*	*	
xxiii	*	*		xxiii	s	xiiij	c^{vii}lxxyxiv
xxiiij	*	*		xxiiij	g	xiiij	c^{vii}xl
xxv	s	r	l	xxv	p	xxiii	c^{vi}xiii
xxvi	g	i	M.xxxiij	xxvi	*	*	
xxvii	p	x	c^{viiii}	xxvii	d	xii	c^{ii}lxxxiij
xxviii	d	xxiii	c^{v}lxx	xxviij	*	*	
xxiiij	*	*					
xxx	m	xviii	c^{vii}xviiij				
xxxj	*	*					

*

MARZO				APRILE			
Dies		Hore	Puncti	Dies		Hore	Puncti
j	m	vii	c^{iv} xxxii	j	a	viiij	c^{viii} lxxxxv
ij	a	xxi	cij	ij	i	viiij	c^{viii} xlv
iij	i	xxi	cij	iij	*	*	*
iiij	*	*		iiij	r	xviii	c^{vii} xi
v	*	*		v	*	*	
vi	r	v	c^{viiij} xcviii	vi	f	vii	c^{iii} lxxxi
vii	f	xviii	c^{vi} lxviii	vii	o	iii	c^{v} xxx
viii	o	xiiij	c^{viiij} xvii	viii	c	xvi	c^{ii}
viiij	*	*		viiij	*	*	
x	c	iij	c^{iii} lxxxvii	x	l	xi	xxxv
xi	l	xxii	c^{vi} xxxvii	xi	*	*	
xii	*	*		xii	s	i	xviiij
xiii	s	xii	c^{iii} vi	xiii	h	viiij	c^{viiii} xv
xiiij	h	xii	c^{ii} lvi	xiiij	*	*	
xv	*	*		xv	q	viiij	c^{iii} xv
xvi	q	xxi	cxxij	xvi	e	xxii	c^{v} lxxxv
xvii	*	*		xvii	*	*	*
xviii	c	viiij	c^{viii} lxxii	xviii	n	xviii	c^{vi} lxxiiij
xviiij	*	*		xviiij	*	*	*
xx	n	v	Mxxj	xx	b	vii	c^{iii} iiij
xxi	b	xviij	c^{vi} lxxxxj	xxi	k	vii	c^{iii} lvii
xxii	k	xviij	c^{vi} xliiii	xxii	s	xvi	c^{ii} xx
xxiii	*	*		xxiii	*	*	*
xxiiij	s	iij	c^{v} vii	xxiiij	g	xvi	clxxxiij
xxv	*	*		xxv	*	*	*
xxvi	g	iij	xlvj	xxvi	p	iij	xxxix
xxvii	p	xii	c^{iii} xxvj	xxvii	d	xiij	c^{vii} lxxxix
xxviii	*	*		xxviij	*	*	*
xxviiij	d	xx	Mlxx	xxviiij	m	viii	c^{viii} xxxviii
xxx	m	xx	cxlv	xxx	a	xxii	c^{vi} viii
xxxj	*						

MA-

Dies	MAYO	Hore	Puncti	Dies	JUGNO	Hore	Puncti
j	i	xxii	c^{v} lviii	j	*	*	*
ii	*	*		ii	r	xx	cxxxvij
iii	*	*		iii	*	*	*
iiij	r	vii	c^{iiii} xxiiij	iiij	f	viii	c^{viii} lxxxvij
v	f	xx	lxxxxiiij	v	o	iiij	MXXX
vi	o	xvi	c^{ii} xiiij	vi	c	xvii	c^{vii} vj
vii	*	*		vii	*	*	
viii	c	iiii	c^{viii} xliii	viii	l	xii	c^{vi} lix
viiij	*	*		viiij	*	*	
x	l	xv	lxiij	x	t	ii	c^{v}
xi	t	xiij	c^{viii} xii	xi	h	ii	c^{iiii} xlv
xii	h	xiij	c^{vii} lxij	xii	*	*	*
xiii	*	*		xiii	q	xi	c^{iii} xli
xiiij	q	xxii	c^{vi} xxviij	xiiij	*	*	
xv	*	*		xv	e	xii	xi
xvi	e	xj	c^{ii} xcviii	xvi	n	xx	clx
xvii	n	vii	c^{iii} xlvij	xvii	*	*	
xviii	*	*		xviii	b	viii	c^{viiii} x
xviiii	b	x	c xvij	xviiij	k	viii	c^{viii} lxiii
xx	k	x	lxx	xx	s	xi	c^{vii} xxvi
xxi	*	*		xxi	*	*	
xxii	g	iiij	M c xiii	xxii	g	xvij	c^{vi} lxxviiij
xxiii	*	*		xxiii	*	*	
xxiv	g	iiij	c^{viiii} xcvj	xxiiij	p	ii	c^{v} xlvii
xxv	p	xiij	c^{viii} xxxii	xxv	d	xv	c^{ii} xv
xxvi	*	*		xxvi	*	*	
xxvii	d	ii	c^{v} ij	xxvii	m	x	c^{iii} lxlv
xxviii	m	xxi	c^{vi} ij	xxviii	*	*	
xxviiii	*	*		xxviiij	a	i	xxxiiij
xxx	a	xi	c^{iii} xxi	xxx	t	xxiii	Mlxiiij
xxxi	j	xj	c^{ii} lxxj				

JULIO				AGOSTO			
Dies		Hore	Puncti	Dies		Hore	Puncti
j * *		*		j *	*		
ii	r	viii	c^{viii} xxx	ii	f	i	c^{iii} xiii
iii	f	viii	c^{viii} lxxxi	iii	o	vi	c^{iii} lxii
iiij	o	xvii	c^{vii} xlviiij	iiij	c	xviiii	cxxxii
v	*	* *		v	*	* *	
vi	c	vi	c^{iiii} xviiij	vi	l	xiiii	c^{ii} lxxxi
vii	*	* *		vii	*		
viii	l	i	c^{v} lxviiij	viii	t	iii	xxxxi
viiij	t	xv	c^{ii} lxxxviii	ix	h	iii	c^{viiii} lxxxi
x	h	xv	clxxxviii	x	*	*	
xi	*	* * *		xi	q	xii	c^{viii} xlviii
xii	*	* *		xii	*	*	
xiii	q	x	liiij	xiii	e	j	c^{ii} xvii
xiiij	e	xii	c^{viii} iiij	xiiij	n	xxi	c^{v} lxvi
xv	*	* *		xv	*	* *	
xvi	n	viii	c^{viiii} liii	xvi	b	x	c^{iii} xxxvi
xvii	h	xxi	c^{vi} xxiii	xvii	k	x	c^{ii} lxxxviiij
xviii	b	xxi	c^{v} lxxvi	xviii	s	xviiij	clii
xviiij	*	*		xviiij	*		
xx	s	vi	c^{iiii} xxxix	xx	g	xviiij	cv
xxi	*	*		xxi	*	*	
xxii	g	vi	c^{iii} lxxxxii	xxii	p	iii	xlii
xxiii	p	xv	c^{ii} liiij	xxiii	d	xvi	c^{vii} xxi
xxiiij	*	* *		xxiiij	*	*	
xxv	d	iii	xviij	xxv	m	xi	c^{viii} lxx
xxvi	m	xxiii	lxxvii	xxvi	*	*	
xxvii	*	* *		xxvii	a	j	liiij
xxviii	a	xii	c^{viii} xxvii	xxviii	f	j	c^{iii} lxxxx
xxviiij	i	xii	c^{vii} lxxvii	xxix	*	*	
xxx	*	* *		xxx	r	x	c^{iii} lvi
xxxj	r	xxj	c^{vi} xliij	xxxj	ſ	xxiij	xxvj

SE-

SEPTEMBRE				OCTOBRE			
Dies		Hore	Puncta	Dies		Hore	Puncta
j	o	xviii	clxxv	j	o	vii	c^{viii}lxviii
ij	*			ii	c	xx	c^{vi}xxxviii
iij	c	iii	c^{viii}xxv	iii	*	*	
iiij	*			iiij	l	xxv	c^{vii}lxxxviii
v	l	ii	Mlxxii	v	*		
vi	t	xviiij	c^{iii}xliiij	vi	t	v	c^{iii}lvii
vii	h	xvi	c^{vi}lxxxxiiij	vii	h	v	c^{iii}vii
viij	*	*		viii	*		
viiij	*	*		viiij	q	xiiij	c^{ii}lxxiii
x	q	j	Ml	x	*		
xi	e	xiiij	c^{ii}xxx	xi	e	ii	Mxxiii
xii	*	*		xii	n	xxiii	lxxxxii
xiii	n	x	c^{iii}lxxviiij	xiii	*	*	
xiiij	b	xxiii	xlviiij	xiiij	b	xi	c^{viii}xlii
xv	k	xxiii	ij	xv	k	xi	c^{vii}lxxxxv
xvi	*	*		xvi	s	xx	c^{vi}lviii
xvii	s	vii	c^{viii}xlv	xvii	*		
xviii	*	*		xviii	g	xx	c^{vi}xi
xviiii	g	vii	c^{vii}lxxxxv	xviiij	*		
xx	p	xvi	c^{vii}lxiiij	xx	p	v	c^{iv}lxxvii
xxi	*			xxi	d	xviii	cxlvii
xxii	d	v	c^{iii}xxxiiij	xxii	*	*	
xxiii	*	*		xxiii	m	xiiij	c^{ii}lxxxxvi
xxiv	m	j	c^{vi}lxxxiii	xxiiij	*	*	
xxv	a	xiiij	c^{ii}liii	xxv	a	ii	Mxlvi
xxvi	j	xiiij	c^{ii}v	xxvi	i	ii	c^{viii}xcviiij
xxvii	*			xxvii	*	*	
xxviii	r	xxiii	lxviiij	xxviii	r	xi	c^{viii}lxxxxij
xxviiii	*			xxviiij	f	xii	
xxx	f	xj	c^{viii}xviiij	xxx	o	xx	clxxxj
				xxxj	*		

NO-

NOVEMBRE

Dies		Hore	Puncti
j	c	viiij	c^{iii} li
ii			
iii	l	iiij	c^{v} i
iiij	t	xviii	clxxvi
v	h	viii	cxx
vi			
vii	*		
viii	q	ii	mlxvi
viiij	e	xv	c^{iiii} xxxvi
x	*		
xi	n	xi	c^{viii} lxxxv
xii	b	xxiii	c^{v} lv
xiii	k	xxiii	c^{v} viij
xiiij	*		
xv	s	viiij	c^{iii} lxxxxi
xvi	*		
xvii	g	viiij	c^{iii} xxiiij
xviii	p	xviii	clxxxx
xviiij	*		
xx	d	vi	lxxxxiiij
xxi	*		
xxii	m	iii	viiij
xxiii	a	xv	c^{vi} lv
xxiiij	i	xv	c^{vii} viiij
xxv	*		
xxvi	*		
xxvii	r	xi	c^{v} lxxv
xxviii	f	xij	c^{ii} xlv
xxviiij	o	viiij	c^{iii} xciiii
xxx	c	xxii	cxiiij

DECEMBRE

Dies		Hore	Puncti
j *	*		
ii	l	xvii	c^{ii} xiiij
iii	*		
iiij	t	vi	c^{viii} lxiii
v	h	vi	c^{viii} xiii
vi	*		
vii	q	xv	c^{vii} lxxix
viii	*		
ix	e	iiij	c^{iii} lxix
x	*		
xi	n	iiij	c^{v} xcviii
xii	b	xiii	c^{v} lxviij
xiii	k	xiii	c^{ii} xxii
xiiij	*		
xv	s	xxii	lxxxxiiij
xvi	g	xxii	xxxvii
xvii	*		
xviii	p	vi	c^{viii} lxxxiii
xviiij	d	xviiij	c^{v} lui
xx	*		
xxi	m	xv	c^{viii} ii
xxii	*		
xxiii	a	iiij	c^{iii} lxxii
xxiiij	i	iiij	c^{iii} xxii
xxv	*		
xxvi	r	xiii	c^{ii} lxxxviii
xxvii	f	xiii	c^{ii} xli
xxviii	o	xxij	cvii
xxix	*		
xxx	c	x	c^{viii} lvij
xxxj			

II.

LAURENTII ALEXANDRI ZACAGNII Bibliothecæ Vaticanæ præfecti recenſio codicis membranei Eccleſiæ Setinæ.

Poſtulavit a me Vir dignitate, atque doctrina conſpicuus, ut ſcriptum Eccleſiæ Setinæ viginti duorum ex membranis foliorum codicem, in quo S. Lidani Abbatis vita ac miracula, nec non SS. Petri, & Marcellini Martyrum acta, aliaque nonnulla continentur, accurate perpenderem, ac meam de ejus authentia, deque tempore, quo ſcriptus fuit, ſententiam libere proferrem. Non potui non parere Amiciſſimo Viro æque, juſtaque petenti, ſuoſque eruditos ſudores ad illuſtrandas antiquiſſimæ, nobiliſſimæque patriæ res tanta cum laude verſantis. Toto itaque codice, ea, qua par erat, diligentia, perluſtrato, ac inſuper characterum, quibus exaratus eſt, forma, aliiſque rebus in eodem contentis, attente conſideratis, nihil reperi, quod falſitatis, atque ſuppoſitionis vel minimam ſuſpicionam afferre poſſit, quinimo eundem codicem decimoquarto æræ chriſtianæ ſæculo, hoc eſt intra annos ab Incarnatione Domini MCCC. & MCCCC. ſcriptum fuiſſe, certis argumentis pro ea peritia, quam diutina veterum hujuſce generis monumentorum uſu, ac lectione mihi comparavi, ſatis ſuperque deprehendi. Et ſane, ut ab ipſo operculo examen noſtrum inchoetur, antiquitatem ejus nemo non agnoſcit, ſi veterem libros compingendi formam, ſi corii qualitatem, ſi Monachi baculum librumque gerentis, quem S. Lidanum eſſe puto, pervetuſtam imaginem eidem affixam, ſi denique ſemeſas a tineis blattiſque tabellas, coriumque easdem conjungens, inſpexeris. Obſervandæ præterea ſunt earundem blattarum, tinearumque corroſiones, quæ ab operculo initium ducentes, ad libri membranas perveniunt, & arte nequaquam imitabilibus cuniculorum ductibus, à prima ad ultimam paginam totum ita perforant codicem, & modo integras modo dimidias verborum literas delent, ut uno eodemque tempore, & ab eiſdem tineis factas fuiſſe dilucidè appareant, ſimulque demonſtrent cuncta, quæ in ejuſdem libri membra-

Ad cap. LXIX. pag. 77. 78.

branis continentur non poſt compactum codicem, ſed multo ante exarata fuiſſe, cum nullo artificio dimidiæ illæ lineæ, factis jam foraminibus, aptari & appingi poſſint; quod ſi plures linearum corroſiones in membranis, quam in operculo appareant, id evéniſſe patet, quia perforatis dudum tabellis, chartæ folia inducta fuere, quæ veteres quidem tegere, novis tamen impedimento eſſe non potuerunt. Sunt etiam in eiſdem operculi tabellis claviculi nonnulli, qui æruginis ſuæ maculis codicis membranas infecerunt; ex quibus omnibus clara patet, eaſdem membranas non heri, aut nudius tertius, vetere aliquo tegmine ab alio pervetuſto codice ad fucum poſteris faciendum mutuato, tectas fuiſſe, ſed antiquitus ita fuiſſe compactas, uti modo cernimus, id quod etiam ſubluridi fili ligamenta cum iribus corii teniolis in ipſis operculi tabulis affixis, colligata, luculenter oſtendunt.

2 Membranarum quoque ipſarum qualitas, & unus idemque in ſingulis pallor, codicis antiquitatem ſatis produnt, eò præſertim quod evanidus atramenti color earundem pallori prorſus reſpondeat, quod a falſariis ex antiquis codicibus membranas ſumentibus, ut ſua in ipſis figmenta deſcribant, tam arte effici nequit, ut fraus à peritis antiquariis non deprehendatur.

3 Jam vero characteres, quibus, exarata ſunt tota vita S. Lidani, & SS. MM. Petri & Marcellini Martyrum acta, ij ipſi ſunt, quibus noſtratum regionum librarii in ſcribendis codd. decimoquarto æræ chriſtianæ ſæculo, & majore ſequentis ſæculi parte potiſſimum utebantur, ut ex accurata eorum codicum, quos iiſdem temporibus ſcriptos fuiſſe certiſſimis argumentis conſtat, collatione, atque comparatione adduci poteſt. Habuerunt enim quæque regiones ſingulis ſæculis peculiares ſcribendi modos, & characterum formas, pro temporum varietate mutatos, ut multis allatis exemplis, probat Joannes Mabillonius diligentiſſimus veterum codicum perſcrutator in tractatu de re Diplomatica, qui multis aliis exemplis ope Italicorum codicum augeri poſſet, eſtque res apud omnes veterum librorum ſtudioſos notiſſima. Multa ſunt autem indicia a literarum ductibus, verborumque compendiis ſumpta, quæ noſtram de Setinæ Eccleſiæ codice ſententiam comprobant, quæque

que facilius antiquariæ artis periti per ſe intelligant, quam quiſpiam verbis reguliſque explicare valeat. Nos tamen ad faciendam aſſertionibus noſtris fidem, unum aut alterum argumentum adducemus.

4 Solebant qui ab anno circiter MCC. ad annum fere MCCCC. codicibus ſcribendis operam navabant literam i obtorta lineola tranſverſim ducta hoc pacto ꝑ in fine lineæ ad eam aliis lineis coæquandam, collocare & interdum quoque duplici litera i. in hunc modum ɨɨ efformata utebantur, cum majus lineæ ſpatium implendum erat. Hic mos in Setinæ Eccleſiæ codice religioſè ſervatur.

5 Simplici quoque literæ i. rariſſime XI. æræ chriſtianæ ſæculo rarè ſæculo XII. frequenter autem ſæculo XIII. & XIV. accentus acutos, levi ut plurimum calami tractu ſuperponi conſuevit, cum non ante initia ſæculi XV. punctus eidem literæ adiungi cœperit, ut late probat Jo. Mabillonius de re Diplomatica lib. I. cap. XI. ac præterea pag. 428. & 432. ejuſdem libri, quod nos aliis plurimis, ſi opus eſſet, exemplis oſtenderemus. Hujuſmodi accentus ſupra eandem literam plerumque apparent in Setinæ Eccleſiæ codice, & licet evanidi adeo ſint, ut alio atramento nonnullis exarati fuiſſe videri poſſint, nihilominus ab una eademque manu, plus atramenti in literis, quam in accentibus adhibente, ſcriptos fuiſſe conſtat, unde coloris orta diverſitas, quod etiam in cæteris ejuſdem ævi, aliiſque vetuſtis codd. obſervatur.

6 Scite obſervat rei antiquariæ peritiſſimus Leo Allatius in animadverſionibus in antiquitatum Etruſcarum fragmenta ab Inghiramio edita num. 47. & 48. & ex Allatio Mabillonius de re Diplomatica lib. I. cap. XI. num. 15. interpunctionem illam, quam virgulam vocamus, recentium temporum inventum eſſe, cum veteres librarii punctis tantummodo, diverſimodè locatis, periodi partes diſtinguerent, & ubi virgulam nunc ponimus, punctum antiquitus adhiberent. Hæc minime dubia doctiſſimorum virorum obſervatio, Setinæ Eccleſiæ codicis antiquitatem confirmat, In eo enim nullibi virgulæ apparent, præter quam fol. 6. col. 4 & fol. 7. col. I quas tamen recenti manu antiquis punctis ſuperadditas fuiſſe, eorundem punctorum, adhuc apparentium, veſtigia fortiſſimè evincunt.

7 In hoc etiam Setinæ Eccleſiæ codice delendæ ſupervacaneæ literæ ſignum, puncta ſunt eidem literæ ſubtus poſita, ut videre eſt fol.6. col.1. quod itidem nonniſi antiquis librariis in uſu fuit, ut Mabillonius quoque notat lib. II. mox laudati operis cap.1.num.10.

8 Initiales quoque literæ, minio aliiſque coloribus affabre delineatæ, mirè conveniunt cum aliis codd. ab An. MCCC. ad Annum MCCCC. exaratis. Nec putes eas diverſa manu, vel tempore ſcriptas eſſe, quæ minus vividum colorem præſeferunt; nam ea diverſitas non ex fraude aliqua, ſed ex diverſa colorum natura provenit, quos non æque temporum injuriæ reſiſtere notum eſt iis, qui plures veteres codices inſpexere.

9 Denique orthographiæ ratio, in toto Setinæ Eccleſiæ codice obſervata, antiquitatem apprime redolet; in eo enim nunquam reperies diphtongum, literis a, & e in unum quaſi conflatis, hac nota æ vel ę ſcriptam, ſed ejus loco ſimplex litera e legitur, more omnibus ferè antiquis librariis conſueto, de quo Conringius apud toties laudatum Mabillonium, & Mabillonius ipſe loco mox citato num. XI. teſtatur. Omitto voces diverſo ac nunc ſcribimus modo exaratas, puta *palluſtrit*, *dimictit*, *ammictet*, *ſet*, *ſullempnitat*, *ſollempnia*, *ſompnum* *inſompnitat*, *obmiſſe*, *hedifi.ari*, *habundanter*, *habiit*, *paleſi at*, & ſi quæ ſunt ſimilia, pro *paluſtrit*, *dimitte*, *ammitter*, *ſed*, *ſolemnitat* *ſolemnia*, *ſomnum*, *inſomnitas*, hoc eſt vigilia, *obmiſſe*, *ædificari*, *abundanter*, *abiit*, *palleſcat*; hæc enim ſcribendi ratio non recens, ſed antiquæ orthographiæ ſimilis eſt, ut ibidem Mabillonius pluribus probat.

10 Porro in ea Setini codicis parte, quam hactenus examinavimus, non pauca ſunt indicia ex erroribus ibidem plures occurrentibus, petita, quæ clare nos docent, ipſum ex alio vetuſtiori codice deſcriptum fuiſſe. nam fol.1.col.2. lin. ultima habet *adueget*, pro *abueget*. Folio 3. col.1. lin. penult. *triplicamoris* pro *triplica: eris*. Ibidem col.3 lin.17. *Longimatur*, pro *longe motus*. Fol 5.col.3. lin.12. *recipere* pro *reſpicere*. Ibidem folio 6. col 1. lin 4. *tentina* pro *trutina*. Ibidem lin.9. *Agebat* pro *ajebat*, & folio eodem col.2. lin.3. a fine *placidum* pro *placitum*. Denique fol 7. col.3. lin.4. a fine, *occulta viſione*, pro *oculata*, & folio 10. lin 8.

lin 8 *penſionem*, pro *præhenſione*. Quæ omnia librarii, vel dictata perperam excipientis, vel quæ ob literarum compendia, aut alia de cauſa non bene legerat tranſcribentis, hallucinationes eſſe, nullus dubitaverit, ſi codices ex antiquioribus exemplaribus deſcriptos nonnunquam legerit, aut quæ de ſimilibus orthographiæ erroribus tradit Mabillonius in ſæpius laudato opere lib. II. cap. 1. accuratè perpenderit.

11 Poſt SS. Petri & Marcellini Martyrum acta ſequuntur orationes, & hymnus in S. Lidani feſto recitandæ, omiſſa non ſemel librarii veteris incuria initialium literarum pictura. Hæ orationes, quæ in dies creſcente S. Lidani cultu compoſitæ fuerunt, diverſâ à præcedentibus manu, & paulo recentiori ævo ſcriptæ fuiſſe videntur, ut ex poſitis ſuper literam i, minoribus jam accentibus, & ad punctûl ſimilitudinem nonnihil accedentibus, quando alia nulla indicia ſupereſſent, dignoſci poſſet.

12 Has orationes excipit Calendarium, minori quidem characterum forma, ſed eâdem, ut bene conſideranti patebit, manu exaratum, qua S. Lidani vita, & SS. Petri & Marcellini Martyrum acta in eodem codice exhibentur. Calendarium hoc ex vetuſtiori codice deſcriptum, additiſque variis recentioribus, aliiſque propriis Sanctorum feſtis, Setinæ Eccleſiæ uſibus aptatum fuit, & fortaſſe ad Fratres Ordinis Minorum, quorum non pauca continet feſta, olim pertinuit. In codice autem illo vetuſtiori, Bedæ, ni fallor, computus habebatur, cum Calendario, quod Mathematicæ ſcientiæ, haud ignarus ſæculo IX. vel X. cum aſtronomicis ſupputationibus comparaverat, nam in Setinæ Eccleſiæ codicis Calendario æquinoctium ſciſcitur, non XII. ſed XVII. Cal. Apr. ſeu die XVI. Martii, ad quam uſque diem, cœleſtium motuum anticipatione, verum æquinoctium ſæculo nono, decimoque receſſerat, cum Eccleſiaſticum in Martii XXI. die ſemper maneret. Præterea in eodem Setinæ Eccleſiæ Calendario, ſingulis menſibus, calculus horarum dierum, ac noctis præfigitur, qui ſeptentrionalium partium, non Italiæ climati convenit. Julii ſiquidem menſis diebus decem & octo horas, decembris vero noctibus ſex horas attribuit, quod ſub duodecimo tantum ſeptentrionis climate evenit, ubi, ut idem Beda teſtatur, æſtivo tempore adeo brevis eſt nox, ut matutinum

crepuſculum cum veſpertino propemodum conjungatur.

13 Porro ex Sanctorum feſtis in eodem Calendario enumeratis, quod de ejus antiquitate modo affirmavimus, abunde comprobatur. In ipſo etenim plura feſta leguntur, quæ XIII æræ chriſtianæ ſæculo, teſte Baronio in notis ad Martyrologium, indicta fuere, puta, Translatio S. Franciſci, feſta S. Antonii Ord. Minorum, S. Petri Martyris Ord. Prædicatorum, S. Claræ Virginis, necnon octava feſti Nativitatis B. M. Virginis, quam in Concilio Lugdunenſi A. D. 1245. inſtitutam fuiſſe, refert Raynaldus eodem anno num. 54. Nullum autem recentius feſtum in eodem Calendario legitur, quam S. Ludovici Epiſcopi & confeſſoris Ord. Minorum, quem Anno 1317. in Sanctorum album relatum fuiſſe, laudatus modo Baronius in notis ad Martyrologium teſtatur. Deeſt denique feſtum Viſitationis B. Mariæ Virginis ab Urbano VI. inſtitutum, & a Bonifacio IX. publicatum Anno 1389. ut ibidem Baronius refert; quare dicendum eſt idem Calendarium inter Annum 1317. & An. 1389. ex vetuſtiori ſæculi noni, vel decimi Calendario, additis novorum Sanctorum feſtis ab uno eodemque librario, qui S. Lidani vitam, & SS. Petri & Marcellini acta exaravit, fuiſſe deſcriptum.

14 Præter Calendarium habetur etiam in eodem Setinæ Eccleſiæ codice computus Lunaris motus, charactere quidem diverſo ab eo, quo reliquus codex ſcriptus fuit, ſed ejuſdem, aut paulo recentioris manus. Hunc anno 1375. ſcriptum fuiſſe non ambigo, nam aureo illius anni numero ad alios ſuccedentium annorum ordinandos utitur, more à computorum auctoribus dudum recepto, qui exempla ab eo mutuari tempore ſolent, quo ſuas tabulas in poſterorum uſum concinnarunt, ut iis notum eſt, qui nonnullam calculatoriæ artis, ejuſdemque ſcriptorum notitiam habent.

15 Cum tot tantiſque argumentis Setinæ Eccleſiæ codicis antiquitas, & authentia adſtruatur, non eſt quod multum ſolliciti ſimus de quibuſdam chronologicis erroribus, aliiſque non ſatis certis narrationibus, quæ in priore incerti authoris prologo occurrunt. Obſervandum enim eſt primum omnium, qui de B. Lidano quidpiam poſteris traderet, B. Dionyſium fuiſſe, ut ipſemet teſtatur fol. 3. col. 3. dum ait, *ſe referentibus poſt longa motus curricula quibuſdam*

dam ſenioribus , aliqua de multis , tunc temporis inopia ſcriptorum negleƐta , humili ſtylo ſcribere aggreſſum fuiſſe; ita enim corrigendus videtur ſcriptus codex , qui habet *poſt longinquum curriculo* , & mox , *tunc temporibus inopia ſcripturarum*. Dionyſium autem illum Monaſterii, à S. Lidano fundati monachum fuiſſe, non verò Setinum Epiſcopum, ex ipſo narrationis ſuæ titulo patet , ubi nomen tantum Beati, æque ac S. Lidanus , obtinet , quamobrem mirari ſubit, cur in Martyrologio Siculo Octavius Cajetanus tom. II. pag. 123. qui hoc ipſo, quem examinamus, codice uſus fuiſſe videtur, B. Dionyſio, Epiſcopi nomen adſcripſerit. Cum autem B. Dionyſius miracula tantùm, quæ vivens B. Lidanus patraverat , ſcriptis mandaſſet , multaque alia memoratu digniſſima poſt ejus obitum Dei virtute operatus fuiſſet, Joannes Epiſcopus Setinus eaſ Dionyſii narrationibus adtexuit, *ſimplici*, ut ejuſdem verba uſurpem , *ac brevi narratione , prout a multis fide dignis , qui tunc eorum occulta* (lege oculata) *ſunt viſione gavisi, fideliter recitata fuerunt*.

16 Porro hæc tantum de B. Lidano ſcripta fuiſſe videntur cum, in dies creſcente fidelium devotione, atque cultu, Setini ſolemni feſto ſancti Abbatis memoriam recolere , lectioneſque condere cœperunt in divinis ejus diei officiis recitandas ; nam poſt paſſionem SS. Martyrum Petri & Marcellini, qui peculiari cultu, velutí urbis Patroni à Setinis venerantur, extant orationes pro miſſa , & hymni pro veſperis, matutinis, & laudibus officii S. Lidani , ut clarè dignoſci poſſit , in eo codice officia propria Sanctorum Eccleſiæ Setinæ ſimul comprehenſa eſſe. Verum, qui harumce lectionum compilandarum onus ſuſcepit , cum de S. Lidani patria, & genere , deque Monaſterio ab ipſo in Setina Diœceſi , condito , vitaque in eo pie ſanctèque tranſacta , nullam à B. Dionyſio , & Joanne Epiſcopo Setino mentionem fieri cerneret , & alioqui plura de iis rebus in ore hominum haberentur , operæ pretium cenſuit , præfationem aliquam antiquis B. Dionyſii , & Joan. Setini Epiſcopi narrationibus præfigere , in qua ab eiſdem prætermiſſa continerentur. Sed veteris hiſtoriæ, & præſertim chronologiæ Imperitus , ac plus æquo vulgi ſermonibus fidens , nonnullos prologo ſuo chronologicos errores , nec

ſatis

ſatis certas traditiones inſperſit. Hæc autem non ſunt tanti ponderis, ut omnem ejuſdem prologi auctori fidem abrogare debeamus, cum paſſim genuinæ Sanctorum vitæ ſimilibus ſcateant erroribus, idque potiſſimum in B. Lidani vita circa ejus patriam, genuſque accidiſſe par erat, quem, ut pote humilem, mundanique faſtus contemptorem, patriam, avitam nobilitatem, divitiaſque ſuas omni ſtudio, atque conatu occultaſſe non ambigo.

17 Quod enim doctiſſimi, & rei antiquariæ peritiſſimi viri Daniel Papebrochius, Stephanus Baluzius, Jo. Mabillonius, & incertus auctor ab eodem laudatus, de antiquis diplomatibus ſcitè obſervant: *Multas eſſe chartas falſas, quarum notæ chronologicæ veræ ſunt; multas item veras, quarum notæ ſunt vitioſæ. Falſas chartas continere verum aliquando expoſitionem, veras falſam. Fieri enim ſæpe, ut chartarum conditores in commemoranda vetere hiſtoria hallucinantur; contra vero falſarios rem accuratius enarrent. Hiſtoricorum, aut inſcriptionum teſtimonia legitimis chartis non ita præjudicare debere, ut illarum præferatur auctoritas. Nec ſemper in diplomatum præjudicium citari debere hiſtoricos, & titulos, quantumvis authenticos, & æquales, cum diplomatum ſcriptoribus, quippe non admodum aliquando peritis, proclive fuerit errare in ſcientia veteris hiſtoriæ.* Hæ inquam omnes regulæ ad diſcernendas etiam veras a falſis narrationibus æque adhiberi poſſunt, ut non tam faciles ſimus in rejiciendis nonnullis hiſtoriis, hoc ſolum argumento, quod in annis, locis, & nominibus deſignandis interdum vel manifeſtò errent, vel quædam tradant, nobis aliunde incomperta, & quæ ſimilitudine veri carere videantur, niſi ſtyli diverſitate ab eo, quo ſcriptæ fuerant, tempore alieni, aut aliqua circumſtantia hiſtoricæ veritati prorſus repugnante, aut aliis pluribus minime dubiis adminiculis, eorum falſitas certò deprehendatur; præſertim ſi de apographis, ſeu exemplis agatur, in quæ tranſcriptoribus facile fuit nonnulla, variis de cauſis, inſerere, quæ falſitatis ſcrupulum accuratis perſpicacibuſque lectoribus injicere poſſunt. Videſis laudatum toties Mabillonium in lib. III. de re Diplomatica Cap. I. n. 10. & 11. cap. ult. num. 6. & 7. & in fine libri ſexti Corollario primo, ubi ſuam, & memoratorum ſupra doctiſſimorum virorum ſententiam fuſè docteque confirmat. Epi.

III.

Epiſtola Jo: BAPTISTÆ DE MIRO tunc Bibliothecæ Vaticanæ præfecti de codice Eccleſiæ Setinæ ad Eminentiſſimum Cardinalem Corradinum, tunc Clementis Papæ XI. Subdatarium.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine.

ERuditum libellum, quem de civitate & Eccleſiâ Setinâ nuper edidiſti, legi quam libentiſſimè, magnoperè delectatus, tum varietate hiſtoriarum ad eam civitatem ſpectantium, non paſſim protritarum, tum variis monumentis, quibus Setina civitas, ejuſque, cives ſatis illuſtres, illuſtriores redduntur, tum etiam *accuratiſſimis* & excogitatis argumentis, quibus ipſius civitatis & Eccleſiæ antiquitatem atque ſplendorem, quem per tot non interrupta ſæcula conſervavit, eâ quâ polles eruditione & doctrinâ licet omnium exponis. Atque utinam tuæ rationes tuliſſent, ut de eâ civitate ubertorem commentarium traderes, profectò enim tam illuſtris Romanorum colonia, quam non ſolum Strabo, Plinius, Ptolemæus, ceterique, qui γεωγραφικῶς ſcripſerunt, ſed etiam antiquiores & hiſtorici, & rhetores magnoperè celebrarunt, quæque ne dum vino Setino, quod inter Italica vina celebratiſſimum fuit, ſed multis etiam rebus, & fortiter & ſapienter per ſuos cives geſtis, apud antiquos innotuit; ex tuis potiſſimum ſcriptis etiam apud nos antiquam celebritatem, & gloriam retineret. Ita enim fors tulit, ut cives illarum civitatum, quæ vel nihil, vel parum extrà pomœria imperium protulerunt, quamvis multa juſtitiæ, moderationis, fortitudinis, cæterarumque virtutum exempla domi foriſque prodiderint, vix tamen aſſurgere queant ad nomina ſua ab oblivione vindicanda, niſi ipſis adjutricem manum porrexerint viri ſolertes, ac præſtanti doctrinâ præditi, qui ea improbo labore atque ſtudio

dio eduxerint ex ferè infinito numero eorum, quorum fama magnorum Regnorum, atque Rerumpublicarum gloria ſubſtinetur. Quis enim nunc ſciret, fuiſſe olim Rempublicam Latinorum, Etruſcorum, Campanorum, atque Samnitium, niſi ex hiſtoriâ Romanorum, cum quibus diuturna bella geſſerunt, ipſarum nomina innoteſcerent? Et tamen quota pars eſt eorum, quæ ſuo tempore fortiter, & prudenter geſſerunt bella, quæ cum Romanis geſta ſunt? Thurii quoque, Locrenſes, Crotoniatæ, Rhegini, & alii Græcarum civitatum in Italia coloni, quamvis doctiſſimis philoſophis, & prudentiſſimis legumlatoribus abundaverint, qui totam eam regionem, quæ Magna Græcia dicta eſt, optimis & inſtitutis & moribus, ut ait Cicero, exornaverunt, oblivione tamen obruti delitueſcerent, niſi ex magno Græcæ, & Romanæ hiſtoriæ campo, atque ex ipſis Pythagoreorum fragmentis, tanquam ſelecti flores, ipſorum memoria fuiſſet per viros doctiſſimos reſtituta. Sic etiam tu potiſſes Setinis civibus tuis, qui in Romanorum, cæterarumque gentium hiſtoriâ ſparſim nominantur, uberrimum fructum reddere benè partatorum facinorum, ipſorum memoriam quam maximè longam tuis eruditis lucubrationibus efficiendo, niſi te ſanctius inſtitutum detineret, illique totus incumberes, ut ſolum ſcriberes de ipsâ Eccleſiâ, quæ fuit Setiæ per Apoſtolos, vel per viros Apoſtolicos conſtituta. Cui quid mirum ſi in tantâ barbarie temporum obſcurorum, uberiora deſint monumenta, quibus non interrupta Epiſcoporum ſeries contineatur, cum vix in unâ aut alterâ Eccleſiâ continuum paſtorum catalogum habeamus, in reliquis verò omnibus, nonniſi ex antiquis inſtrumentis, donationibus, vel ſubſcriptionibus, quæ actibus, ſivè publicis, ſivè privatis adhibitæ ſunt, ex aliiſque monumentis, ſummâ diligentiâ curioſorum hominum collectis, nobis quam pauciſſimi exhibeantur? Etenim ipſe Euſebius, qui omnium diligentiſſimè res Eccleſiæ eſt proſecutus, eumque ſecutus Hieronymus, ſe ſuſcepto operi ſatisfeciſſe crediderunt, ſi minoribus Eccleſiis prætermiſſis, illarum ſolum Epiſcopos memorarent, quas majores, ſeu majorum civitatum Eccleſias nominabant, & nos Patriarchales dicere conſuevimus. Mirari igitur de-

deſinant, qui Setinæ Eccleſiæ, ſatis celebris apud antiquos, non niſi paucos Epiſcopos videntur memoratos, cum vix plures memorare queamus in innumeris Eccleſiis Africanis, quas celeberrimas olim fuiſſe compertiſſimum eſt; illas ſiquidem, niſi ſubſcriptiones Africanorum Conciliorum nobis aliqua Epiſcoporum nomina exhiberent, vix, aut ne vix quidem, unquam cathedrales Eccleſias fuiſſe ſuſpicaremur. Porro Setinæ Eccleſiæ Epiſcopos quoſdam invenimus memoratos in ejuſdem Eccleſiæ monumentis, in vitâ præſertim Sancti Lidani, ejuſdem eccleſiæ patroni, prout in vetuſto codice reperitur, quam vitam tu, Vir clariſſime, in tuo iſthoc libello ex eodem codice erudito orbi communicaſti; cujus quidem codicis veritas, & γνησιότης, quid eſt quod in dubium revocetur a quibuſdam difficilioribus ingeniis, quibus ſolemne eſt, quidquid non congruit cum iis rationibus, quas ipſi inſtituerunt, temere & importune rejicere? Quod ſi tanquam, νόθον, atque adulterinum repudiabimus hunc codicem, ex quo tu Sancti Lidani vitam edidiſti, cujus tandem codicis ſuſpecta fides non erit? Tuus enim iſte codex ita exactè, & ἀκριβῶς præſefert omnes antiquitatis, & pluſquam trium ſæculorum ætatis characteres, ut non facile ſit reperire codicem alium, cui ἀξιοπιστίας iis minus jure poſſit inveniri. Nam membranæ, ex quibus eſt compactus, ex ſe ipſis præferunt antiquitatem, iſque eſt iis characteribus exaratus, qui ſæculo quartodecimo paſſim ferebantur, quibus etiam uſum fuiſſe Franciſcum Petrarcham, qui eo ſæculo magnâ doctrinæ, atque elegantiæ famâ florebat, ex illo codice dignoſcitur, quem ejus manu ſcriptum in Vaticanâ bibliothecâ aſſervamus; quin & initiales literæ, quas majuſculas dicimus, eandem referunt antiquitatem; cariè quoque corroſæ tabellæ, quibus codex operitur, corio cooperiæ cum cujuſdam Sancti Imagine, quem Lidanum ipſum eſſe ſuſpicamur, minimè poſſunt ad recentiora tempora referri. Præterea Kalendarium quod in fine codicis additur, nec ante, nec poſt quartumdecimum ſæculum ſcriptum fuit, cum in eo minimè adſit feſtum Viſitationis Beatæ Mariæ Virginis, quod ad Urbano ſexto, & Boniſacio nono circa finem ejuſdem ſæculi fuit inſtitutum; & multa legantur in eo nomina Sanctorum, qui non niſi eo ſæculo quartodecimo Sanctorum

Ee ca-

catalogo adſcripti, vel ſaltem in Kalendarium relati fuerunt, ut ſunt præcipuè Sanctus Ludovicus Valeſius, cæterique Sancti ordinis Fratrum Minorum, ad quos olim apparet codicem pertinuiſſe. Cæterum ex eo quod vernum æquinoctium in dicto Kalendario ſtatuatur ad diem 17. Kal. Aprilis, & autumnale ad 16. Kal. Octobris, quod codicem antiquiorem argueret, cum quartodecimo ſæculo æquinoctia longius receſſerint a terminis in Concilio Nicæno ſtatutis, nihil eſt habendum, cum codex omnino exſcriptus ſit ab alio antiquioris ætatis, in quo deſcripta erant æquinoctia, quæ ea ætate currebant, quæ nec poterant, nec ſciebant, qui exſcribebant antiquos codices, ad eos dies transferre, qui ſuâ ætate vera æquinoctia deſignarent; & propterea antiqua Kalendaria, quæ in bibliothecis ſervantur, quamvis ea longè inter ſe diſſitis temporibus ſcripta fuiſſe, certiſſimè deprehendamus, omnia tamen, vel ferè omnia, in deſignandis diebus æquinoctiorum, & ſolſtitiorum, eaſdem adhibent dies. Quare, ſicuti Setini codicis Kalendarium minime in Daniâ, vel Scotia ſub duodecimo climate ſcriptum credimus, quia longiſſimas dies & noctes, dum deſignat, eſſe eas dicit decem & octo horarum, ita neque illud decimo, vel undecimo ſæculo ſcriptum dicemus, quia non niſi quinque vel ſex dies dicat, æquinoctia a Nicænis terminis receſſiſſe. Nam Kalendariorum ſcriptores, quocunque tempore, & in quibuſcunque locis reperiebantur, nacti antiquum aliquod Kalendarium, quod vel Bedæ eſſet, vel Bedæ crederetur, illud abſque alio calculo exſcribentes, ſuis uſibus accommodabant. Profectò autem injuſti eſſemus, ſi cum multa nobis indulgeamus in hac luce temporum, in quibus & chronographia, & mathematicæ ſcientiæ, & reliquæ artes egregiæ ſummum incrementum acceperunt, nihil tolerandum dicamus in imperitis quibuſdam ſcriptoribus, qui ſuas lucubrationes edebant eo tempore, quo craſſa barbaries orbem Chriſtianum invaſerat, & omnibus iis erant deſtituti præſidiis, quibus nos affatim abundamus. Et hoc quidem ideò addixi, ut oſtenderem quam ſimiliter & proſſus [illegible] totum codicem [illegible] argueret, qui in eo, vel Gelaſium ſecundum, primum nominatum reperiret, vel quoſdam alios minoris momenti errores deprehenderet: ſanè qui in

ejus

ejus potiſſimum ætatis codicibus evolvendis, verſantur, teſtari poterimi, quot & ipſorum auctorum, & exſcribentium [illegible] ſcateant, ita ut ſæpè [illegible] judicentur, qui ſunt erroribus quam refertiſſimi. Nulla igitur ratione codex tuus per audaces viros eſt a ſuâ veritatis, & poſſeſſione deturbandus; imò, quæ in eo referuntur hiſtoriæ, eam obtinere debent auctoritatem, quam & cæteræ, quas ſcriptores coævi nobis communicarunt. Perge itaque, Vir clariſſime, & ipſo, & ſimilibus monumentis uti in aſſerendis juribus patriæ tuæ; nam ego profecto auguror, te omnes eruditos ac prudentes viros, quos nulla præjudicia prævenerint, ſuffragatores habiturum. Vale, atque inter ex aſſe tuos numera etiam

Illuſtriſſime & Reverendiſſime Domine

D. Jo. Baptiſtam de Miro Caſinenſem.

IV.

JUSTI FONTANINI ARCHIEPISCOPI ANCYRANI recognitio codicis MS. Setini de vita Sancti Lidani Abbatis.

LAurentii Alexandri Zacagnii, bibliothecæ Vaticanæ præfecti, qui obiit die XVI. Januarii A.D. 1712. recenſionem codicis membranei Eccleſiæ Setinæ de vita Sancti Lidani Confeſſoris, apud Eminentiſſimum & Reverendiſſimum dominum Cardinalem Petrum Marcellinum Corradinum ſervari, diligenter legi. Ea nihil exactius & uberius optari poteſt: cumque viro docto plane convenio, codicem Setinum ex antiquiori deſcriptum fuiſſe intra annos 1317. & 1389. Sancti Lidani, A.D. 1118. demortui, vitam ex eodem hoc codice ſumtam, legimus in Julio Bollandiano tomo I. pag. 340. Conradi Janningi obſervationibus & notis egregie illuſtratam.

In fine Kalendarii exſtat carmen de Sancto Lidano, minime prætereundum. Morem enim refert antiquum, dum ſequentiæ, & verſus, rythmis ornati, in liturgiis & officiis Sanctorum canebantur. Carmen illud tale eſt.

Urbs Setina patens, Lidani magna gaudia pange
Hujus ad obſequium concurrens, organa tange
Mœnibus atque tuis puro cum pectore clange.
Ora pro nobis beate Lidane
Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

In altera pagina poſt carmen eſt regula inveniendi dies lunæ per literas alphabeti, non quidem latine, ſed Italice ſcripta, ea ſcilicet lingua vernacula, & ruſtica, ſeu Romanenſi, qua conſtat vita Nicolai Laurentii, Romanorum Tribuni tempore Franciſci Petrarchæ: quam linguam, *maremmanam*, hoc eſt oræ maritimæ propriam, appellant auctores Adnotationum ad Decameronem Johannis Boccacii pag. 116. & ante eos ſic appellavit Jacobus Paſſavantius, ſacerdos ordinis Prædicatorum in ſpeculo Pœnitentiæ pag. 315. editionis Leonardi Salviati: quod opus idem Paſſavantius vulgavit eodem ævo Petrarchæ, & Ni-

Nicolai Laurentii, A. D. 1354. Dabo ſpecimen linguæ: *queſta ſiene la regula, e la raſcione della Luna, la quale ene compilata ſopra le ſopradicte* XVIIII. *lectore*, pro *lectere*. Item *Jenuaro* pro *Januaria*, *die* pro *di*, & alia hujuſmodi.

In Kalendario per aliquem ſacerdotem Brixienſem, ex ordine Sancti Dominici, charactere ſæculi XV. additi ſunt aliquot ſancti partim Brixienſes, & partim Dominicani. Hi vero ſunt.

XV. Kal. Martias Sanctorum martyrum Fauſtini & Jovitæ. *Brixienſium*.

Nonis Martiis Sancti Thomæ de Aquino ordinis prædicatorum.

IX. Kal. Aprilis Sancti Latini epiſcopi & confeſſoris. *Brixienſis*.

Nonis Aprilibus Sancti Vincentii confeſſoris ordinis prædicatorum.

III. Kal. Majas Sancti Petri martyris ordinis prædicatorum.

VI. Nonas Majas Sanctæ Katerinæ Virginis tertii ordinis prædicatorum.

Nonis Juliis Sancti Apollonii epiſcopi & confeſſoris. *Brixienſis*.

VI. Nonas Julias rubro charactere, ut feſtum præcipuum Eccleſiæ Senensis, notatur *feſtivitas Sancti Ladani abbatis*.

Ad præſtantiam codicis deſignandam poſt obſervationes Zacagnii, Jo. Baptiſtæ de Milo monachi Caſinenſis, & Conradi Janningi ſocii Bollandiani, qui codicem inſpexerunt, hæc animadvertenda cenſui.

Romæ ex ædibus Quirinalibus ſummi pontificis die VII. Auguſti 1725.

Ego Juſtus Fontaninus *

* *nunc Archiepiſcopus Ancyranus*

Epi-

V.

Charta plenariæ ſecuritatis inter Cajetanos, & Bellum Romanum.

Ad cap. ci. pag. 160.

1124.

Ex tabulario Eccleſiæ Cajetanæ

IN nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti ab Incarnatione ejuſdem Domini . . anno milleſimo centeſimo vigeſimo quarto, & in quinto anno Ducatus, atque Conſulatus Noſtri Riccardi Dei gratia Glorioſus Conſul, & Dux, Menſis Maii, indictione ſecunda, Cajetæ. Nos quidem Ioannes Judex, & Conſules Gaetani, videlicet Magnus Fava ſeaſta, Mirus Leonus, *Gregorius Caſtanea*, & Conſtantinus Gattola, cum omni Populo Gaetano, majori, atque minori ad præſenti nanque die, & in omnibus futuris temporibus nullo nobis movente, neque contradicente, aut vim faciente ſed propria mente, gratuito animo, propria expontaneaque noſtra voluntate hanc cartulam plenariæ ſecuritatis . . . . confirmare facimus tibi Bello Romano . . . . . & tuis rebus, veſtriſque navibus, cum omnibus bonis veſtris, quæ in ipſis navibus habebitis, vel quæ à Romanis ſuper vos ad uſuras accipietis in aliquo taxidio in perpetuum in mari, & in terra, per pacem, & guerram, ſine omni occaſione, & in omnibus noſtris pertinentiis, & in omni loco ubicumque noſtra potentia eſſe videtur, eundo, & redeundo, ambulando, ſedendo, jacendo, dormiendo, in quocumque modo manendo, itaut vos nullo tempore de noſtra civitate damnum quærere non debeatis, ideò hanc ſecuritatem . . . tibi ſicut ſupra ſcriptum eſt, propter quod tu dimiſiſti nobis novem libras denariorum Papienſis monetæ, & omnia, quæ noſtræ galeæ tibi abſtulerunt, unde debitores nos tibi eſſe dicebamus, & unde multas lites contra nos feciſti; propterea dominus Papa Calixtus ſua magna benignitate ſuum Venerabilem Diaconum Cardinalem Dominum Matteum Terracinæ mandavit, ante cujus præſentiam de omnibus ſupradictis litigiis, & querimoniis in amicam venimus placationem, ubi cum Domino Matteo Diacono Cardinali ſimul aſtabat Dominus Riccardus noſter Gae-

Digitized by Google

Gaetanus Epiſcopus, & noſter Archipresbiter Joannes de Anatolio, & Dominus Joannes Comes Terracinenſis, Romani vero . . . de baſſo, & Joannes de Paulo ſeniori, & de Beraldo, & Nicolaus de Joanne de Foſſano, & illius advocatis teſtibus, gratia Dei nos diffiniti, & expeditam te eſſe cognoſcimus, atque confitemur. Et quod nos dedimus tibi viginti ſolidos denariorum Papienſis monetæ, ut ſemper pacem, & bonam voluntatem, atque ſecuritatem nobiſcum habeamus, & hæc cartula ſcripta tibi, & tuis . . . per noſtrum notarium, & tuum . . . vel tuum navidium, vel quæ a Romanis ſuper vos ad uſuram accipietis in aliquo taxidio, ſecura ſint in omni tempore, pro pace, & guerra in omnibus noſtris pertinentiis, & in omnibus locis ubicumque noſtra poteſtas videtur eſſe ſine omni occaſione, propterea nos ſupraſcripti Conſules cum Domino Joanne Judice inſimul cum omni Populo Gajetano majori, atque minori damus tibi Bello Romano, & tuis rebus plenariam ſecuritatem, & completam diffinitionem in perpetuum, eò quod, & quia vos eſtis obligati nobis de omni contractu, quem cum aliquo Gajetano feciſtis, vel feceritis, de nobis Romæ reclamationem non faciatis, ſed Cajetæ, ad conſuetudinem noſtræ civitatis omni tempore juſtitiam facere, ſeu recipere debeatis, & ſi quod abſit per hanc ſecuritatem . . . obſervare noluerimus, tunc promittimus tibi, vel tuis heredibus pro pœna libram unam puriſſimi auri, & poſt pœnam ſolutam in Eccleſia ſemper permanere.

Ego Pandulfus filio Domini Landulfi. Ego Joannis Comes de Terracina teſtis. Semorile de beraldo teſtis. Ego Docibilis filius Martini Cotina. Nicolaus de Joanne Faſano teſtis. Ego Joannes Dei gratia Diaconus, & Notarius dictæ civitatis complevi &c.

ADNOTATIO.

Cajeta ix. Chriſti ſeculo e Conſule & Duce regebatur, ut liquet ex epiſtolâ xxxvii. Joannis viii. Docibili & Joanni Hypatis Cajetanis A. D. 877. ſcripta. De iſto Docibile Cajetano Duce meminit Leo Oſtienſis Chron. Caſin. lib. 1 cap. xliii. De Cajetanis Ducibus præterea nonnulla ſcitu digna profert Julius Cæſar Capacius Hiſtoriæ Neapolitanæ lib. 1. pag. 599. & 600. ac eorum aliquot recenſuit, ſed hunc Richardum prætermiſit. Eum vero detexit Camillus Peregrinius in ſtemmate Principum Capuæ Normannorum. Concil. to. IX. pag. 34.

notum, ubi animadvertit, Richardum Bartholomæi de Calvo filium, affinitate conjunctum cum Jurdane II. Capuæ Principe, pugnaſſe cum Rangarda, uxore quondam Richardi de Aquila pro Ducatu Cajetano, Ducemque fuiſſe ab A. D. 1121. ad 1131. ex Petro Diacono lib. IV. cap. LXV. LXXXIII. LXXXIV. LXXXV. XC. & XCI. Conſer etiam, ſi lubet, Conſtantinum Cajetanum in vitam Gelaſii II. pag. 29. Matthæum diaconum Cardinalem ſuiſſe Hadriani, creatum a Caliſto II. tradit Pandulphus Piſanus in vita apud Baronium A. D. 1124. Ex hac membrana lucem accipit, & ſuppletur Ughellus, qui in Epiſcopis Cajetanis Richardum Epiſcopum, hujus nominis ſecundum, in Cajetanam ſedem ſuffectum eſſe circa A. D. 1126 ſcripſit, nullo alioque teſtimonio. Alter Riccardus Dux Cajetanorum, Comes Sveſſanorum plura dona obtulit Eccleſiæ Cajetanæ A. D. 1105. ex diplomate apud eundem Ughellum in appendice to. V. pag. 1151.

Pa-

Digitized by Google

VI.

Pactum inter Marinum Dominum montis & arcis Circejenſis, & Cajetanos

Ad cap. ei. pag. 160.

1134.

Ex tabulario Eccleſiæ Cajetanæ.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Anno ejuſdem Domini noſtri milleſimo centeſimo trigeſimo quarto, menſis Aprilis, die trigeſimo, indictione duodecima. Nos quidem Marinus Formoſæ Terracinenſis genere. Nunc autem deifico nutu totius montis Circes, & Arcis, quæ in ipſo eſt, & Inſulæ ejuſdem loci, cunctorumque ejuſdem Circes confinium Dominus: ſimulque, & nos . . . . . Joannes, & Benedictus majores milites filii ejuſdem præſcripti Domini Marini, noſtris fidelibus prædictorum locorum habitantibus, aſtantibus, conſulentibus, & annuentibus, hanc convenientiæ, & perpetualis pacti, obligationiſque cautelam ſcribere, & firmare facimus. Vobis videlicet Docibili Barabailo Gaetanorum Judici, & Conſulibus Miro Domini Leonis, Conſtantino Gattulæ filio Docibilis, Conſtantino Surrentino, & *Joannis Caſtaneæ* filio Leonis, omnique Gaetano populo majori, mediocri, & minori. Ideo quia in prædictis noſtris finibus, nos populum congregare, & prædicti loci fines munire, benigne clementer annuiſtis, & non velut hoſtes, ſed ut proprios amicos nunc uſque nos tractaviſtis, præſentibus . . . . . . nos, & cunctos noſtros heredes & ſucceſſores, omnemque populum in prædictis noſtris locis congregatum, & aliquando congregandum perpetualiter obligamus, vobis omnibus prædictis Gaetanis, cunctiſque noſtris heredibus in ſempiternum, ut vos ſalvos, & indemnes cum navibus, & cunctis veſtris rebus reddamus à cunctis nocere attrectantibus in eundo, redeundo, & ſtando in mare, videlicet, & in flumine Ligulæ; & inde per maris Plagiam ipſius Ligulæ, & per totum prædictum montem Circes, ſimulque per maris Plagiam Foliani, & uſque ad omnes prædicti Foliani, & in mare, ipſo Foliano, ſimiliter in mare, & terra omnium finium noſtræ poteſtatis, uſque ſecundum noſtrum poſſe; & quandocumque vos cum aliqua

veſtra navi ad ſupradictas noſtras partes pro negotio, vel mali temporis pavore, aut aliquo modo adveneritis, & ibi naves veſtras evacuare, & illas veſtras naves interremittere, & omnes res veſtras volueritis, nullum dirictum, vel pretium nobis alio modo inde dare debeatis; & ſi aliquando in ſupradictis noſtræ potentiæ finibus aliquod naufragium paſſi fueritis, & ad ſupradicta noſtre littora applicueritis naufragium facientes, adjuvabimus illos recta fide, & omnes res eorum ſalvas reddemus ſine aliquo pretio ab eis recipiendo; ſimiliter quicumque Cajetani ad ſupradictas noſtres partes, ſcilicet ad Circejam Inſulam, vel in omnibus finibus noſtris negotiandi, vel piſcandi cauſa venerit, ſecurus debeat negotiare, vel piſcare, nullumque nobis pretium, vel dirituum inde debeat dare. Simili quoque modo quicumque Cajetanus voluerit incidere ligna in omnibus ſilvis a ſupradicta Liguia, & uſque ad ſupradicta Foliani littora, & quæcumque ligna voluerit incidere pro omni ſuo opere, & inde audeat ibi carbones facere ſine aliquo pretio dando. Cum Terracinenſibus pacem, & treguam, aut conventionem non faciemus ſine veſtra licentia, & ſi aliquando vos Gaetani guerram, vel pugnam cum Terracinenſibus habueritis, adjuvabimus vos inde contra omnes Terracinenſes per nos, & per terræ noſtræ, ac per cunctos homines noſtræ Potentiæ cum armis, equis, & perſonis noſtris. Et ſi aliquando dominium in nobis, vel in ſupradictis terris noſtris acceperimus, in ipſius domini ſacramento, vel confirmamento hoc edictum præſcriptum ſalvum eſſe proponemus, & liberè prædicemus. Si verò contra noſtrum mare, vel partes ejus, per venditionem, vel excambium, aut aliquo modo noſtra ſponte aliquando dederimus alicui, antequàm id faciamus, hoc edictum prædictum nobis ſacramento firmare, & obligare faciemus . . . . Si autem aliquis noſtrum, vel noſtrorum hominum injuſtitiam alicui faciet, poſtquam proclamatio nobis inde facta fuerit intra quindecim dies, ſive per juſtitiam, ſeu per concordiam . . . . injuſtum emendare faciemus. Ad hoc quoque hic ſciendum eſt, quia omnia ſupreſcripta in perpetuum obſervare, & omnes viros, qui in prædictis noſtris partibus habitant, vel habitaturi ſunt ibi amodo, & uſ-

æſque in annos decem primo venturos . . . . . . hæc omnia jurare facere nos etiam ſine fraude, & dolo, ſacramento vobis ſumus obligati. Nos igitur, qui ſupra, Marinus prædictorum locorum Dominus, Joannes, & Benedictus majores filii ejuſdem, his literis obligamus nos, & omnes noſtros heredes, cunctoſque ſucceſſores noſtros, & omnem populum in prædictis noſtris finibus congregatum, & aliquando congregandum, hæc omnia ſicut ſuprà leguntur in perpetuum obſervare vobis omnibus prædictis Cajetanis, cunctiſque veſtris heredibus, & ſucceſſoribus amodo, & uſque in ſempiternum. Verum, quod abſit, & divinæ auctore potentiæ, ſi nos jam dicti Pater, et filii, vel nos heredes, & ſucceſſores, ſeu populus in prædictis noſtris finibus congregatus, & aliquando congregandus, ſive aliqua hominis perſona ex nobis ſubmiſſa hæc ſupraſcripta aliquando corrumpere aliquo modo attentaverimus, componere obligamus nos, & heredes noſtros, ac ſucceſſores, vel populum in prædictis noſtris finibus congregatum, & aliquando congregandum, vobis præfatis Gaetanis, vel heredibus veſtris, ac ſucceſſoribus, vel cuicumque hæc carta, vel exemplum ipſius cartæ in manu apparuerit, pœnæ nomine, auri puriſſimi libras decem. Et poſt ſolutam pœnam hæc obligationis carta ſicut ſupra legitur firma permaneat. ſemper. ✝ Signum manus . . . . filii quondam Baronis de Magentia teſtis ✝ Signum manus Benedicti Terracinenſis filii quondam Benedicti de Silia teſtis ✝ Signum manus . . . . prædictæ inſulæ Vicecomitis ✝ Signum manus Rocli militis de Gaeta ✝ Signum manus Caldapatri de Caparano ✝ Signum manus Marini Formoſæ ſupradictorum locorum Domini, qui ſcribere juſſit ✝ Signum manus ſuperſcripti . . . . filii prædicti Domini Marini, qui ſcribere juſſit — annotatus — ✝ Ego Joannes Dei gratia Diaconus, & publicus ſcriba in civitate dicta Cajetæ rogatus prædicti Domini Marini, & prædictorum filiorum teſtis ſum — Ego Joannes presbyter prædictæ Inſulæ rogatus prædicti Domini Marini, & prædictorum filiorum hæc omnia ſcripſi, & corroboravi.

VII.

Diploma INNOCENTII III. quo Caſtrum Traverſæ Frangipanis adjudicat.

INNOCENTIUS PAPA III.

Nobilibus Viris Manueli, Jacobo, Odoni, Cencio, & Deodato Frajapanis.

Ad cap. lxxxix. pag. 147.

1203.

Ex tabulario Vaticano.

CUM Traverſam per Romanam Eccleſiam teneretis, Terracinenſis Populus vobis eam ſurripere curaverit, quod poſtquam ad notitiam noſtram pervenit, ad eos dilectum Filium Petrum Saxonis Subdiaconum, & Cappellanum noſtrum duxerimus dirigendum, eis firmiter inhibentes, ne ipſam præſumerent aliquatenus demoliri, qui mandato noſtro acquieſcere penitùs noluerunt. Verùm Nos cum eis agentes benignius dilectum Filium Hugonem tituli S. Martini Presbyterum Cardinalem ad eos duximus dirigendum, monentes ipſos per eum, & firmiter injungentes, ut quod impetuoſe fecerant, conſultius emendarent. Sed ipſi mandata noſtra, & monita Cardinalis prædicti, ſicut eos non decuit, contemnentes, id efficere non curarunt. Nos autem in bono volentes vincere malum, per literas noſtras eis dedimus in mandatis, ut ſaltem vobis ſub examine noſtro juſtitiam exhiberent, quod cum facere nollent, quaſdam exceptiones frivolas prætendendo, Nos eorum contumaciam attendentes, Conſules Terracinenſes, Conſiliarios, & principales fautores eorum, vinculo excommunicationis adſtrinximus, & Populum diffidavimus univerſum, mandantes univerſis Fidelibus noſtris per Campaniam, & Maritimam conſtitutis, ut vobis ad debellandum Terracinenſes, conſilium, ac auxilium exhiberent. Cumque poſtmodùm per vos, & alios fideles noſtros offenſi fuiſſent, & incœpiſſet illis vexatio tribuere intellectum, Nobis, & Eccleſiæ Romanæ juramenta fidelitatis humiliter præſtiterunt, ſub debito juramento firmiter promittentes, quod

quod vobis in præſentia noſtra juſtitiæ plenitudinem exhiberent. Cum autem poſtmodum ad terminum, quem vobis, & eis præfiximus, tam vos, quam Syndicus Terracinenſis cum quibuſdam de majoribus civitatis in noſtra, & Fratrum noſtrorum, eſſetis præſentia conſtituti, reſtitutionem Traverſæ cum inſtantia petebatis, & de illatis damnis, & irrogatis injuriis ſatisfactionem vobis congruam exhiberi.

Cæterum Syndicus Terracinenſis per Advocatum ſuum e contrario reſpondebat, quod vos, & Progenitores veſtri per ipſam Traverſam multas, & magnas injurias, & jacturas, grandia, & enormia gravamina, & opprobria intuliſtis, unde licitum eis erat recuperare Traverſam, quæ erat iniquitatis fomentum, ad declinandum periculum, quod aliter non poterant evitare, poſtulans reſtitutionem ſibi fieri captivorum, poſtquam de facienda juſtitia, noſtro juraverant parere mandato. Præterea cum per Progenitores veſtros juramenta fidelitatis, quibus tenebantur Sedi Apoſtolicæ, ad quam ſpecialiter ſpectabat dominium Terracinæ, coacti fuerint abjurare, & vobis, & ipſis contra omnes homines fidelitatis facere juramentum, cum illis, qui Dominis ſuis fidem non ſervant, fides non ſit aliquatenus obſervanda, licuerat eis Dominationem veſtram abjicere, & ad Eccleſiæ dominium, ad quam dignoſcitur ſpecialiter proprietas, cum omni qua poſſent celeritate redire. Adducebat etiam idem Syndicus, quod ſi forte ſuper his, quæ fecerant, noſtram indignationem incurrerant, vel offenſam, parati erant ſatisfacere Nobis pro noſtro beneplacito voluntatis. Aſſerebat inſuper, quod cum de Progenitoribus veſtris, Prædeceſſoribus noſtris ſæpius conqueſti fuiſſent, & illata eis gravamina, & injurias intimaſſent, quidam ex eis indixerunt eiſdem, ut ſi poſſent Traverſam ad vitanda hujuſmodi pericula occuparent. Vos autem per Advocatum veſtrum hæc omnia negabatis, aſſerentes, quod ſi etiam probata fuiſſent de Jure, non poſſent reſtitutionis beneficium impedire, multis ſuper hoc rationibus, & legibus allegatis, præſertim cum majores ab illis pertuliſſetis injurias, quam illi a vobis perpeſſi fuiſſent. Cumque ab utraque partium fuiſſet coràm Nobis aliquandiu diſceptatum, Nos auditis utriuſque partis rationibus, & ple-

& plenius intellectis, de Fratrum noſtrorum conſilio, ſententiando decrevimus, faciendam vobis reſtitutionem Travarſæ cum ſatisfactione damnorum, ita ut reſtaurantes eandam, ipſam nobis tenendam aſſignent, donec de illatis damnis, & injuriis irrogatis hinc inde plenaria cognoſcentes, quæſtiones ipſas, mediante juſtitia, vel amicabili concordia terminamus, utrique parti ſecuritatem, & pacem omnimodam providendo, vobis nihilominus injungentes, ut captivos eorum in noſtris manibus reſignetis, & ipſi nequaquam impediant utamini juſtitiis conſuetis, ſicut eas uſque ad tempus ſpoliationis in Terracinenſi noſcimini percepiſſe. Ut autem ſententia ipſa, quam provida deliberatione protulimus, inviolabiliter obſervetur, eam auctoritate Apoſtolica communimus &c. Nulli ergo &c. *Datum Anagniæ* XIV. *Kal. Februarii anno ſexto*.

In nomine Chriſti Amen. Nos Conſules, & Populus Terracinenſis ab hac hora in antea erimus recti, fideles, & ligii homines Domini Papæ Innocentii, & Succeſſorum ſuorum, & Eccleſiæ Romanæ. Non erimus in dicto, vel facto, conſilio, vel aſſenſu, ut perdant vitam, vel membrum, aut capiantur mala captione. Conſilium quod nobis crediderint, ad eorum damnum nulli manifeſtabimus. Ipſorum certum malum, ſi forte ſciverimus, impediemus pro poſſe; quod ſi forſan illud per nos nequiverimus impedire, ſignificabimus illud per nos, vel literas, aut Nuncios noſtros quamcito poterimus eis, vel tali perſonæ, per quam credamus, quod eis debeat fideliter intimari. Papatum Romanum, & Regalia B. Petri, quæ habet tam in Urbe, quàm extra Urbem, & nominatim Terracinæ cum omnibus pertinentiis ſuis adiutores erimus ad retinendum, & defendendum, & quæ non habet ad recuperandum contra omnes homines. Præterea guerram, & pacem ad mandatum ipſorum contra omnes homines faciemus. Reſtituemus ipſi Domino Papæ, Roccam Circeii, & aſſignabimus quibus ipſe mandaverit, munitiones quoque, quas circa civitatem habemus, ſcilicet Peſelum Montanum, Ferronum, debimus ad opus, & mandatum ipſius Domini Papæ tenendas, nec vi, nec dolo auferemus eas illis, qui de ipſius mandato ipſas tenebunt. Reddemus etiam ad

ad mandatum ipſius univerſa regalia, & jura, quæ in ipſa civitate cum pertinentiis ſuis Romana Eccleſia conſuevit, & debet habere. Si Frajapani inſtiterint, faciemus eis juſtitiam ſub examine Domini Papæ, dummodo etiam ipſi juſtitiam nobis exhibeant coram eo. Hæc omnia ſupradicta juramus, nos amodo ſervaturos bona fide & recta intentione. Sic nos Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

VIII.

Literæ HONORII III. quibus Sanguineum de Aquapuzia, & ejus bona ſub B. PETRI protectione ſuſcipit, ac alia bona ei confirmat.

HONORIUS PAPA III.

Sanguineo nato quondam Pariſii de Aquis Putzis.

CUm a nobis petitur &c. perſonam tuam cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſides, aut in futurum, juſtis modis, præſtante Domino poteris adipiſci, ſub B. Petri protectione recipimus &c. Specialiter autem molendinum, quod dicitur de Stronculo, ſitum apud Aquas Putzas, & Caſale poſitum in Territorio Sitiæ, in loco, qui dicitur Campus, quod tibi cl. mem. Sanguineus de Aquis Puteis, patruus tuus in ultima voluntate legavit, ſicut ea juſte poſſides, & quiete, ac in authentico inde confecto plenius continetur, remiſſionem quoque, ac refutationem quæſtionis, quam tibi de terris paluſtribus, poſitis juxta idem Caſale, *Ugo Joel, & Annibollus tunc Conſules Sitini*, nomine Univerſitatis moverant, ad preces dilecti filii magiſtri Maximi, notarii noſtri, germani tui, ab iiſdem *Conſulibus*, nomine, & conſenſu Univerſitatis, ipſius Inſtrumentis inſpectis, quibus tuam videbatis intentionem fundaſſe, liberaliter tibi factas, ſicut inſtrumento publico continetur, auctoritate tibi Apoſtolica confirmamus &c.

Ad cap. xxiii. pag. 98.

1216.

Ex tabulario Vaticano.

Datum Lateran. Idibus Septembris, Pontificatus noſtri anno I.

Con-

IX.

Conjunctio Eccleſiarum Terracinenſis, Privernatis, & Setinæ.

HONORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Venerabili Fratri Simeoni Terracinen. Epiſcopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum.

Ad cap. LXX pag. 92.

1217.

Ex Ughello Ital. ſac. to. 1. pag. 1204. Ex Theodoro a Valle Hiſt. Privernat. lib. 1. cap. viii. pag. 7. Ex Dominico Antonio Contatore Hiſtor. Terracin. lib. 1. cap. v. pag. 433.

HOrtatur nos, & admonet cura ſuſcepti regiminis, ut Fratres, & Coepiſcopos noſtros ſpeciali ſollicitudine confovere, & eis jura, & dignitates ſuas propenſiori modo conſervare curamus, cum ſpeciali noſcantur noſtræ proviſionis commiſſi, ut de ſpecialitate noſtræ protectionis, & gratiæ ſe gaudeant, & præſidium percipere, & B. Petro, & nobis devotiores valeant omni tempore permanere. Ea propter, Venerabilis in Chriſto Frater Epiſcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Terracinenſem Eccleſiam, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, ad exemplar felicis memoriæ Alexandri II. Urbani II. Paſchalis II. Cæleſtini II. Alexandri III. Cæleſtini III. & Innocentii III. Romanorum Pontif. prædeceſſorum noſtrorum ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hic propriis duximus exprimenda vocabulis. Caſale in integro quod vocatur Antiſanum cum aquimolo ſuo, & Feruniam cum aqui-

æquimollis ſuis, & juxta fundum Cardiculum, Coloniam, quæ poſita eſt in. . . . Caſale, quod vocatur Doranſa, Coloniam, quæ vocatur Arſiam, Coloniam, quæ vocatur Correllanum, Coloniam, quæ vocatur Rozerum, Coloniam, quæ vocatur Roſſiza, Caſale, quod vocatur Caſamartin. Caſale quod eſt poſitum in Silana, Caſale quod vocatur. . . . . Silvam quæ vocatur Sigubara, & Lenciſcum, duo Caſalia in Circejo, fundum, qui vocatur Belaza, Caſale quod vocatur Are, fundum, qui vocatur Penſum, fundum Propeſianum, Pratum vineatum juxta balneum, & Cannetum cum Dracinia uſque in Porta S. Laurentii, fundum Caſaricum, vineam poſitam in Cepollato, vineam ſitam in porta Albina, Coloniam, quæ vocatur Planianianum, Caſale quod vocatur Fruſtianum, ſive Fluxum cum aqua de ponte * mananti uſque in lacum, Caſale quod vocatur Jubelle in territorio Fundano, Coloniam, quæ vocatur Agre, Coloniam, quæ vocatur Villamagna, Coloniam, quæ vocatur Pabiniana, Coloniam, quæ vocatur Opaſena, fundum Flaminianum, Coloniam, quæ poſita eſt in Bruzanello, Coloniam, quæ poſita eſt in Anculiano, Coloniam juxta Sanctum Stephanum, Coloniam in Foſſanova territorio Priverni, Caſale quod poſitum eſt in Ciliaria, ſex uncias de Caſale ſito in Anico, Coloniam, quæ poſita eſt in Anculea *tam Eccleſiæ B. Creſcentii * Chriſti Martyris in Setia*, Piſcariam, quæ vocatur Altura, piſcariam, quæ poſita eſt in Maſſa Flaviana, piſcariam, quæ vocatur ad duas fauces, piſcariam, quæ vocatur Arelier, piſcariam in integro, quæ vocatur Brectula, piſcariam, quæ vocatur Lenciſcum, piſcariam, quæ vocatur Suace, piſcariam, quæ vocatur Struntula, ſeptem uncias piſcariæ in ponte militum, item piſcariam, quæ vocatur Sanguiniana uncias quatuor, ſex uncias de piſcaria, quæ vocatur Paſſinum cum omnibus ad eam pertinentibus, & piſcariam, quæ vocatur Carſum. Præterea Eccleſiam S. Andreæ, & omnes poſſeſſiones Rutelli cum aquis, & omnibus pertinentiis, & adiacentiis ſuis tibi, & Eccleſiæ tuæ authoritate Apoſtolica confirmamus, de quibus cum coram fel. recor. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro inter Pipernum, & bon. mem. Hugonem quondam Terracinen. Epiſcopum quæſtio mota fuiſſet, viſis, & co-

al. Fonte

al. Creſcentiani

cognitis publicis, & antiquis Eccleſiæ inſtrumentis, idem prædeceſſor noſter præfatus poſſeſſiones Epiſcopo memorato, & Eccleſiæ adjudicavit, fecitque jam eum, quam Eccleſiam in corporalem poſſeſſionem induci, ſicut in ejus privilegio exinde confecto manifeſtius continetur. Sanè ſi quæ poſſeſſiones aliæ cultæ, vel incultæ, molendina, tenimenta, atque piſcariæ, quæ quondam forte particulariter Eccleſiæ fuerunt, ſi per temporum intervalla ad eandem Eccleſiam jure legitimo pervenerunt, aut juſtis modis in antea Domino largiente pervenerint, eas tibi, eidemque Eccleſiæ manere decernimus futuris temporibus ſemper illibatas. Præterea prædictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes PIPERNENSEM, ET SETINAM ECCLESIAS EIDEM TERRACINENSI ECCLESIÆ IN PERPETUUM UNITAS MANERE DECERNIMUS CUM OMNIBUS JURIBUS EARUM, REBUS, AC PERTINENTIIS IN ECCLESIIS, MONASTERIIS, PRÆSIDIIS, ROCCHIS, ATQUE CASTELLIS, *quæ ſunt Somnium, Rocca Sicca, Rocca Augarga, Magentia, Aſpranum, Trevє, Sarmінetum, Aquapuzza, Baſſianum cum finibus, & adjacentiis ſuis, cunctiſque* ILLARUM ECCLESIARUM *facultatibus, mobilibus, & immobilibus, de ſeque moventibus, ut quidquid de omnibus* PRÆDICTARUM ECCLESIARUM, *ſeu* MONASTERIORUM *rebus, vel de omnibus* AD EAS *generaliter pertinentibus canonicè ordinare præ ideris, tam tua, quàm univerſi in prædicta Terracinenſi Epiſcopatu tibi canonicè ſucceſſuri, liberam habeatis in perpetuum modis omnibus facultatem.*

Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatam Terracinenſem Eccleſiam perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum propinquiorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva nimirum in omnibus Apoſtolicæ Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire contempſerit, ſecundò, tertiòvè commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis

ge-

generiſque(1)ſuæ dignitate careat reatus, (2)ſed divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud . . . Judicem præmia æternæ pacis inveniat. Amen. Amen. Amen.

(1) l. honoriſque ſui
(2) l. reamque ſe

✠ Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
✠ Ego Cinthius tit. S. Laurentii in Lucina Presb. Card.
✠ Ego Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem Presb. Card.
✠ Ego Petrus S. Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.
✠ Ego Robertus tit. S. Stephani in Cælio Monte Presb. Card.
✠ Ego Stephanus Baſilicæ XII. Apoſt. Presb. Card.
✠ Ego Gregorius tit. S. Anaſtaſiæ Presb. Card.
✠ Ego Petrus tit. S. Laurentii in Damaſo Presb. Card.
✠ Ego Thomas tit. S. Bibianæ Presb. Card.
✠ Ego Robertus tit. SS. Joannis, & Pauli Presb. Card.
✠ Ego Nicolaus Tuſculanenſis Epiſcopus.
✠ Ego Guido Peneſtrinenſis Epiſcopus.
✠ Ego Hugo Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus.
✠ Ego Pelagius Albanenſis Epiſcopus.
✠ Ego Guido S. Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card.
✠ Ego Ottavianus SS. Sergii, & Bacchi Diac. Card.
✠ Ego Gregorius S. Theodori Diac. Card.
✠ Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card.
✠ Ego Romanus . . . . Diac. Card.
✠ Ego Raynerius S. Mariæ in Coſmedin Diac. Card.
✠ Ego Aldebrandinus S. Euſtachii Diac. Card.

Datum Laterani per manum Raynerii Prioris S. Fridiani Lucani, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii xv. Kal. Februarii indict. v. Incarnationis Dominicæ anno 1217. Pontificatus verò Domini Honorii anno primo.

X.

Honorius III. Henricum Frangipanum impuberem commendat.

HONORIUS PAPA III.

Conſulibus, & Populo Terracinenſi.

Ad cap. LXXXIX. pag. 147.

1218.

Ex tabulario Vaticano.

INvicta fides, & devotio indefeſſa, quam magnifici Viri antiqui *Frajapani* Progenie in Progenies ergà Romanam Eccleſiam habuerunt; nobis efficaciter perſuadet, ut nunc eorum ſuperſtites fraterno complectentes affectu, eos favorabiliter foveamus, & ipſorum Jura illæſa ſervemus. Hinc eſt, quod Univerſitatem veſtram rogandam duximus attente, & hortamur, per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandantes; quatenus omnia Jura, & conſuetudines tam in terra, quam in aquis, quas in civitate veſtra claræ memoriæ *Oddo*, *Robertus*, & *Henricus Frajapani* habuiſſe noſcuntur, dilecto Filio *Henrico*, cui etiam propter ætatis defectum ſpecialiter adeſſe volumus, intemerata ſervetis, facientes eidem, ea omnia cum integritate debita exhiberi; alioquin, qui ex injuncto nobis officio Patres debemus exiſtere orphanorum, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Signino noſtris damus litteris in mandatis, ut vos ad id per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione remota, compellat.

Datum Romæ apud S. Petrum Nonas Maij anno ſecundo.

Ho-

XI.

Honorius III. revocat Johanni Ceccano, ob ingrati animi crimen, jus, quod in Setina civitate illi conceſſerat.

HONORIUS PAPA III.

Conſulibus & Populo Sitinenſi.

Quia ſicut gratia datur ex gratia, ita propter ingratitudinis vitium merito revocatur. Nos gratia, quam Joanni de Ceccano impendimus, jus noſtrum in terra veſtra liberaliter concedendo, tanquam ingratum privare volentes, Univerſitati veſtræ præſentium auctoritate, ſub debito juramenti diſtrictè præcipiendo, mandamus, quatenus eidem de cætero, nullatenus intendatis, quia Nos ad manus noſtras diſponimus retinere.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum v. Kal. Junii anno 1.

Ad cap. LXXIII. pag. 98.

1218.

Ex tabulario Vaticano.

XII.

Honorius III. Terracinenſibus ſignificat, Frangipanos inteſtinis diſcordiis inter ſe diſſidentes, pacem iniiſſe.

HONORIUS PAPA III.

Conſulibus, & Populo Terracinenſi.

Ad cap. LXXXIX pag. 147.

1220.

Ex tabular. Vatican.

CUm inter dilectos Filios *nobiles Viros Oddonem Frajapans* ex parte una, & *Petrum Frajapanis*, & Fratres ſuos ex altera, inſtigante humani generis inimico, diſcordia diù non ſine utriuſque partis detrimento durarit, tandem faciente Domino per miniſterium Ven. Fratris noſtri H. Hoſtienſis Epiſcopi, qui ad reconciliationem eorum de mandato Noſtro interpoſuit partes ſuas, ad compoſitionem amicabilem devenerunt, in qua inter alia cautum eſt ſpecialitèr, quod ſi qua partium à compoſitione reſilire præſumpſerit, vos parti compoſitionem ſervanti efficacitèr aſſiſtetis, eidem de Juſtitiis, & rationibus partis alterius reſponſuri. Nos itaque de prædictorum nobilium reconciliatione gaudentes, de quorum diſſidio meritò dolebamus, Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtrictè præcipimus, quatenùs id, ſalvo mandato noſtro, ſtudeatis fideliter obſervare.

Datum Reate VI. Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno quarto.

Eodem modo, & per eadem verba ſcriptum eſt Conſulibus, & Populo Pipernenſi.

Ho-

XIII.

HONORIUS III. donationem quorumdam bonorum, per Robertum, & Deodatum Frangipanos factam, Canonicis S. Mariæ Novæ de Urbe confirmat.

HONORIUS PAPA III.

Priori, & Canonicis Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe.

VEſtræ Religionis honeſtas, quæ multâ præeminet gratiâ meritorum, laudabiliter promeretur, ut gratiam ſanitatis Sedis Apoſtolicæ ſpecialem, & ſuavi veſtræ converſationis odore vobis merito comparatis, ut veſtræ contemplationis quietem dignis favoribus attollentes, vos caritativis ſubventionis auxiliis proſequamur. Nuper ergo vobis veſtro, & Eccleſiæ veſtræ nomine conquerentibus coram nobis, quod Magiſter Maximus Subdiaconus, & Noſter poſter, cui cuſtodiam Caſtri noſtri Aquependæ duximus committendam, vos ejuſdem Caſtri nomine ſuper aquæ Molino, cujus medietatem de claræ memoriæ *Roberti Frajapani*, reliquam verò *Deodati* ejuſdem *filii*, ac uno tenimento terræ, quæ *Alteta* vulgariter appellatur, quod de ipſius *Roberti* conceſſione infra tenimentum Aquependæ cum omnibus utilitatibus ſuis, propoſitis vos adeptos, contra juſtitiam moleſtabat, negotium ipſum dilecto Filio noſtro F. Tituli Sanctæ Crucis Presbytero Cardinali commiſimus audiendum, ut ipſis partibus in ſua præſentia convocatis, citra judiciorum ſtrepitum inquireret ſuper præmiſſis diligentius veritatem. Quo ea, quæ ſuper præmiſſis in ipſius præſentia fuere propoſita, Nobis fideliter referente, Nos licet dicti *Roberti*, ac *ejus Filii* donatio, debito non ſubſiſteret robore firmitatis, volentes tamen ob reverentiam glorioſæ Virginis, cui nunquam ſine retributione condigna debitus impenditur famulatus, domum veſtram in ipſius Virginis honore

con-

Ad cap. LXXXIX. pag. 147.

1224.

Ex stabilimento Vaticano.

conſtructam, debiti favoris prærogativa fovere, ac de noſtro vobis adiicere gratiam ſpecialem, aquæ molinum, & Tenimentum præfata cum omnibus utilitatibus ſuis vobis, & eidem Eccleſiæ veſtræ pia liberalitate concedimus, & donamus in perpetuum poſſidenda. Nulli ergo &c. conceſſionis &c. Si quis &c.

Datum Lateran. IV. Idus Junii anno octavo.

XIV.

Gregorius IX. Setinis Rectorem Paulum Judidicem concedit.

GREGORIUS PAPA IX.

Populo Setinen.

Ad cap. LXXIII. pag. 98.

1227.

Ex tabulario Vaticano.

Recepto nuper a veſtris nuntiis juramento de ſtando mandatis noſtris ſuper eo, quod dilectum Paulum Judidicis nobilem civem Romanum eligeratis vobis ſine noſtra licentia in Rectorem, eiſdem nuntiis, & per eos vobis iniunximus, ſub debito præſtiti juramenti, ne quem extraneum in Rectorem de cætero aſſumatis ſine Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, & ne ſine noſtro mandato, Paulo intenderetis eidem; nolentes autem, quod terra veſtra, cujus tranquillitatem, & ſtatum paterno zelamur affectu ex defectu Rectoris poſſit incurrere detrimentum, eumdem Paulum de cujus induſtria, & devotione confidimus, & in quem Veſtros animos direxiſtis, vobis hoc anno de gratia concedimus in Rectorem; ideoque Univerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus hilariter recipiatis eumdem, & ei tanquam Rectori veſtro humiliter intendatis.

Datum Anagniæ VII. Idus Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Cle-

XV.

CLEMENS V. Saxoni Taccono confirmat quaſdam domos a Magiſtro Ordinis S. Johannis Hieroſolymitani eidem Saxoni conceſſas.

CLEMENS PAPA V.

Dilecto Filio Saxoni, nato dilecti filii Rainaldi de Setia, Militis, & Magiſtri Hoſtiarii noſtri, Clerico Terracinen. Diœceſis.

Ad cap. xcviii. pag. 157.

1309.

Ex tabulario Vaticano.

TUa, & tuorum devotio exigit, ut perſonam tuam ſpeciali benevolentia proſequentes, votis tuis in iis, quæ digne poſſumus favorabiliter annuamus. Exhibita ſi quidem nobis ex parte tua petitio continebat, quod dilectus *filius frater Fulco Magiſter Hoſpitalis Sancti Joannis Jeroſolymitani* conſiderans grata, & accepta ſervitia, quæ dilectus filius *Rainaldus de Setia, Miles, & Magiſter Hoſtiarius noſter, Pater tuus* ſibi impendit hactenus, & impendere poterit in futurum, domos Sancti Coſmæ de Aquino, & Sancti Leonardi de Setia Terracinen. Diœceſis, ad Hoſpitale ipſum ſpectantes cum appendiciis, juribus, & pertinentiis eorumdem, tibi ex poteſtate, & auctoritate ſibi per conventum ſuum tranſmarinum tradita, ad vitam tuam contulit, & conceſſit, prout in patentibus literis inde confectis, ipſius Magiſtri Hoſpitalis plumbea Bulla munitis, plenius continetur. Nos itaque *ejuſdem Rainaldi*, a nobis hujuſmodi gratiam implorantis, ac tuis ſupplicationibus inclinati, collationem, & conceſſionem hujuſmodi ratas, & gratas habentes, illas auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & p. s. p. communimus; ac ſupplemus omnem defectum, ſi qui forſitan extitit in eiſdem, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, tenorem literarum ipſarum de verbo ad verbum præſentibus

H h in-

inſeri facientes, qui talis eſt: *Noverint univerſi præſentes literas inſpecturi, quod nos frater Fulco de Vilareto Dei gratia Sanctæ Domus Hoſpitalis Sancti Joannis Jeroſolimitani Magiſter humilis, & pauper Chriſti cuſtos, penſantes obſequioſæ placiditatis grata, & accepta ſervitia, quæ* NOBILIS VIR DOMINUS RAINALDUS TACCONI DE SETIA, DOMINI PAPÆ MILES, ET MAGISTER HOSTIARIUS, AMICUS NOSTER CARISSIMUS *nobis, & domus noſtræ benevolis impendit affectibus ſollicitè, diligenter, & providè animi procul ſemota deſidiæ labe, ac ea, quæ impendere potuit in Romana curia impoſterum continue, ab conſiderationem ejus, quem ſuis exigentibus meritis, & actibus proſequi tenemur favore, & gratia, & quæ etiam* DILECTUS NOSTER SAXO PRÆFATI DOMINI RAINALDI FILIUS *nobis, ipſi domus impendit, & impendere poteſt in futurum eidem* Saxoni, *tanquam benemerito* domum noſtram Sancti Coſmæ de Aquino Prioratus Capuæ, *cum omnibus, & ſingulis Juribus, pertinentiis, & appenditiis ad ipſam domum quoquomodo ſpectantibus, ſub reſponſione, & callisi conſuetis, annis ſingulis, Priori noſtro Capuæ, aut ejus Locumtenenti, die prima menſis Maii in civitate Capuæ integre perſolvendis, habendum, tenendum, regendum, uti, fruendum, & auctoritate, & poteſtate nobis per conventum noſtrum tranſmaximum attributis, exinde patentibus literis, noſtrâ, & ipſius conventus Bulla plumbea ſignatis, de conſilio, & aſſenſu expreſſo Fratrum nobis aſſiſtentium commiſimus, & tradidimus, quam diu vixerit, ac pacifice poſſidendam. Ita tamen quod dictus Saxo dictam domum reficere, reparare, meliorare, emendare, manutenere, protegere ac augumentare in quibus commode poterit, teneatur. Obeunte autem præfato Saxone, prædictam domum cum omnibus ſuis juribus, pertinentiis, ac univerſis, & ſingulis emendamentis, incrementis, & meliorationibus per ipſum, in ea faciendis, ad nos, & domum noſtram plene, & integre, obſtacula, contradictu, & impedimenta ſublatis quibuſcumque, & quieſcentibus, revertatur. Ea propter præcipiendo mandamus in Chriſto nobis cariſſimo præfato Priori Capuæ, vel ejus Locumtenenti, quod dictam domum cum omnibus Juribus, & pertinentiis, hinc ad octo dies poſt præſentationem præ-*

præſentium eidem Saxoni, vel ejus Procuratori, præſentes literas deferenti, liberaliter tradant, integreque aſſignent. In cujus rei teſtimonium, Bullæ noſtræ plumbeæ præſentibus eſt appenſa. Datum Avinioni die vigeſima ſexta Julii, anno Domini Milleſimo Treceenteſimo nono. Nulli &c. confirmationis, & ſuppletionis &c. *Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſanam, Vaſionen. Dioceſis, decimoſexta Kalendas Septembris, anno quinto.*

Di-

XVI.

Clemens V. Eccleſiam S. Angeli de Fortunala eidem Saxoni confirmat.

CLEMENS PAPA V.

Dilecto Filio Saxoni, nato dilecti filii Rainaldi de Setia, Militis, & Magiſtri Hoſtiarii noſtri, Rectori Eccleſiæ Sancti Angeli de Fortunala, Terræ Monaſterii Caſſinen.

Ad cap. xcviii. pag. 157.

1309.

Ex tabulario Vaticano.

CUM à Nobis petitur &c. uſque *effectum*. Exhibita ſiquidem ex parte tua Nobis petitio continebat, quod dilectus filius Abbas, & Conventus Monaſterii Caſſinen. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, Eccleſiam Sancti Angeli de Fortunala, Terræ ipſius Monaſterii Caſſinen. tunc vacantem, & ad collationem eorum ſpectantem, cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis, tibi, Motu proprio, canonice contulerunt, & providerunt de illa, prout in patentibus literis, inde confectis, dictorum Abbatis & Conventus, ſigillo munitis, plenius continetur. Nos itaque &c. ut ſupra, *uſque quo talis Eccleſia*. Noverint univerſi præſentes literas inſpecturi, quod Nos Marinus Dei gratia Abbas, & Conventus Monaſterii Caſſinen. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, conſiderantes grata, & accepta ſervitia, quæ NOBILIS VIR DOMINUS RAINALDUS TACCONI DE SETIA, DOMINI PROFESSUS MILES, ET MAGISTER HOSTIARIUS nobis, & Monaſterio noſtro, tam in Romana Curia, quam alibi fructuoſe contulit, & conferre poterit in futurum, & propter hoc ſibi, & ſuis gratificare, & pro meritis reſpondere volentes, tibi Saxoni Clerico, nato prædicti Domini Rainaldi, obtentu ipſius Patris tui, & pro noſtro, & ipſius Monaſterii commo-

modo, & profectu, gratiam facere ſpecialem volentes, Eccleſiam Sancti Angeli de Fortunula, ad Monaſterium noſtrum, noſtramque collationem, ordinationem, & diſpoſitionem, pleno Jure ſpectantem, cum omnibus domibus, terris, vineis, Vaſſallis, poſſeſſionibus, Juribus, & pertinentiis ſuis, liberaliter conferimus, concedimus, & donamus, & Joannem Jacobum Clenconi de Setia, Procuratorem tuum, de ipſius nomine tuo per anulum noſtri præfati Abbatis præſentialiter inveſtimus. Volentes, te ex nunc prædictæ Eccleſiæ, & bonorum prædictorum pacifica poſſeſſione gaudere, mandantes nihilominus tenore præſentium omnibus Vaſſallis, & aliis, qui terras, vineas, domos, poſſeſſiones, bona, & Jura ipſius Eccleſiæ tenent, ſive ad firmam, ſeu ad dictum redditum, ſeu quocumque alio modo, quod tibi, tamquam Rectori ejuſdem Eccleſiæ, de fructibus prædictorum omnium debeant reſpondere. In quorum teſtimonium præſentes literas tibi concedimus, ſigillis noſtris munitas.

Datum apud Monaſterium noſtrum Caſſinen. in anno Domini Milleſimo trecenteſimo nono, die quartadecima menſis Octobris, octava Indictione, Pontificatus Sanctiſſimi Patris & Domini Domini Clementis Papæ quinti, anno quinto.

Di-

XVII.

CLEMENS V. nonnullas Præbendas eidem Saxoni concedit.

CLEMENS PAPA V.

Dilecto Filio Saxoni, nato dilecti filii Nobilis Viri Rainaldi de Setia, Militis, Magiſtri Hoſtiarii noſtri, Canonico Neapolitano.

Ad cap. XCVIII. pag. 157.

1313.

Ex tabulario Vaticano.

TUæ probitatis merita, ſuper quibus laudabile tibi teſtimonium perhibetur, nec non grata, & accepta ſervitia, quæ Nobis, & Apoſtolicæ Sedi dilectus filius *Nobilis Vir Rainaldus de Setia, Miles, Pater tuus, Magiſter Hoſtiarius noſter* diutius impendiſſe, & jugiter impendere noſcitur, promerentur, ut ad perſonam tuam Apoſtolicæ munificentiæ dexteram extendamus. Volentes itaque tibi præmiſſorum intuitu, & obtentu dicti Patris tui, Nobis ſuper hoc per te cum inſtantia ſupplicantis, gratiam facere ſpecialem, Canonicatum Eccleſiæ Neapolitanæ cum plenitudine Juris Canonici, & Præbendam Diaconalem, ſeu Beneficium Diaconatum, vulgariter nuncupatum, ſi qua, vel ſi quod in eadem Eccleſia vacat ad præſens, cum omnibus Juribus, & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & providemus de eiſdem. Si vero hujuſmodi Præbenda Diaconalis, vel Beneficium nunc in Eccleſia ipſa non vacat, Nos Præbendam, vel Beneficium ſimilia, proximo ibi vacatura, vel vacaturum, conferenda, ſeu conferendum tibi, cum vacaverit, donationi Apoſtolicæ reſervamus. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate contigerit attentari. Non obſtantibus de certo Canonicorum numero, et quibuslibet aliis ſtatutis, et conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ contrariis, Juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui Apoſtolicâ, vel aliâ quavis

auctoritate in dictæ Eccleſia in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, quibus omnibus præter quam auctoritate noſtra, inibi receptis, & vel Præbendas, ſeu Beneficia ſimilia expectantibus, vacatura, te volumus in aſſequtione hujuſmodi Præbendæ, ſeu Beneficii anteferri, ſed nullum per hoc ipſis, quoad aſſequtionem aliarum Præbendarum, & Beneficiorum præjudicium generari. Aut ſi Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Neapolitan. & quibuslibet aliis communiter, vel diviſim a Sede ſit indultum prædictâ, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de Canonicatibus, & Præbendis, ſive Diaconatibus, vel Beneficiis ipſius Eccleſiæ, vel ad eorum collationem, proviſionem, aut aliam diſpoſitionem ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas dictæ Sedis, non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo &c. ſeu qualibet alia prædictæ Sedis indulgentia &c. uſque *effectus* hujuſmodi gratiæ noſtræ impediri poſſit quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore in noſtris literis habenda ſit mentio ſpecialis; ſeu ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ ſolitum &c. uſque *præſtes*. Aut quod in Eccleſia Aquen. Canonicatum & Præbendam, & Sancti Conſtantii, & Sancti Coſmæ Aquinatis, ac Sancti Angeli de Fortunala, Terræ Monaſterii Caſſinen Eccleſias ſine cura noſceris obtinere, & in Eccleſia Lucan. auctoritate Apoſtolica ſub expectatione vacaturæ Præbendæ in Canonicum es receptus. Nulli &c. collationis, proviſionis, reſervationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere &c. *Datum Avinioni quartodecima Kalendas Maji, anno octavo*. In eodem modo — Dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Benedicti Salernitan. & Magiſtris Matthæo Caraculo de Neapoli Archidiacono Majoriſcalen in Eccleſia Rothomagen. Notario, ac Oddoni de Sermineto Canonico Xanctonen. Cameræ noſtræ Clerico. Probitatis merita dilecti filii Saxonis &c. ut ſupra, *mutatis mutandis*, uſque, *mandamus*, *quatenus vos*, *vel duo* &c. præfatum Saxonem, vel Procuratorem ſuum ejus nomine, auctoritate noſtra in præfata Neapolitan. Eccleſia ex nunc recipi facientes in Canonicum, & in fratrem ſtallo ſibi in cho-

choro, & loco in Capitulo aſſignatis, ipſum, vel dictum Procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem hujuſmodi Præbendæ, ſeu Beneficii per Nos ei collatæ, ſeu collati, ſi tempore collationis, per Nos ſibi factæ de ipſa, vel ipſo, in Eccleſia ſupradicta vacabat, jurium & pertinentiarum ipſius inducatis, & defendatis inductum, alioquin Præbenda, ſeu Beneficium per Nos taliter reſervatam, ſeu reſervatum, ſi ab hujuſmodi noſtræ reſervationis tempore in eadem Eccleſia Neapolitan. vel cum eam, ſeu illud tibi vacare contigerit, prælibato Saxoni, vel dicto Procuratori pro eo conferatis, vel etiam aſſignetis, ipſumque faciatis pacifica illius Præbendæ, ſeu Beneficii poſſeſſione gaudere, ac ei de ipſius Præbendæ, ſeu Beneficii fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, & obventionibus univerſis integre reſponderi. Non obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi Archiepiſcopo, & Capitulo ſupradictis, vel quibusvis aliis à præfata Sede indultum exiſtat, quod excommunicari, aut interdici nequeant, vel ſuſpendi per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem; contradictores auctoritate noſtra &c. *Datum ut ſupra*.

Ca-

XVIII.

Clemens V. Andreæ Taccono aliquas Præbendas ſimiliter confert.

CLEMENS PAPA V.

Dilecto Filio Andreæ, nato dilecti filii Nobilis Viri Raynaldi de Setia, Militis, Magiſtri Hoſtiarii noſtri, Canonico Tudertin. Scriptori noſtro.

Virtutum ſtudia, quibus vacare diceris, nec non grata, & accepta ſervitia, quæ dilectus filius *Nobilis Vir* Ad cap. xcvii pag.
Raynaldus de Setia, Miles, Pater tuus, Magiſter 157.
Hoſtiarius noſter Nobis, & Romanæ Eccleſiæ diutius impendiſſe dignoſcitur & impendere non deſinit inceſſanter, excitant mentem noſtram, ut perſonam tuam ſpecialis favoris gratia proſequamur. Volentes itaque tibi præmiſſorum intuitu, & obtentu dicti Patris tui, Nobis per te in hac 1313.
parte humiliter ſupplicantis, Apoſtolicæ munificentiæ dexteram aperire, Canonicatum Eccleſiæ Tudertin. cum plenitudine Juris Canonici, & Præbendam, ſi qua in eadem Eccleſia vacat ad præſens cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis, Apoſtolica tibi auctoritate conferimus, & providemus de illis, & nihilominus Dignitatem, Perſonatum, vel Officium quam, ſeu quem, vel quod per te, vel Procuratorem tuum, ad hoc a te ſpecialiter conſtitutum, infra unius menſis ſpatium poſtquam tibi, vel ei de hujuſmodi Dignitatis, Perſonatus aut Officii vacatione innotuerit, duxeris acceptandam, vel etiam acceptandum, ſi in dicta Eccleſia vacat ad præſens, vel quamprimum illam, vel illum, ſeu illud ibi vacare contigerit, etiamſi nulla Præbenda non vacet in Eccleſia ſupradicta, Præbendam proximo in eadem Eccleſia vacaturam conferendam tibi cum ſimul, vel ſucceſſive vacaverint cum omnibus Juribus & pertinentiis poſt acceptationem hujuſmodi, donationi Apoſtolicæ reſervamus, illi, vel illis, ad

Ex tabulario Vaticano.

quem, ſeu quos in dicta Eccleſia, Dignitatum, Perſonatuum, vel Officiorum collatio, vel alia diſpoſitio pertinet diſtrictius inhibentes, ne ipſi de illis interim etiam ante acceptationem hujuſmodi, contra hujuſmodi noſtram reſervationem diſponere quoquomodo præſumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obſtantibus de certo Canonicorum numero &, quibuslibet aliis ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ contrariis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, vel quacunque firmitate alia roboratis. Aut ſi aliqui noſtra, vel Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, vel alia quavis auctoritate in dicta Eccleſia in Canonicos ſint recepti, vel ut recipiantur inſiſtant. Seu ſi ſuper proviſionibus faciendis aliquibus de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Perſonatibus, vel Officiis in eadem Eccleſia ſpecialiter, vel de Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generaliter ſcripta Apoſtolica ſint directa, quibus omnibus præterquam auctoritate noſtra, inibi Præbendas, Dignitates, Perſonatus, vel Officia expectantibus, vacatura, te volumus in aſſequtione hujuſmodi Præbendæ, Dignitatis, Perſonatus, vel Officii anteferri, ſed nullum eis per hoc quoad aſſequutionem aliorum, Præbendarum, Dignitatum, Perſonatuum, vel Beneficiorum præjudicium generari. Seu ſi Venerabili fratri noſtro Epiſcopo, & dilectis filiis Capitulo Tudertinen. vel quibus aliis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica indultum exiſtat quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, quodque ad id compelli non poſſint, ſeu quod de Canonicatibus, Præbendis, Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis ejuſdem Eccleſiæ, aut aliis Beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collationem, proviſionem, ſeu quamcumque aliam diſpoſitionem, conjunctim, vel ſeparatim ſpectantibus, nulli valeat provideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo &c. Et qualibet alia ipſius Sedis indulgentia &c. uſque, *effectus*, hujuſmodi gratiæ impediri valeat, vel differri & de qua in literis noſtris ſpecialis mentio ſit habenda. Sive ſi præſens non fueris ad præſtandum de obſervandis ſtatutis, & conſuetudinibus ipſius Eccleſiæ &c. uſque,

præ-

præter. Aut quod in Sanctæ Mariæ de Setia Terracinen. Diœceſis, Canonicatum, & Præbendam, ac de Fins, & Danglades decimas Agennen. Diœceſis ex conceſſione Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Agennen. noſceris obtinere, ac in Eccleſia Piſan. auctoritate Apoſtolica ſub expectatione vacaturæ Præbendæ in Canonicum es receptus. Nulli ergo &c. collationis, proviſionis, reſervationis, inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis &c. *Datum Avinioni quartodecimo Kalendas Maji anno octavo.*

In eodem modo -- Dilectis filiis Sancti Fauſtini, & Sanctæ Luminatæ Prioribus Tudertin. ac Magiſtro Oddoni de Sermineto Canonico Xanctonen. Cameræ noſtræ Clericis. Virtutum &c ut ſupra mutatis mutandis uſque, *mandamus quatenus Vos vel duo* &c. præfatum Andream, vel Procuratorem ſuum ejus nomine, auctoritate noſtra recipi faciatis ex nunc in dicta Tudertin. Eccleſia in Canonicum, & in fratrem ſtallo ſibi in choro, & loco in Capitulo aſſignatis, ipſumque, vel dictum Procuratorem pro eo in corporalem poſſeſſionem hujuſmodi Præbendæ, ſi tempore collationis per Nos ſibi factæ, de illa in dicta Eccleſia Tudertin. vacabat, Jurium, & pertinentiarum ejus inducatis, & defendatis inductum, Dignitatem, auctoritate ſeu Perſonatum, vel Officium per Nos, ut præmittitur, reſervata, ſeu reſervatum, quam, vel quem, ſeu quod dictus Andreas, ut præmittitur, acceptabit, etiamſi nulla Præbenda tempore hujuſmodi noſtræ collationis in dicta Eccleſia Tudertin. vacabat, Præbendam per Nos taliter reſervatam, ſi hujuſmodi Dignitas, ſeu Perſonatus, vel Officium, tempore hujuſmodi noſtræ reſervationis vacabat, vel ex tunc etiam ipſa Dignitas, ſeu ipſe Perſonatus, vel ipſum Officium ac dicta Præbenda vacaverunt, vel cum ea inibi vacare contigerit, ſibi conferatis, auctoritate prædicta, & etiam aſſignetis, ipſumque, vel dictum Procuratorem pro eo faciatis ad eamdem Dignitatem, vel Perſonatum, aut Officium, ut eſt moris, admitti, ac eorumdem Canonicatus, Præbendæ, & Dignitatis, vel Perſonatus, aut Officii pacifica poſſeſſione gaudere, ſibique de ipſorum Canonicatus, Præbendæ, Dignitatis, aut Perſonatus, vel Officii fructibus, redditibus, proventibus, Juribus, et obventionibus univerſis integre reſponderi, non obſtanti-

bus ſupradictis, ſeu ſi prædictis Epiſcopo, & Capitulo, & quibuſcumque aliis a præfata ſit Sede indultum, quod excommunicari, aut interdici nequeant, vel ſuſpendi per literas Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem. Contradictores auctoritate noſtra &c. *Datum ut ſupra*.

XIX.

Legatio data a Setinis Raynaldo Tacconi pro pace inter eos, & Comitem Fundorum, ac Jacobum de Ceccano ineunda.

Ad cap. XVIII. pag. 157.

1321.

Ex tabulario Setino.

IN nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo tercenteſimo vigeſimo primo. Indict. 6. Pontificatus D. Joannis Papæ XXII. anno V. menſe Januarii die 22. Congregato, & coadunato Populo Setino ad ſonum Campanæ, & vocem Præconis, de mandato nobilis viri Nicolai Pallazoli de Fruſinone, Vicarii Communis Setiæ in platea Communis prædicti, ut moris eſt, prædictus Vicarius cum conſenſu, & voluntate Populi ſupraſcripti, & idem Populus decreto, & authoritate, & voluntate dicti Vicarii unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante, fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, & ordinaverunt eorum, & dicti Communis verum, & legitimum Sindicum, Actorem, & Procuratorem, & Nuncium ſpecialem, & quocumque nomine melius dici, & cenſeri poteſt *nobilem virum D. Raynaldum Tacconem, Militem, Civem Setinum*, præſentem, & recipientem ad comparendum coram magnificis viris, & Dominis Don Loffredo Gaytano Comite Fundorum, & Jacobo de Ceccano, nato quondam magnifici viri quondam Berardi de Ceccano, & ad compromittendum Sindicationem dicti Communis, & pro ipſo Communi in prædictos magnificos viros D. Loffredum Gaytanum Comitem Fundorum, & Jacobum de Ceccano, ſuper pace facienda inter partes infraſcriptas de omnibus, & ſingulis brigis, & guerris, ſeu guerrarum diſcriminibus, affalimentis, aggreſſionibus, cavalcatis, cum Bannetis, & ſine Bannetis, pactionibus, homicidiis, & quibuſcumque

que aliis injuriis, & injurioſis actibus, culpis, criminibus, & delictis commiſſis, & perperratis ubicumque, quandocumque, & quomodocumque, & qualitercumque uſque in hodiernum diem inter Commune Setiæ, & homines dictæ Setiæ, ſequaces eorum parte una, & magnificos viros Thomaſium de Ceccano, Bartholomæum de Trebis, Franciſcum de Trebis nepotem ejus, Johannem Peruntu, natum magnifici viri D. Petri de Comite de Tetracena, Vaſſallos, familiares, & ſequaces ipſorum ex altera parte, cum plena libera, & generali poteſtate tranſigendi, & concordandi, prout et melius videbitur, & generaliter ad alia omnia, & ſingula faciendum, procurandum, miniſtrandum, & operandum in prædictis, & circà prædicta, quæ fuerint neceſſaria quomodolibet, & opportuna &c. Præſentibus &c. Et Ego Andreas Pandulfus Notarius publicus Setinus prædictus omnibus præſens interfui rogatus, & ex fidelitate ſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, meoque ſolito ſigno ſignavi &c.

Stipu-

XX.

Stipulatio pacis, initæ a Franciſco Taccone, nomine Univerſitatis Setinorum cum Nicolao Fundorum Comite, Domino Sermonetæ, & Baſſiani.

Ad cap. xcviii. pag. 157.

1340.

Ex tabulario Setino,

IN Nomine Domini Amen. Anno Domini milleſimo tercenteſimo quadrageſimo Indict. 8. Pontificatus D. Benedicti P.P. XII. anno vi. menſis Auguſti die 19 In præſentia mei Notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum ad honorem, & laudem, omnipotentis Dei, & Virginis Glorioſæ. Magnificus, & potens vir D. Nicolaus Fundorum Comes, Dominus Caſtrorum Sermoneti, & Baſſiani ſuo proprio nomine & vice, & nomine Vaſſallorum ſuorum, & Univerſitatum hominum dd. Caſtrorum ex parte una. Et *nobilis Vir Franciſcus Taccone de Setia*, Sindicus, & Perſona legitima Communis, & Univerſitatis Setiæ Sindicatorio nomine ipſius Communis, & vice, & nomine ſpecialium perſonarum Univerſitatis prædictæ, prout de ipſo Sindicatu conſtat publico inſtrumento, ſcripto manu diſcreti viri Petri Datiani de Velletro publici Notarii, & nunc Setiæ Notarii ad infra omnia, & ſingula legitimè ordinatum &c. ex parte altera. Eorum propriis bonis, & ſpontaneis voluntatibus fecerunt veram, puram, mundam, & perpetuam pacem, atque concordiam, & remiſit una pars alteri, & altera alteri, ſtipulatione ſolemni interveniente &c. omnem injuriam, omnemque actionem &c. prætextu, & occaſione violentiarum, cavalcatarum, homicidiorum, & aſſalimentorum, vulnerum, incendiorum, carcerationum, invaſionum, damnorum datorum, fractionis pacis olim factæ, ut dicitur, inter ipſum Comitem, & Sindicos Univerſitatum dictorum Caſtrorum Sermoneti, & Baſſiani ex parte una, & Sindicum Communis Setiæ ex parte altera, Et generaliter de omnibus, & ſingulis maleficiis, & injuriis commiſſis, factis, & patratis per ipſum Commune, et ſpe-

et ſpeciales perſonas ipſius Communis Seriæ, contra, et adverſus D. Comitem ſupradictum &c. dictas Univerſitates Caſtrorum Sermineti, & Baſſiani, & homines dictorum Caſtrorum; Item una pars alteri etiam promiſit hanc pacem firmam, et inviolabilem obſervare, & in futurum contra eam non venire etc. Præſentibus etc.

Et ego Andreas Magiſtri Leonis Notarius publicus Setinus prædictis omnibus præſens interfui rogatus, fideliter ſcripſi et publicavi, et in hanc publicam formam redegi etc.

XXI.

Stipulatio de juribus, quæ habebat Porphiria Normeſina in Caſtro Scurculi.

IN Nomine Domini Amen. Die 13. Januarii 1348. In mei &c. Nobilis mulier, & adoleſcentula D. Porfiria fil. quondam magnifici D. Alexandri Cajetani, cum præſentia, & auctoritate D. Bernardini Normenſini ſui Avvonculi, & Curatoris &c. recognoſcendo bonam fidem Honorati ſui Patrui &c. vigore capitulorum factorum inter magnificos viros D. Joannem Felicem ex una, & D. Joannem, & Paulum Cajetanos ex altera &c. Dominos Caſtri Scurculi &c. magnificus D. Joannes Aloyſius filius magnifici D. Honorati Cajetani, fratris ejuſdem D. Porfiriæ ſponte &c. ſe obligavit &c. quod in omnem eventum, quod Caſtrum Scurculi ad ipſum eveniret &c. ipſa D. Porfiria habeat omne id, & totum quod ad eam in futurum ſpectabit &c. & ſic una pars alteri promiſit adimplere, & ſemper obſervare ſub hypotheca, & obligatione omnium bonorum. Præſentibus &c. Ita eſt Cajetanus de Marco Notarius publicus Setinus.

Ad cap. xcix. pag. 157

1348.

Ex tabulario Setino.

Sup-

XXII.

Sanctiones, & decreta edita a Petro Cartario in Viſitatione Eccleſiæ Setinæ ſub Urbano Papa V.

In Nomine Domini, Amen.

Ad cap. LXXXIV. pag. 130.

1369.

Ex tabulario Setino.

NOs Frater Petrus Prior Cartarii Prioratus S. Mariæ Novæ de Urbe, ordinis S. Benedicti viſitator, correĉtor, & reformator Eccleſiarum ſæcularium, & monaſteriorum omnium ordinum, quomodocumque exemptorum, & non exemptorum, Dominorum Epiſcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, & partium omnium, & ſingularum Eccleſiarum, Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ, cum plena auctoritate viſitandi, inquirendi, reformandi, ſtatuendi, & corrigendi à Sede Apoſtolica deputatus, Venerabilibus viris Archipresbyteris, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ S. Mariæ de Setia . . ſalutem in Domino, & infraſcriptis noſtris, imò verius Apoſtolicis ſtatutis, conſtitutionibus, monitis, & præceptis parere humiliter & devotè ad ſtatum, & reformationem ejuſdem Eccleſiæ ſollicitè intendentes, prout noſtro incumbit officio, & ad ea, quæ ipſius ſtatus, & reformationis incontinentiæ reſpiciunt . . . . deducentes infraſcripta ſtatuta, prout vidimus, ſatis ipſi Eccleſiæ, & ipſis veſtris expedientia, auctoritate Apoſtolica ea edidimus, prout inferius apparebunt perpetuis temporibus duratura, quæ per vos, & ſucceſſores veſtros in dicta Eccleſia eadem auctoritate mandamus, & volumus obſervari, & ut de auctoritate nobis conceſſa plenius informemini ad cauthelam præſentium, & memoriam, una cum infraſcriptis ſtatutis copiam Privilegii Apoſtolici fieri fecimus, & inſeri cum . . . quæ talis eſt. Urbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Petro Cartario Priori Prioratus Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe, ordinis Sancti Benedicti ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum, & mo-

& monaſteriorum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum, noſtræ Paſtoralis curæ debitum intendentes, circa eorum viſitationem, & reformationem cum illa deformata ſentimus, partes Apoſtolicæ ſollicitudinis adhibemus, ſanè ad noſtrum fide digna relatione . . . . Cathedrales, & Collegiatæ Eccleſiæ, & monaſteria, & alia pia loca ſecularia, & Regularia . . . exempta, & non exempta Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ in ſpiritualibus . . . . . & nonnulli eorum Prælati, & qui incontinentiæ, & aliis vitiis ſunt reſpectivè, quæ abſque debita appoſitione remedii non debemus . . . . & ad ipſarum Eccleſiarum, & monaſteriorum, & locorum reformationem, & eorumdem Prælatorum, & Perſonarum correctionem paternis, & ſollicitis ſtudiis intendentes, diſcretioni tuæ, de qua gerimus in Domino fiduciam ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenùs ad ſingulas hujuſmodi Eccleſias, *præſertim Cathedrales*, & monaſteria, & loca exempta, & non exempta etiam Ciſtercien. Cluniacen. Præmonſtraten. Camaldulen. & Sanctorum Benedicti, & Auguſtini, aliorumque ordinum quorumcumque, ac domorum, Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, & S. Mariæ Theutonicorum, de quibus tibi videbitur, perſonaliter accedas, & habens præ oculis ſolum Deum, auctoritate noſtra ea viſites, & inquiras ibidem, ac corrigas, & reformes, tam in capitibus, quam in membris ſuper præmiſſis, & aliis, quæ viſitationis, inquiſitionis, correctionis, & reformationis officio, in Domino noveris indigere, invocato ad hæc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores autem auctoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & litteris Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, monaſteriorum, & locorum prædictorum, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. *Datum Romæ apud S. Petrum* III. *Nonas Martii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo*. Conſtitutionum, & ſtatutorum prædictorum tenor

 per

per omnia talis eſt. In primis pro ſtatu, & reformatione ſupradictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & utilitate, & honore Archipresbyteri, & Canonicorum in dicta Eccleſia ſervientium, ſtatuimus, & ordinavimus, quod omnes fructus, & redditus, & proventus dictæ Eccleſiæ in quibuſcumque conſiſtant, Beneficiis tertiarum dumtaxat exceptis, veniant in communi Cameræ dictæ Eccleſiæ, ut cuſtodiantur, & conſerventur per Præpoſitos, ſeu Menſarios dictæ Eccleſiæ, quos prædicti Archipresbyter, & Canonici de anno in annum duxerint eligendos, qui in principio eorum creationis jurabunt, dictum officium fideliter exercere, & de dictis fructibus, ipſis, Archipresbytero, & Canonicis quotidianæ diſtributiones dentur, & ſolvantur, prout inferius apparebit, quibus provideatur de ſalario competenti de bonis ipſius Eccleſiæ. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod in dicta Eccleſia ſint quotidianæ diſtributiones, quæ Archipresbytero, & Canonicis ſervientibus in eadem ſolvantur, & dentur in hunc modum, videlicet, in Matutinis denarios 3. in Miſſis totidem, in Veſperis totidem, in Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio denarium unum pro qualibet dictarum horarum, unuſquiſque, Archipresbyter, ſeu Canonicus, qui dictis horis intererit, recipere teneatur, & in Feſtis duplicibus dictæ diſtributiones penitùs duplicentur. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Canonici dictæ Eccleſiæ, qui debent reputari præſentes in dictis horis, debeant intrare chorum in Matutinis, Veſperis, & aliis horis canonicis, antequam ſit dictum *Gloria Patri* primi Pſalmi majoris Officii, & in Miſſa antequam ſit dictum ultimum *Kyrie eleyſon*, & debeant ſtare uſque ad finem, donec quod ſit dictum *Benedicamus Domino*, vel *Ite Miſſa eſt*, & qui tali hora non intraverit chorum prædictum, perdat diſtributionem illius horæ, in qua defuerit. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod per Archipresbyterum, & Canonicos eligantur duo ex ipſis, quos Menſarios, ſeu Præpoſitos appellabunt de anno in annum, qui ſcribant omnes Canonicos præſentes in dicta Eccleſia, & punctent etiam abſentes, & de menſe in menſem ponant calculum rationis coram omnibus Canonicis, de diſtributionibus perdictos Canonicos lucratis, & admiſſis, qui in principio eorum creationis, teneantur,

Digitized by Google

to odio, vel amore jurent, eorum officium fideliter exerce- re, & illis, qui dictas diſtributiones lucrati fuerint, ſol- vant de fructibus dictæ Eccleſiæ, quos ſervaverunt pro dictis diſtributionibus perſolvendis, & ut cultus divinus in dicta Eccleſia ordinatè procedat, ut eſt moris, ſtatui- mus, & ordinamus, quod dum divina Officia decantantur in dicta Eccleſia, media pars Canonicorum ſtet ab una parte chori, & alia media pars ab alia, & nullus de choro exeat, quamdiu dicta Officia decantantur, niſi neceſſitas cor- poralis eum ad exeundum induxerit de choro: ad chorum nullus accedat ſine mandato, vel licentia Archipresbyteri ſupradicti, nullus ad invicem confabuletur, vel loquatur, nec aliquod turpe cachinnum faciat, vel aliquos illicitos actus exerceat, dum moratur in choro prædicto. Cum ingrediuntur chorum, juxtà eorum laudabilem morem, primo revereantur Altari, poſtea Archipresbytero, ſi præ- ſens fuerit in choro prædicto, ex quo etiam cantatur *San- ctus, Sanctus*, usque ad Reſurrectionem Domini, omnes genuflexi, ſtent in choro prædicto: & qui non fecerit, per- dat diſtributionem, quam lucratus fuiſſet in dictis horis, ſi prædicta omnia obſervaſſet. Item ſtatuimus, & ordi- namus, quod omnes, & ſinguli ſupradicti Archipresbyter, & Canonici, dum ſtant in choro prædicto, teneant cottas, ſeu ſuperpellicia a principio Officii uſque ad finem, & qui contrarium fecerit, duos ſolidos pares Cameræ dictæ Eccle- ſiæ ſolvere teneatur. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod *omnes Canonici dictæ Eccleſiæ præſentes, & futuri tenean- tur, & debeant ad ſacros Ordines promoveri, præſentes videlicèt uſque ad unum annum, a die data præſentium com- putan. futuri verò à tempore introitus eorum in dicta Eccle- ſia, uſque ad annum unum proximum futurum computan.* & qui non fecerit, fructus dictæ Eccleſiæ nullatenus ſibi dentur, quouſque ſint promoti ad ordines ſupradictos. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod, omnes, & ſingu- li ſupradicti de cætero, veſtes longas, & ad minus uſque ad femoralia clauſulas, & ita longas, ut pedes attingant, de- ferant, nec tunicas conſtructas ad . . . . . in publicum portent, ſed eorum veſtes, clericalem habitum repræſen- tent, & qui contrarium fecerit, decem libras ceræ pro medie- tate, *Cameræ Epiſcopi*, & pro alia medietate, Cameræ Capituli

ſolvere teneatur, & ſimiliter . . . unuſquiſque faciat ſibi abradi barbam, & clericam, & facere tonſuram debitam, & honeſtam ad pœnam quinque ſolidorum prædictorum, prout ſuperius applican. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod Canonici d. Eccleſiæ, qui non ſunt ſufficientes ad minus in lectura, & cantu, debeant ſtudere per unum annum, ut ſint ſufficientes, & dum ſtudent, ſi d. Eccleſiæ ſerviunt, habent omnes fructus dictæ Eccleſiæ, ſi autem tranſacto anno, & non eſſent ſufficientes, quod quamvis dictæ Eccleſiæ ſerviant, volumus, quod non recipiant niſi mediam partem fructuum d. Eccleſiæ, quamdiu ſic idiotæ extiterint. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Canonicus de cætero in dicta Eccleſia recipiatur, niſi prius habeat publicum inſtrumentum confectum, per quod docere poſſit in Capitulo de ejus collatione ſibi facta, & qui eum receperit, decem libras ſolvere teneatur, ut ſupra applican. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod in choro dictæ Eccleſiæ, dum Officia decantantur, nullus laicus ibidem ſtare debeat, & ſi aliquis ibi ſtare contigerit, quod Præpoſiti, ſeu Menſarii, inde eos expellere teneantur ad pœnam quinque ſolidorum parium, ut ſupra applicandorum. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli ſupradicti teneantur, & debeant, præſentes, & futuri prædicta, & infraſcripta ſtatuta jurare, obſervare, & obſervari facere, quantum in eis eſt; & qui jurare recuſaverit fructibus dictæ Eccleſiæ privetur, uſquequo dicta ſtatuta juraverit, ut eſt dictum. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod nullus Canonicus, qui non ſervit dictæ Eccleſiæ debeat aliquos fructus ipſius Eccleſiæ, recipere, & ſi aliquid inde recepit, quod infra menſem teneatur, & debeat reſtituere cum effectu Præpoſitus, ſeu Menſarius ſupradictus totum, & quidquid inde receperit, & qui contrarium fecerit *per Archipresbyterum, & Canonicos dictæ Eccleſiæ diebus Dominicis, & Feſtivis publicè in dicta Eccleſia excommunicetur*. Item ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi caſus contingat, quod unus ex eis moreretur, ſeu quovis alio modo in dicta Eccleſia aliquis locus vacaverit, quod cum Sacriſta teneantur, & debeant eligere unum Canonicum ſufficientem, & d. Eccleſiæ utilem, & non amore, ſeu affinitate coactus, ipſum eligat, ſeu prece, vel pretio.

Item

Item ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliqua d. Præbendarum, ſive Beneficiorum d. Canonicorum vacare contigerit per ceſſum, vel deceſſum alicujus, ſeu quomodolibet in futurum, ad Cameram dictæ Eccleſiæ revertatur pro diſtributionibus perſolvendis. Item ſtatuimus, et ordinamus, quod de Cappellis ſitis in dicta Eccleſia, ex nunc in antea nullus Canonicorum provideatur, ſive alus Sacerdotibus Beneficiatus in dicta Eccleſia, qui tenaantur ſervire in choro, ſive aliis curis ſerviunt, ut Clericorum numerus in dicta Eccleſia augeatur: et hoc factum fuit volentibus, et acceptantibus omnibus ſupradictis Canonicis, et Archipresbytero, et ſi ſecus factum fuerit, decernimus irritum, et inane, auctoritate prædicta, totum, et quidquid contra factum fuerit in præmiſſis. Item ſtatuimus, et ordinamus, quod omnes horæ Canonicæ, atque Miſſa aſſiduè in dicta Eccleſia cantentur, Officio noſtræ Dominæ prius lecto, ad pœnam 20. ſolidorum parium pro qualibet vice, qua contra factum fuerit, de communi Camera dictæ Eccleſiæ, ſolvendorum *Cameræ Epiſcopi* applican. et ut dicta noſtra ſtatuta, et ordinamenta ab omnibus in memoria habeantur, ſtatuimus, et ordinamus, quod ad minus ſemel in annum per Archipresbyterum, ſeu Menſarios dictæ Eccleſiæ legantur, præſentibus omnibus Canonicis dictæ Eccleſiæ, et . . . . præſens hæ lectionæ dentur, & ſolvantur de communi dictæ Eccleſiæ duos ſolidos pares per Menſarios, ſeu Præpoſitos dictæ Eccleſiæ. Item ſtatuimus, & ordinamus, volumus, & mandamus, quod cum nunc ad præſens dicta Eccleſia indigeat cameris, ubi dicti Canonici reſideent, quod cum aliquid relictum dictæ Eccleſiæ factum fuerit, vel quomodocumque aliter dicta Eccleſia ad meliorem ſtatum pervenerit, quod poſſet domos ædificare, ſeu reparare, aliquas ibidem exiſtentes dirutas, quod ex tunc Canonici dictæ Eccleſiæ teneantur, et debeant in dicta Eccleſia reſidentiam facere nocturnalem, et qui contrafecerit, fructus aliquos dictæ Eccleſiæ nullatenus recipere teneatur. Item ſtatuimus, et ordinamus, quod ſi aliquis Canonicus, malitiosè nollet ſervire dictæ Eccleſiæ, ut tenetur, nec vellet dd. diſtributiones lucrari, ſive vellet recipere fructus ſuæ Præbendæ, volumus, quod ideo privetur fru-

fructibus ſuæ Præbendæ, & ſervientibus aſſiduè diſtribuantur. Prædicta noſtra ſtatuta, & ordinamenta, quæ etiam auctoritate Apoſtolica, qua in hac parte fungimur, confirmamus, mandamus, & volumus perpetuo à dictis Archipresbytero, & Canonicis obſervari ad pœnas prædictas. Non obſtantibus ſtatutis, conſtitutionibus, capitulis, ordinamentis, monitis, & præceptis in dicta Eccleſia exiſtentibus per quoſcumque editis, ſeu edendis, quibus nullatenus derogamus . . . . . pro prædictis omnibus obſervandis, ſed ea potius confirmamus. In quorum omnium teſtimonium hoc publicum inſtrumentum vobis fieri mandavimus per noſtrum Notarium infraſcriptum, & noſtri ſigilli appenſione munitum. *Datum, & actum in Cappella Sancti Johannis dictæ Eccleſiæ, ſub anno à Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Urbani divina providentia Papæ Quinti, anno ſeptimo, Indictione ſeptima, Junii die* XXIV. præſentibus Archipresbytero, & Canonicis ſupradictis, volentibus, jurantibus, & acceptantibus omnia ſupradicta in præſentia ſupradicti Domini Viſitatoris, mei Notarii, & Domini fratris Petri . . . fratris B. de Sermoneta, Monachis Sanctæ Mariæ Novæ de Urbe, & Maſtro Coſmo de Setia, teſtibus, ad prædicta rogatis ſpecialiter, atque vocatis.

Acta

XXIII.

Acta abſolutionis a cenſuris, quibus inflicta fuerat civitas Setina, dum partes Clementis VII. Antipapæ ſecuta eſt.

In Nomine Domini. Amen.

Ad cap. LXXXIX. pag. 148. cap. XCIII. XCIV. XCV. CII.

1399.

Ex tabulario Setino.

ANno a Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, Indictione VII. die nono menſis Junii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Bonifatii Divina Providentia Papæ IX. anno X. Reverſa nuper, ficut placuit Redemptori, Univerſitate Setiæ ad unionem Sanctæ matris Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ præfati obedientiam, fidelitatem, & reverentiam, veluti de tenebris ad lucem, ſuos recognoſcens errores, in quibus diutius hucuſque remanſit. In mei Notarii, & Teſtium infraſcriptorum, ad infraſcripta vocatorum, & rogatorum præſentia, accedentes, & cum humilitate genuflectentes *honorabiles, & Nobiles Viri Tutius Domini Jacobi, Stromilis Petri Domini Stromilis, Angelus Novi, & Cola Gilii, Setiæ Sindici, & Procuratores Univerſitatis, & Populi Setiæ*, de quo Sindicatu, & Procuratorio conſtat publico Inſtrumento, per me infraſcriptum Notarium viſo, & lecto, & inferius de verbo ad verbum inſerto, coràm Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino Domino Ludovico de Fliſcho, miſeratione Divina, Sancti Adriani Diacono Cardinali, Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ pro dicto Domino Noſtro Papa, & Sacroſancta Romana Eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario Generali, reverenter, ac lacrymabili cordis contritione eorumdem, dictorumque Univerſitatis, & Populi nomine expoſuerunt, quod dudum ipſi, & Univerſitas, ac Populus prædicti in reprobum ſenſum dati, in omnipotentis Dei offenſionem, Romanæ Eccleſiæ detrimentum, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ, ſacrique Reverendiſſimorum Cardinalium Collegii contumeliam, ſalutis animæ,

mæ ſuæ diſpendium, & ſcandalum plurimorum, etiam poſt, & contra proceſſus Apoſtolicos, contra damnatos Robertum olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbyterum Cardinalem, tunc Antipapam, qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominabat, ac Honoratum Gaytanum, olim Fundorum Comitem, eorumque adhærentes, fautores, & ſequaces, latos, fulminatos, & publicatos, præfatis, damnatis, & ipſorum hæretibus, & faventibus, damnabiliter favere, & adhærere præſumpſerunt, ac adhæſerunt, & faverunt, Scitamque præfatam ad Romanam Eccleſiam, & Dominum noſtrum Papam, nullo medio pertinentem, & ſubjectam, occupaverunt, & permiſerunt per damnatum Honoratum prædictum occupari, & nonnulla alia ſcelera, exceſſus, delicta, & nefanda perpetraverunt in offenſam Dei, & etiam contumeliam, ut præfertur, prædictorum, et enormia mala, propter quæ omnia, et ſingula, et eorum quodlibet, inciderunt proculdubio in crimen hæreſis, & læſæ majeſtatis, ac ſententias, et pœnas alias in dictis proceſſibus Apoſtolicis latas, et expreſſas, et alias in talia perpetrantes a Jure, vel ab homine inflictas, vel infligendas, promulgatas; quare Sindici, ac Procuratores præfati pro ſe, ac Univerſitate, et Populo præfatis, procuratorio, et Sindicatorio nominibus, quibus ſupra, ut Univerſitatem, et Populum eoſdem, ac ipſos Procuratores, et Sindicos, et eorum quemlibet ad unionem Sanctæ Matris Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ obedientiam, et reverentiam reducere ipſam Scitam cum omnibus Juribus, et pertinentiis ſuis, ad dictam Romanam Eccleſiam, et Dominum noſtrum Papam, nullo medio pertinuiſſe, et pertinere, et eiſdem eſſe ſubjectam, recognoſcere, ac ipſius cum dictis Juribus, & pertinentiis ſuis traditione, & libera in ipſius Domini Cardinalis, & Vicarii manibus, Domini noſtri Papæ, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ nominibus, reſignationem admittere, ipſoſque Populum, Univerſitatem, ac Procuratores, & Sindicos præfatos, & quemlibet ipſorum, ac ſingulares Perſonas Scitæ ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, & interdicti ſententiis, quas, & quod ipſi Populus, & Univerſitas, ac Procuratores, & Sindici prædicti, & quilibet ipſorum occaſione præmiſſorum incurriſſent, & Perſonæ ſingulares ipſius ſuppoſiti eſſent, abſolvere,

vere, & relaxare, ipſoſque Populum, & Univerſitatem, ac Procuratores, & Sindicos prædictos, & ipſorum quemlibet, & ſingulares Perſonas prædictas ad omnes honores, dignitates, libertates, præeminentias, jura, juriſdictiones, poſſeſſiones, bona, & privilegia, quos, quas, & quæ ante hujuſmodi rebellionem, & novitatem, per ipſos, ut præfertur, factas, habuerunt, rite, & legitime tenuerunt, etiamſi Cameræ Apoſtolicæ fuerint confiſcata, reſtituere, & plenarie reintegrare, ac omnia, & ſingula hujuſmodi adhæſionis, fautoriæ, hæreſis, ſchiſmatis, & læſæ majeſtatis, exceſſus, crimina, & maleficia quæcumque per ipſos, aut ipſorum quemlibet in Campaniæ, & Maritimæ Provinciis, aut quibuſcumque locis, contra Sanctam Matrem Eccleſiam, ejuſque Officiales, gentes, ſubditos, ac fideles hujuſmodi, tam contra Clericos, quam & laicos, uſque in præſentem diem, quomodocumque, qualiacumque, & qualitercumque perpetrata, ſeu commiſſa, dicto, facto, vel aſſenſu, omneſque alias pœnas, tam ſpirituales, quam temporales, quas præmiſſorum occaſione Populus, & Univerſitas, ac Procuratores, et Sindici præfati, vel ſingulares Perſonæ adhærentes, incurrerunt, ſeu alter eorum incurrit, remittere, et aliam quamcumque maculam, ſive notam in eiſdem, et quolibet eorum abſtergere, et abolere, nec non omnes, et ſingulos Proceſſus, ſententias, banna, et condemnationes contra eoſdem Univerſitatem, et Populum, Procuratores, Sindicos, et ſingulares Perſonas factos, latos, et publicatos, occaſione præmiſſorum, caſſari, annullari, et cancellari, ac de libris, et codicibus Cameræ Apoſtolicæ deleri, auctoritate Apoſtolica dignaretur, præfato Domino Cardinali, et Vicario, devote, et humiliter ſupplicarunt. Ipſe igitur Dominus Cardinalis, et Vicarius attendens, quod pia mater Eccleſia, redeuntibus ad eam cum humilitate filiis, poſt exceſſum libenter ſe benignam exhibet, et etiam gratioſam, ac errantibus ſubditis, qui poſt eorum lapſum, et devium contritis, et humiliatis cordibus repetunt miſericordiæ ſuæ ſinum, non ſolum conſuevit clementiæ januam aperire, ſed etiam de ſuæ ſolitæ benignitatis affluentia, lapſis dexteram porrigens, eos ab inviis trahere, et ad viam ſalutis reducere, ſatagit, ſollicitudine paternali, hujuſmodi devotis ſupplica-

tionibus inclinatus, authoritate Apoſtolica, ſibi in hac parte conceſſa, recepto tamen prius a prædictis Procuratoribus, et Sindicis, et quolibet ipſorum, ſuo, et dictorum Univerſitatis, et Populi nomine, juramibus, nec non gradatim, et ſucceſſivè a majori parte hominum dicti Populi, qui his etiam interfuerunt, in manibus dicti Domini Cardinalis, et Vicarii, Sacroſanctis Scripturis tactis, ad Sancta Dei Evangelia, fidelitatis debitæ juramento, in forma, quæ ſequitur, et eſt talis: *Nos Tutius Domini Jacobi Stramilis, Petri Domini Stramilis, Angelus Novi, & Cola Gille de Setia, Procuratores, & Sindici Univerſitatis, & Populi*, Procuratorio dictorum Univerſitatis, et Populi nomine, ac ſpecialium perſonarum ipſum comperti diviſionis, et ſchiſmatis laqueo, quo tenebamur, credendo, favendo, et adhærendo perditionis alumno Roberto, olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbytero Cardinali, qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominare præſumebat, ſibi, et aliis credentibus, faventibus, et adhærentibus, ac receptatoribus, defenſoribus, complicibus, et ſequacibus ejus, præſtando auxilium, conſilium, vel favorem, et propterea, nunc divina nobiſcum deliberatione pertractantes, prona, et ſpontanea voluntate ad unitatem Sedis Apoſtolicæ, Dei gratia, reverſi, fatemur nos erraſſe publicè, et de præſenti tenere Catholicam fidem, et credere, et tenere quidquid credit, tenet, et docet Sancta Mater Eccleſia, cui præeſt Dominus noſter Dominus Bonifatius Divina Providentia Papa IX. et quod idem Dominus Bonifatius fuit, et eſt verus Romanus Pontifex, et verus Vicarius Chriſti, Petrique ſucceſſor, canonicè electus, intronizatus, et ordinatus in Romanum Pontificem per Cardinales, ad quos vacante Sede per obitum Sanctæ memoriæ Urbani Papæ VI. electio, intronizatio, et coronatio pertinebat, quodque præſatus perditionis alumnus Robertus, olim Cardinalis Gibennen. non fuit Papa, ſed Antipapa, Apoſtata, et Schiſmaticus manifeſtus, et quod ipſe tanquam Antichriſtus, invaſor, et deſtructor totius Chriſtianitatis, et a liminibus Sanctæ Dei Eccleſiæ ſeparatus, et a Chriſtifidelibus erat perſequendus, et quod ipſe jam Robertus, quam omnes eidem in hac parte adhærentes, credentes, et receptatores, defenſores, complices, et ſequaces

ces ejus, fuerunt, et ſunt veri ſchiſmatici, apoſtatici, excommunicati, anathematizati, ac diviſi, et ſeparati a communione fidelium, et ab unitate Eccleſiæ Sanctæ Dei, et tanquam hæretici puniendi, et in tales fuiſſe, et eſſe juſte, et ſancte de ſchiſmate, credentia, fautoria, adhærentia, ſequela, et erroribus prædictis condemnatos et incidiſſe in pœnas, et ſententias, tam a Jure, quam ab homine in talia perpetrantes promulgatas, et in dictis Proceſſibus contentas, et declaratas, et ne ſimulatè reverſi exiſtimemur, ſub honoris noſtri cauſa, et anathematis obligatione, ſub pœna, quæ relapſis a Jure, vel ab homine imponi debet, anathematizamus, et abjuramus omnem hæreſim, et ſchiſma, et nominatum damnatum ſchiſma credentium, et adhæſionem præfati Roberti, et nos ad idem ſchiſma, de quo Redemptoris noſtri gratia evecti ſumus, nunquàm reverſuri, ſed ſemper nos in unitate Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ, cui præeſt præfatus Dominus noſter Bonifacius Papa IX. permanſuros, & ſponte promittimus, non ficte, ſed voluntarie, & ſincere juramus ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, quod ſtabimus, & parebimus mandatis Eccleſiæ, & dicti Domini Bonifacii Papæ IX. ſuper rebellionibus, fautoriis, & cæteris pœnis, & ſententiis, quas ob præmiſſa, & ea tangentia incurrimus, & quod dicto Domino noſtro Papæ, & ejus ſucceſſoribus, canonice intrantibus, obedientes, & fideles erimus, & eis reverentiam debitam exhibebimus, non erimus in conſilio, vel tractatu, quod vitam perdant, vel membrum, aut capiantur mala captione, conſilium, quod nobis credituri ſunt per nuntium, aut literas, ad ipſorum damnum, vel præjudicium nemini pandemus, vel communicabimus, & ſi ſciverimus fieri, aut tractari aliquid, quod in ipſorum damnum, vel præjudicium vergeret, illud pro poſſe impediemus, ne fiat, & ſi id impedire non poterimus, hoc eis, vel alii, ſeu aliis per quem, vel per quos id credamus ad notitiam ipſorum pervenire, perſonaliter, vel per literas, aut per nuntios ſignificare procurabimus, Papatum Romanum, & regalia Sancti Petri, ac Jura, & Juriſdictiones præfatæ Romanæ Eccleſiæ, & dicti Domini noſtri Papæ majeſtatem, honorem, & ſtatum illæſa manutenebimus, totis viribus, & defendemus, & adjutores

ejus erimus ad recuperandum, & recuperatos manutenendum contra omnes homines, & ſpecialiter contra præfatum Robertum Antipapam; & quoſcumque credentes, adhærentes, fautores, receptatores, defenſores, complices, & ſequaces ejuſdem, cujuſcumque præeminentiæ ordinis, religionis, conditionis, vel gradus exiſtant, etiamſi Pontificali, Regali, vel Reginali, vel quavis alia præfulgeant dignitate Eccleſiaſtica, vel mundana, etiamſi fuerint dictæ Sedis Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & contra quoſcumque per dictam Eccleſiam denotatos, vel impoſterum deputandos, quamdiu extra gratiam, & communionem dictæ Eccleſiæ fuerint, nec cum præfatis ſchiſmaticis apoſtaticis, & rebellibus, vel eorum complicibus, fautoribus ſequacibus, quamdiu ſtabunt in rebellione Eccleſiæ, ſeu aliis hæreticis, ſchiſmaticis, et rebellibus, vel eorum fautoribus, et ſequacibus per dictam Eccleſiam denotatis, deinceps erimus, nec eis, ſeu quibuſcumque aliis, contra dictam Eccleſiam, et Dominum noſtrum Papam dabimus auxilium, conſilium, vel favorem per nos, vel alium, ſeu alios directe, vel indirecte, publice, vel occulte, nec ab aliis, quantum in nobis fuerit, ſi id impedire poterimus, præſtari permittemus, nec cum dictis ſchiſmaticis, apoſtaticis, et rebellibus, aut quibusvis aliis in rebellione præfatæ Eccleſiæ exiſtentibus, contra ipſam Eccleſiam obligationem, vel conſpirationem faciemus, ſive ligam, ſed eos, et eorum quemlibet juxta tenorem proceſſuum prædictorum, pro poſſe noſtro perſequemur, et invademus, donec convertantur, et revertantur ad gremium Eccleſiæ memoratæ, ſic nos Deus adiuvet, et Sancta Dei Euangelia. Recognitionem, quod dicta Sedis Univerſitas, Populus, Conſilium, et Commune, et ſingulares Perſonæ eorumdem cum omnibus Juribus, et pertinentiis ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, et Domino noſtro Papæ nullo medio fuerunt, et ſunt de Jure ſubjecta ad ipſos, quod pertinuerunt, et pertinent pleno Jure, reſignationemque, et liberam traditionem Univerſitatis, Populi, Conſilii, et Communis, ſingulariumque Perſonarum prædictorum, ac Jurium, et pertinentiarum eorumdem, per prædictos Procuratores, et Sindicos Procuratorio, et Sindicatorio nominibus, quibus ſupra, coram dicto Domino Cardinali, et Vi-

Digitized by Google

Vicario in manibus ſuis, libere factas, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ejuſque, et Domini noſtri Papæ prædictorum nominibus admiſit, et admittit, ac recepit, et recipit, ipſoſque Procuratores, et Sindicos, Populumque, et Univerſitatem, ac omnes, et ſingulos, et ipſorum quemlibet ſupradictos, hujuſmodi juramenti fidelitatis, per eos, ut præfertur, præſtiti vigore, ad unionem Sanctæ Matris Eccleſiæ, ejuſque, et Domini noſtri Papæ obedientiam, et reverentiam reduxit, et reducit, eoſque, et bona eorum, et cujuslibet eorumdem ſub tuitione, et defenſione Sedis Apoſtolicæ repoſuit, et reponit, eiſdemque Procuratoribus, et Sindicis, ac Univerſitati, Populo, et ſingularibus Perſonis prædictis, omnia, et ſingula hujuſmodi adhæſionis, fautoriæ, hæreſis, ſchiſmatis, et læſæ majeſtatis, exceſſus, crimina, ac maleficia quæcumque per ipſos, et eorum quemlibet in Campaniæ, et Maritimæ Provinciis, aut quibuſcumque locis contra Sanctam Matrem Eccleſiam, ejuſque Officiales, gentes, ſubditos, et fideles hujuſmodi, tam Clericos, quam et laicos cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerit, aut alios quoſcumque, uſque in præſentem diem, quomodocumque, qualiacumque, qualitercumque perpetrato, ſeu commiſſa, dicto, facto, vel aſſenſu; quæ omnia hic haberi voluit pro ſufficienter expreſſis, et declaratis in quantum, tantum concernunt, et concernere poſſint publicum intereſſe, ſeu Cameram Apoſtolicam, omneſque alias pœnas, tam ſpirituales, quàm temporales, quas ob præmiſſorum occaſionem incurrerunt, ex certa ſcientia, et Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ſibi in hac parte conceſſæ, remiſit, et remittit, ipſoſque Procuratores, et Sindicos, ac Univerſitatem, Populum, et ſingulares Perſonas prædictas ab omnibus, et ſingulis excommunicationum, ſuſpenſionum, et interdicti ſententiis in ipſos, et ipſorum quemlibet ab homine, vel a Jure propter præmiſſa, vel eorum aliqua quomodolibet latis, et promulgatis, nec non ab hujuſmodi exceſſibus, criminibus, et delictis, et aliis quibuſcumque maleficiis per eos contra Sanctam Matrem Eccleſiam, ejuſque Officiales, fideles, et ſubditos quomodocumque uſque in præſentem diem, dicto, facto, vel aſſenſu, ut præfertur, quomodolibet perpetratis, etiamſi ſuper illis eſſet,

eſſet, vel non eſſet cognitum, abſolvit, et penitus liberavit, interdictumque horum occaſione in præfatam Univerſitatem, Populum, Conſilium, Commune, aut ſingulares Perſonas latum, relaxavit, et relaxat, omnemque inhabilitatem, maculam, et infamiæ notam, quas præmiſſorum rebellionis, et inobedientiæ occaſione contraxerunt, in eis, et eorum quolibet abſtersit, et abolevit, abſtergit, et abolet, dictoſque Procuratores, et Sindicos, ac Univerſitatem, Populum, et ſingulares Perſonas Senæ utriuſque ſexus, ad quæcumque, honores, dignitates, famam, officia, gratias, privilegia, immunitates, exemptiones, bona, jura, juriſdictiones, et officia ubicumque exiſtentia, et conſiſtentia, et ad actus quoſcumque legitimos, et alias in integrum, et ſtatum priſtinum, in quo erant ante hujuſmodi commiſſa crimina, exceſſus, et maleficia reſtituit, atque repoſuit, et habilitavit, et ad eumdem ſtatum reduxit, et reducit, in quo dignoſcebantur exiſtere, antequam proceſſus, banna, condemnationes, ſententias, atque pœnas hujuſmodi, quomodolibet incurriſſent. Inhibuitque præfatus Dominus Cardinalis, et Vicarius quibuſcumque Officialibus dictarum Provinciarum præſentibus, et futuris, quovis fungentibus officio, nè contra ipſos Procuratores, et Sindicos, Univerſitatem, Populum, et ſingulares Perſonas prædictas, aut eorum aliquem, occaſione, ſeù cauſa hæreſis, ſchiſmatis, apoſtaſiæ, aut criminis læſæ majeſtatis, ſeu aliorum quorumcumque criminum, exceſſuum, reatuum, culparum, maleficiorum, & delictorum hujuſmodi, aut dependentium, annexorum, ſeù emergentium à prædictis, vel eorum aliquo, in quantum publicum intereſſe, & Cameram Apoſtolicam concernunt, vel concernere poſſint, ut præfertur, procedere, inquirere, & cognoſcere civiliter, aut criminaliter, ſeù mixtim, ordinariè, ſeu extraordinariè cum Promotore, vel ſine, aut ex officio, vel aliter eos, vel eorum aliquem moleſtare, aut bona, mulctas, condemnationes, & pœnas alias, propterea, vel ob id exigere, vel petere, ſeù exigi, aut peti facere, quoquomodo præſumant per ſe, vel alium, directè, vel indirectè, vel quovis quæſito colore, nec non irritos, & inanes decrevit quoſcumque proceſſus, contra prædictam inhibitionem hujuſ-

juſmodi per quoſcumque, & quavis authoritate fieri contigerit, vel quomodolibet promulgari, voluitque nihilominus præfatus Dominus Cardinalis, & Vicarius, & authoritate prædicta mandavit omnibus, & ſingulis Officialibus dictarum Provinciarum, qui literas, ſeù codices, aut regiſtra, in quibus proceſſus, banna, condemnationes, & ſententiæ hujuſmodi forſan ſunt deſcripta, vel aliter adnotata, quoties illa de libris, codicibus, ſeù regiſtris hujuſmodi, ad cujuſcumque petentis inſtantiam deleant, caſſent, & cancellent, ſeù deleri, caſſari, & cancellari faciant cum effectu, quos quidem proceſſus, banna, condemnationes, ſententias, & pœnas, ac mulctas contentas in eis, ex nunc etiam authoritate præfata, ad cautelam caſſavit, irritavit, & annullavit, & pro caſſis, irritis, & nullis haberi voluit, decrevit, & pro memoria Johannis XXII. qua cavetur, quod nullus de rebellionis, fautoriæ, & læſæ majeſtatis criminibus abſolvi poſſit, niſi de ipſis in literis Apoſtolicis fiat mentio ſpecialis, & aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus dictarum Provinciarum in contrarium loquentibus, non obſtantibus quibuſcumque: nec non præfatus Dominus Cardinalis, & Vicarius voluit, quod ſi, quod abſit, Univerſitas, Conſilium, & Commune, aut Populus, ſingulæque Perſonæ Setiæ, vel incolæ, aut habitatores ejuſdem ab obedientia, fidelitate, & reverentia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Domini noſtri Papæ prædictorum, ſuorumque ſucceſſorum Romanorum Pontificum, canonice intrantium, recederent, quod eos, & eorum quemlibet ſic recedentes, ſeù declinantes a præmiſſis, quoquomodo præſens Inſtrumentum, quoad ſingulas ejus conceſſiones, & gratias in ipſo contentas, nullius fore penitus roboris, vel momenti, ipſoſque, & eorum quemlibet delinquentes, ut præfertur, ex tunc in ſententias, & pœnas, ac prævaricationis laqueum infamiæ, & notæ, quibus ante hujuſmodi abſolutionis, receptionis, & conceſſionis gratiam fuerunt, & quilibet ipſorum fuit per Proceſſus Apoſtolicos, aut alias quovis in prævaricatu, & . . . . . & quæ ipſis, & eorum cuilibet propterea, & terminum lapſus, reincidentiæ eſſent a jure, vel ab homine infligendæ, ipſo jure,

jure, & facto reincidi, & relabi. Voluit etiam idem Dominus Cardinalis, & Vicarius, quod nulli omninò hominum liceat hoc Inſtrumentum ſuarum, receptionis, abſolutionis, remiſſionis, reſtitutionis, conceſſionis, & voluntatis infringere, vel etiam auſu temerario contraire. Igitur ſi quis hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum, indeque voluit, ac mihi Infraſcripto Notario mandavit, dictique Sindici, & Procuratores, Sindicatorio, & Procuratorio nomine, quibus ſupra, me rogaverunt, ut de præmiſſis omnibus, & ſingulis unum, vel plura tenoris ejuſdem publicum, & publica conficerem Inſtrumenta -- Tenor vero Inſtrumenti Sindicatus, de quo ſupra fit mentio, per omnia talis eſt-- In nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono, indictione VII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Bonifatii Divina Providentia, & clementia Papæ IX. anno ejus X. menſis Junii die octavo. In præſentia mei Notarii, & teſtium infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, congregato, & coadunato Conſilio duodecim Officialium Setiæ, in Palatio Communis, in Saletta ante Cameram Notariorum dicti Communis, ubi Conſilium dictorum duodecim congregari conſuevit ad ſonum Campanæ, voceque præconis, de mandato Nobilis, & ſapientis Viri Domini Octoboni de Vellonis de Valentia, egregii Doctoris utriuſque Juris, Locumtenentis Setiæ, Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini L. de Fliſcho, miſeratione Divina Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Bonifatii Divina Providentia Papæ IX. Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ, pro Sancta Romana Eccleſia, & dicto Domino Papa, Vicarii Generalis, *ac Nobiles, & ſapientes Viri Domini Bartholomæus de Maxignano de Setia, Judices ſupradicti Communis, & ſupradicti Domini Cardinalis*, & de ejus mandato, in quo quidem Conſilio fuerunt præſentes omnes ſupradicti duodecim, videlicet Chriſtophorus Pedoni, Johannes Colamadii, Antonius Pauleſſi, Bernardus Petri Canalis, *Angelus Novi*, Tutius Nelli Scaiameydex, Andreas Covini, Johannes Jacobi Ley, Johannes Cirini, Fa-

Digitized by Google

Fanellus Parareth, Cola Tanrs, & Cola Petri Ciocchi, in quo quidem Conſilio propoſitum fuit per ſupradictum Dominum Octobonum, & Dominum Bartholomæum Judicem, & cum divina diſponente clementia, a qua omnis modus locutionis poeticæ, quolibet decore pronunciationis veritas ſumpſit exordium, in qua omnis ratio ſupernæ ſcientiæ, videlicet terrenæ creaturæ conſiſtit, utpote qui eorum caput averto, & dirigo, in qua enim perfecta virtus, & ſapientia invenitur, direxit greſſus hujus Communitatis Setiæ ad recognoſcendum ejus errorem de ſequela, & adheſione facta per ipſum Commune, & ſpeciales Perſonas ipſius, olim damnatæ memoriæ Roberto, olim Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Presbytero Cardinali, qui Clementem vir. more ſacrilego ſe nominare faciebat, & Honorato Gayiano, olim Comiti Fundorum, ſchiſmatico, & ipſa Communitas, & homines ipſius volentes pedes eorum iniquis ingreſſibus putare, & manus eorum a ſanguine mundare, & dederunt ſe libere in manibus ſupradictæ Eccleſiæ, Domini noſtri Papæ prædicti, & ſupradicti Domini Cardinalis, & Vicarii, quod placeat ipſis duodecim Officialibus eligere quatuor probos, bonos, & fideles Viros Syndicos dicti Communis, qui una cum dictis duodecim Officialibus, nomine, & pro parte dicti Communis, & ſpecialium Perſonarum ipſius, præſtent fidelitatis juramentum in manibus ipſius Domini Cardinalis, & Vicarii in forma valida, & conſueta, recipiendi, vice, & nomine dictæ Eccleſiæ, & ſupradicti Domini Papæ, qui quidem duodecim Officiales, auditis, dictis, & propoſitis in dicto Conſilio per ſupradictos Octobonum, & Dominum Bartholomæum, ſurrexit in dicto Conſilio ad arrengandum, & ad arrengheriam Communis, more ſolito Bernardus Petri Canalis, unus ex dictis duodecim Officialibus, & arrengando, propoſuit, conſuluit, & dixit, quod ſtatim, & incontinenti fiat Conſilium generale ſexaginta bonorum hominum de Setia, & ſupradicta propoſita, & dicta Dominorum Octoboni, & Bartholomæi in dicto Conſilio proponantur, & illud, quod in ipſo Conſilio liberabitur fiat, & habeat roboris firmitatem. Surgens ſubſequenter in dicto Conſilio *Angelus Novs* ſimiliter de duodecim Officialibus, dixit, conſuluit, & arrengavit in omnibus, & per omnia,

ut ſupradictus Bernardus, & addidit, quod ipſi duodecim, ſine conſilio ſexaginta, talia liberare non poſſunt, ſecundum formam Statutorum Setiæ, auditiſque dictis conſultis, & arrengatis, per ſupradictos duodecim, & Conſiliores dicti Communis per ſupradictos Dominos Locumtenentem, & Judicem, & datis pallottis, ipſis duodecim Officialibus per ſupradictum Dominum Judicem, & facto, & miſſo partito, quod quicumque vult, et placet, ea quæ dicta, conſulta, et arrengata ſunt in præmiſſis per ſupradictos Bernardum, et Angelum, ſit una pars, et mittat pallottam ſuam in buſſula alba *de ſic*, et qui vult contrarium mittat pallottam ſuam in buſſula nigra, de *non*, quibus pallottis poſtmodum recollectis, et numeratis per Johannem de Madio, Camerarium dicti Communis more ſolito, omnes duodecim pallottæ repertæ fuerunt albæ *de ſic*, et ſic fuit per ſupradictum Judicem reformatum, ſtatim igitur pariter, et incontinenti, vigore deliberationis prædictæ, commiſſum fuit per ſupradictos Dominos Octobonum Locumtenentem, ac Dominum Bartholomæum Judicem, Nicolao de Mendo publico mandatario dicti Communis, præſenti, et audienti, quatenus ſtatim vadat, ac bandiat, ſono tubæ præmiſſo, in platea Communis, ac alia ſolita, et conſueta loca, quod omnes duodecim, et ſexaginta Officiales Setiæ pulſata Campana dicti Communis, ad ſupradictum Conſilium faciendum ad pœnam in Statutis Setiæ contentam, qui Nicolaus rediens, retulit eiſdem Dominis, et Commiſſionibus ſupradictis, prædicta feciſſe, prout ſuperius ab eis in mandatis, pulſata Campana dicti Communis, ad ſupradictum Conſilium faciendum, et congregatis in Palatio dicti Communis more ſolito duodecim, et ſexaginta Officialibus, nemine ipſorum deficiente, et propoſitis per ſupradictum Bartholomæum Judicem in dicto Conſilio ſexaginta ea, quæ deliberata, et conſulta fuerunt per ſupradictos arrangantes in Conſilio duodecim, ſurrexit in dicto Conſilio ſexaginta *Cecchus Stephani Johannis Petri de Annibaldis*, unus de ſexaginta Officialibus ad arrengheriam Communis, et dixit, conſuluit, et arrengavit, quod ſtatim, et incontinenti congregetur Populus, et parlamentum dicti Communis more ſolito, ſecundum formam Statutorum Setiæ, in quo proponatur per ſupradictum Domi-

minum Judicem, quod ſi complacet ipſis de Populo, & parlamento, quod eligantur quatuor Sindici ad præſtandum ſupradictum ſacramentum fidelitatis in forma valida *nobiles, & Circumſpecti Viri, videlicet Tutius Domini Jacobi Stromilis, Petri Domini Stromilis, Angelus Nucis, & Cola Gilli de Setia*, quod ipſi quatuor Sindici ſint, & eſſe debeant, & confirmetur per ipſum Populum, & parlamentum, alias quod faciant, & eligant alios, cum illis demum ſurrexit Nicolaus Simeonis, & Meus Cicchi Piletre de ſexaginta officialibus, & conſulendo, conſuluerunt, dixerunt, & arrengaverunt, ut Cicchus Stephani, & ejus dicta, conſulta confirmaverunt, & acceptaverunt, quibus dictis, & arrengatis per ſupradictos ſexaginta Officiales, & Conſultores auditis, ſupradictus Bartholomæus Judex, datis primo pallottis unicuique, fecit partitum ſimiliter, quod quicumque vult, & ſibi placet ea, quæ dicta conſulta, & arrengata ſunt per ſupradictos Cicchum, Nicolaum, & Meum ſit una pars, & mittat pallottam ſuam in buſſula alba *de ſic*, & qui vult contrarium mittat pallottam in buſſula nigra, *de non*, quibus pallottis datis primer, & recollectis per Camerarium dicti Communis more ſolito, omnes pallottæ repertæ fuerunt in buſſula alba *de ſic*, deinde poſtmodum ſubſequenter præfatis de dicto Conſilio, & ſupra conſilio de dicto Palatio deſcendentibus, præmiſſis, ut præmittitur, jam peractis, & congregato, & coadunato populo, & parlamento univerſitatis hominum Setiæ in platea Communis ejuſdem ad ſonum Campanæ, portis clauſis, voceque præconis more ſolito, de mandato, & conſenſu ſupradictorum Domini Octoboni Locumtenentis, & Domini Bartholomæi Judicis, in quo quidem populo, & parlamento fuerunt videlicet duæ partes ſecundum formam ſtatutorum dicti Communis, in quo quidem populo, & parlamento propoſitum fuit per ſupradictum Dominum Bartholomæum Judicem, quod cum de materia ſupradicta ſit ſecundum Conſilium duodecim, deinde Conſilium ſexaginta, in quibus unanimiter, & concorditer, nemine ipſorum diſcrepante, delibetatum fuit, quod fiant quatuor Sindici de Setia, qui una cum duodecim Officialibus præſtent juramentum fidelitatis in forma valida, & conſueta, in manibus ſupradicti Domini noſtri Cardinalis,

& Vicarii, nomine Romanæ Eccleſiæ, & ſupradicti Domini Papæ recipientis, videlicet *Tutium Domini Jacobi Jordani Stromilis, Petri Domini Stromilis, Angelum Novi, & Colæ Gilli*, qui quidem omnes de dicto Populo, & parlamento, auditis propoſitis per dictum Dominum Bartholomæum Judicem in dictis Populo, & parlamento, clamaverunt, & dixerunt unanimiter, & concorditer -- Volumus omnia, & ſingula, quæ dicta ſunt pariter, & expoſita per ſupradictum Dominum Judicem, & cum conſenſu, voluntate, & decreto ſupradictorum dictorum Locumtenentis, & Judicis, & ſupradicti Locumtenens, & Judex cum voluntate, & conſenſu ſupradicti Populi, & parlamenti unanimiter, & concorditer, nemine ipſorum diſcrepante, elegerunt, fecerunt, & creaverunt eorum, & ſupradicti Communis populi, & parlamenti Setiæ ipſorum Sindicos *Tutium Domini Stromilem, Angelum Novi, & Colam Gilli de Setia* ad eundum, & ſe perſonaliter præſentandum coram Reverendiſſimo in Chriſto Patre, & Domino noſtro Domino L. de Fliſcho, miſeratione Divina Tituli Sancti Adriani Diacono Cardinali, Apoſtolicæ Sedis Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ Vicario Generali, una cum ſupradictis ſupranominatis duodecim Officialibus, & ad præſtandum nomine, & pro parte dicti Communis Setiæ, & ſpecialium Perſonarum ipſius ſacramentum fidelitatis in forma valida, & conſueta, & ad promittendum ſupradicto Domino Cardinali, & Vicario, recipienti nomine, & pro parte Eccleſiæ memoratæ, & ſupradicti Domini noſtri Papæ, quod ſupradictum Commune Setiæ, & ſpeciales Perſonæ ipſius omni tempore, & in perpetuum ſtabunt, & manebunt in fide, legalitate, & obedientia Sanctæ Matris Eccleſiæ, & ſupradicti Domini noſtri Papæ, & ſucceſſores ejus, & Comitis, & Rectoris Campaniæ, & Maritimæ, & ejus Officialium deputatorum, & deputandorum per eamdem Eccleſiam, & Dominum noſtrum Papam prædictum, & Succeſſores ejus, & ſtabunt, & parebunt tanquam fideles omnibus juſſis mandatis, & juſſionibus ſupradictæ Eccleſiæ Domini Papæ prædicti, & ipſorum Officialium, & promiſerunt ſupradicti duodecim, & ſexaginta Officiales, Populus, & parlamentum omni tempore, & in perpetuum habere ratum, gratum, & firmum quidquid

per

per ſupradictos eorum Sindicos factum, actum, geſtum adminiſtratum fuit, & juratum in præmiſſis, & circa præmiſſa, connexis, & dependentibus, & contingentibus ab eiſdem, ſub pœna obligationis omnium bonorum dicti Communis, præſentium, & futurorum, ſtipulata dicta pœna per me Notarium infraſcriptum, publicam perſonam, vice, & nomine ſupradictæ, Eccleſiæ Domini noſtri Papæ prædicti, & Succeſſorum ejus, ac omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum. Actum Setiæ in Cimaſa ante portam Palatii Communis Setiæ, prope Plateam ipſius Communis, quæ Cimaſa poſita eſt in Setia, & Platea ejuſdem Communis in decarcia S. Petri de Setia, juxta arrengium fornicis, juxta rem heredum olim Taxonis Maxignani de Setia, & juxta alios ſuos confines, præſentibus *magnificis Viris Theobaldo de Anibalibus de Urbe, Adynalpho de Comite de Vallemontone, Ciccho Joſepho Johannis Petri de Anibalis, Andrea Petri Andreæ Domini Pauli, Paulo Tutii Rubei, & Petrutio Frajapane de Setia*, teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis -- Et ego Petrus Paolatio de Setia, publicus Imperiali authoritate Notarius, & nunc Notarius, & Officialis Communis Setiæ, ad civilia ſpecialiter deputatus, ſupradictis omnibus, & ſingulis perſonaliter interfui, & ea omnia ſingula fideliter ſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi de mandato ſupradictorum Octoboni Locumtenentis, & Domini Bartholomæi Judicis, & ad petitionem, & inſtantiam ſupradictorum Populi, & parlamenti duodecim, & ſexaginta Officialium ac Sindicorum ſupradictorum, & ſignum meum poſui conſuetum -- Acta fuerunt hæc omnia in Setia ſupra gradibus Palatii, & in Platea Palatii Communis anno, Indictione, die, & Pontificatu, quibus ſupra, præſentibus Magnificis, Venerabilibus, & Nobilibus Viris, Adinulpho de Comite, Theobaldo de Anibalis de Moiaria, Bonifacio Gaytano, Guidone de Congia milite, Domino Octobono de Vellonis de Valentia, Domino Vivlano de Pontina de Forlivio, Domino Nicolao de Valeriane, & Notario Nicolao Pugino de Piperno, & Domino Benedicto de Sublaco teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis -- Et Ego Antonius Sixti de Civitate Alatri, publicus Apoſtolica, & Imperiali authoritate Notarius, & nunc

mine Cancellarius, & Scriba Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Ludovici miſeratione Divina Sancti Adriani Diaconi Cardinalis, & Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ in Spiritualibus, & Temporalibus Vicarii Generalis, juramenti præſtationi, recognitioni, traditioni, admiſſioni, & receptioni Setiæ, abſolutioni, abolitioni, abſterſioni, remiſſioni, reductioni, reſtitutioni, reintegrationi, omnibusque aliis, & ſingulis ſupraſcriptis, una cum prænominatis teſtibus, rogatus, interfui, eaque omnia, & ſingula fideliter ſcripſi, ac de mandato præfati Domini Cardinalis, & Vicarii, et ad petitionem, ac inſtantiam ſupradictorum Sindicorum, et Procuratorum, ad Univerſitatis Populi, et Communis Setiæ prædictæ in hanc publicam formam redegi, meumque ſignum, Apoſtolica authoritate in parte mutatum, conſuetum appoſui in fidem, et teſtimonium præmiſſorum.

Loco ✠ Signi

ADNOTATIO.

Robertus ex Comitibus Gebennenſibus, Presbyter Cardinalis Baſilicæ XII. Apoſtolorum, Gallis Cardinalibus, itemque tribus Italis Cardinalibus, una cum Honorato Cajetano, Fundorum Comite, ſchiſma adverſus Urbanum VI. Romanum Pontificem conflantibus, Fundis in ipſa
Raynaldus Honorati domo, A. D. 1378. die XX. menſis Septembris, in pervigilio
A. D. 1378. §. 55. 56. S. Matthæi Apoſtoli, in Pſeudopontificem eligitur, ut ex coævis ſcriptoribus narrat Odoricus Raynaldus. Quamobrem eodem anno, VIII. Idus Novembris Urbanus ipſum Robertum, & Cardinales ſchiſmaticos excommunicavit, & Comitem Fundorum, pluresque alios Eccleſiaſticos vinculo ligavit, & perduellionis reos, Apoſtolica ſanctione, hoc ipſo anno
Ibid. a §. 105. ad 125. lata, III. Kal. Decemb. declaravit. Defecerat ab Urbano memoratus Fundorum Comes, ſub hujus Pontificatus exordia, quod cum Provinciam Campaniæ & Maritimæ Rector moderaretur, hoc munus Thomæ
Ibid. §. 50 a Sancto Severino, Urbani juſſu, tradere, coactus eſt. Hinc factum, ut Cardinalibus ſchiſmaticis ſe adjutorem præbuerit, ac ab iiſdem Anagniæ morantibus, Provinciæ Campaniæ, & Maritimæ Rector, noviter fuerit confirmatus. Eo tandem rei devenit, ut in eum ab Urbano conſtitutarum,
Ibid. A. D. 1380. §. 2. ac latæ majeſtatis ſententia repetita fuerit A. D. 1380. & bonis omnibus, ac oppidis ſpoliatus. Tunc autem Honoratus cum Joanna Regina Neapolitana bellum adverſus Urbanum paravit, quo multas urbes, & oppida occupavit, atque ſubegit: Has inter Setia fuit, quæ eidem adhæſit, ac paruit uſque ad annum 1399. ut ex hoc actu conſtat. Honoratus vero
Ibid. A. D. 1400. §. 2. uſque ad ipſam mortem (interiit enim A. D. 1400. iterum adverſarum dolore) pervicax, & contra Romanam Eccleſiam truculentus fuit ſiquidem ſeditiones, ac mortem ipſam in Bonifacium IX. molitus eſt, a quo rurſus cenſuris, ac diris eſt ictus A. D. 1399. IV. Nonas Maji ſolen-

Google

ſolemni Conſtitutione, in qua omnia ejus facinora in Romanos Pontifices enumerantur. Poſt hæc Bonifacius bellum eadem ardente, immiſſis in eam cum exercitu Andrea Thomacello, & Ludovico de Fliſco, S. Adriani Diacono Cardinali, cum Legati de latere poteſtate, cui non modo Campaniæ & Maritimæ Provinciam tradidit, ſed etiam Fundanum Comitatum commiſit. Itaque, pulſis hoſtibus, hoc anno Anagnini, ut ſcribit Raynaldus, Verulani, & Poſtaſeni vi oppidani ad Romanos Pontifices obſequium redierunt. Setini quoque, ut ex longâ hac narratione apparet, hoc eodem anno 1399. reſipuerunt, & ſchiſmate ejurato, ad Eccleſiæ Romanæ gremium reverſi ſunt, ac a Ludovico Cardinali de Fliſco veniam, indulgentiamque peractis criminis impetrarunt. Anno ſubſequenti recepti ſunt & Tarracinenſes, eis enim indulſit ipſemet Bonifacius, dato ad eos abſolutionis diplomate, quod in Hiſtoria Tarracinenſi Dominicus Antonius Contatore vulgavit.

Raynald. A.D. 1399. §. 18.

Ibidem.

Lib. 2. cap. 8. pag. 94.

XXIV.

Bonifacius IX. Caſtrum, & arcem Ciſternæ, & alia bona in Territorio Mareni Johanni Cecharello confirmat.

BONIFACIUS PAPA IX.

Dilecto filio nobili Viro Joanni Ceccharello Domicello de Setia Salutem &c.

Ad cap. xcii. pag. 151.

1399.

Ex tabulario Setino.

SInceræ devotionis affectum, quem ad nos, et Romanam geris Eccleſiam, grataque et accepta obſequia, per te Nobis, et eidem Eccleſiæ, et maxime nuper in recuperatione Setiæ, Provinciæ noſtræ Maritimæ, impenſa, et quæ ſollicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, merito Nos inducunt, ut non ſolum perſonam tuam, verum etiam poſteros tuos Apoſtolicis gratiis, et favoribus proſequamur. Horum igitur conſideratione inducti, Caſtrum, et Roccham Ciſternæ, dudum, ut aſſeris, per te emptum à quondam Jordane milite de Urſinis, et poſt reductionem tuam, ad noſtram, et præfatæ Eccleſiæ fidelitatem, et obedientiam, per hoſtes noſtros, et præfatæ Eccleſiæ de tuis manibus ereptum, ac per Iniquitatis filium Honoratum, olim Comitem Fundorum detinetur præſentialiter occupatum, necnon dimidiam cujuſdam alterius Rocchæ, prope dictam Roccham Ciſternæ ſitutæ, ad iniquitatis alumnum Noſtrum de Frangipanibus, adhærentem præfati Honorati, olim pertinentis, ac etiam tenimentum Caſtri veteris, quod olim ad ipſum Noſtrum de Frangipanibus pertinebat, ac etiam quaſdam domos, et vineas in Territorio Caſtri Mareni, quæ olim fuerunt præfati quondam Jordanis de Urſinis, et per ipſum, ut aſſeris, tibi venditas cum omnibus, et ſingulis Vaſſallis, terris, poſſeſſionibus, Juribus, Juriſdictionibus, et pertinentiis ſuis, quæ etiam hic per quantitates, qualitates, loca, vocabula, confines, ac valo-

lores haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, et declaratis, prout in totum, ſeu pro parte ad Nos, et Romanam Eccleſiam, et Cameram Apoſtolicam de Jure pertinent, atque ſpectant, quocumque modo, cauſa, vel forma, ſive confiſcata, aut alias devoluta fuerint, ex quocumque facto, vel perſona, omnes, et ſingulas donationes, conceſſiones, ac mandata de donando, vel concedendo ſub quacumque forma, vel conceſſione verborum, ſub præſentis, ſive cujusvis alterius diei datis, alii, ſeu aliis forſan per Nos, aut auctoritate noſtra facta, etiam ſi de eis eſſet hic de verbo ad verbum ſpecialis mentio facienda, ex certa ſcientia revocantes, eaque decernentes nullius eſſe roboris, vel momenti, conſtitutionibus Apoſtolicis, et aliis contrariis nequaquam obſtantibus, tibi pro te, ac tuis hæredibus et ſucceſſoribus in perpetuum, auctoritate Apoſtolica concedimus per præſentes, ita quod liceat tibi et dictis hæredibus Caſtri, & Rocchæ Ciſternæ, & dimidiæ alterius Rocchæ, ac Tenimenti Caſtri veteris, domorum, vinearum, vaſſallagii, terrarum, poſſeſſionum, Jurium, Juriſdictionum, ac pertinentiarum prædictarum, & cujuslibet ipſarum poſſeſſionem, auctoritate propria, libere, alicujus licentia, vel conſenſu minime requiſitis, apprehendere & licite retinere, mandantes nihilominus univerſis, & ſingulis incolis & habitatoribus, vaſſallis Caſtrorum, Roccharum, & Tenimenti prædictorum, & omnibus aliis, ad quos id pertinet, ut te, ac dd. hæredes ad Caſtra, Rocchas, Tenimentum cum fortaliciis, Juribus, ac pertinentiis ſupradictis, eorumque omnium poſſeſſionem libere recipiant, & admittant, tibique, ac mandatis tuis, & dd. hæredum, tanquam eorum veris, & utilibus Dominis, plene, & in omnibus pareant, & obediant cum effectu, ſicut nobis, & aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris obedire conſueverunt, & debuerunt. Volentes autem, quod ſi nullo unquam tempore a fidelitate, & obedientia, noſtris, & præfatæ Eccleſiæ, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, canonice intrantium te ſubtraxeris, aut ipſi hæredes, & ſucceſſores ſe ſubtraxerint, præſens conceſſio, & donatio, nullius exiſtat roboris, vel momenti. Cæterum hujuſmodi conceſſioni adiicimus per præſentes, quod antequam prædictorum

poſſeſſionem capias, in manibus Ven. Conradi Epiſcopi Nicoſien. Camerarii noſtri, fidelitatis præſtare debeas in forma ſolita juramentum. Nulli ergo &c. noſtræ revocationis, ſilentii impoſitionis, donationis, conceſſionis, mandati, & voluntatis infringere &c. Si quis &c.

Datum Romæ apud S. Petrum x. Kal. Julii, anno X.

XXV.

LADISLAUS Rex Neapolitanus, Campaniæ, & Maritimæ detentor, privilegia, & immunitates Setinorum confirmat.

Ad cap. xcii. pag. 151.

1413.

Ex tabulario Setino.

LAdiſlaus Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Bulgariæque Rex. Magnificis Viris Almæ Urbis Senatoribus, necnon Vicegerentibus noſtris, ſeu Juſtitiariis, ac Rectoribus Capitaneis, ſeu Poteſtatibus, & Theſaurariis, ſeu Collectoribus, deputatis in dicta Alma Urbe, ac partibus Campaneæ, & Maritimæ, vel eorum Locumtenentibus, & Officialibus, ac perſonis aliis, ad quas ſpectat, præſentes literas inſpecturis, fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Dum fidelium, & devotorum noſtrorum petitiones ſupplices ad gratiam exauditionis admittimus, ipſorum erga nos devotionem, & fidem promptius adaugemus. Sanè noviter Communitatis, & hominum Setiæ, partium Maritimæ, noſtrorum devotorum, & fidelium oblatis, porrectis, & præſentatis majeſtati noſtræ, ſubſcriptis ſupplicationibus, ſeu Capitulis, quæ pridem, ſicut nobis conſtat, producta, & præſentata fuerunt, ac decretata, ut infra ſubſcribitur. Coram Magnificis Viris Paulo de Celano, olim in dicta Provincia Rectore, & Riccardo de Annibaldis de Molaria Commiſſario ſimiliter per nos in dicta Provincia Maritimæ deputato, & a nobis ad ſubſcripta, & alia habentibus per noſtras literas ſpeciales plenariam poteſtatem. Nos ipſorum Communitatis, & hominum attenta fidei, & devotionis conſtantia, quæ erga exaltationem noſtri ſtatus, nominis, & honoris continuè cla-

clamerunt, eaſdem ſupplicationes, ſeu capitula, & decretationes ſimiliter facimus, & confirmamus infraſcriptas, quorum quidem capitulorum, ſeu ſupplicationum, & decretationum tenor, talis eſt. In Nomine Domini Amen. Infraſcripta ſunt capitula facta, & ordinata per Commune, & Officiales Setiæ, acceptanda, & confirmanda per Magnificos noſtros Paulum de Celano in Provincia Maritimæ per Sacram Regiam Majeſtatem Illuſtriſſimi Principis Ladiſlai, Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ Regis &c. Rectorem, & Riccardum de Annibaldis de Molaria, & ſubſequenter præſentanda, ratificanda, acceptanda, confirmanda, bullanda, & in publicam formam redigenda per eandem ſacram Regiam Majeſtatem. In primis.

1 Che tutti quanti, e ſingoli privilegii, immunitati, libertati, e gratie fatte, e conceſſe allo Commune di Sezze, tanto per li Veri Sommi Pontefici paſſati, e de ipſi Legati una con gli ſtatuti del detto Commune, quanto per la Sacra Regia Maeſtate del Sereniſſimo Prencipe, e Signore noſtro Ladislao Re ſopradetto, ſiano valide, ferme, e per la detta Sacra Regia Maeſtà, & ipſi Signori confermati, & acceptati, prout jacent, come ancora, che tutte e quante ſingole ſentenze, che date ſono per li Legati de Latere olim nuncupati, e de loro Officiali, e Commiſſarj paſſati per utilitate del detto Commune, ſiano ſimilmente accettate, ferme, e confermate per la inantedetta ſacra Regia Maeſtà, & ipſi Signori. Fiat.

2 Item, che alcune accuſe fatte in Campidoglio, & ſententie indi ſecute, o dal detto Commune di Setta, o perſone ſpeciali de ipſo Commune per occaſione della guerra paſſata dal tempo, che fu principiata fino al preſente d'hoggi ſiano annullate, irrite, e caſſe ſenza alcun pagamento dare per lo detto Commune, overo ſpeciali perſone d'eſſo Commune. Fiat.

3 Item, che lo Commune ſudetto, e ſpeciali perſone d'eſſo Commune ſiano libere, & eſſenti dalla moleſtia della Corte di Campagna, ſicome n'appare dalle Bolle della Maeſtà di noſtro Signore lo Re ad eſſo fatte, e conceſſe per eſſa ſopradetta Maeſtà, e che in eſſa Corte di Campagna, tanto in Civile, quanto in Criminale citare, e convenire non debbiano, e ne ad ipſi per lo Rettore della Pro-

 vin-

vincia, e della Corte generale alcuna taglia de pagamento non ſi poſſa imponere. Fiat niſi in quatuor caſibus reſervatis.

4 Item, che li Poteſtati, li Giudici, e li Notari, che verranno all' Offitio in Sezza ſiano eletti per li Officiali di detta Terra di Sezza, ſecondo la forma d' un noſtro Privilegio à detto Commune fatto, olim dal Cardinale de San Pietro di Roma, Legato allora di Papa Urbano V. & ipſi Poteſtati, Giudici, e Notari devano avere li loro ſalarii ſecondo la forma delli noſtri ſtatuti. Fiat.

5 Item, che la bocca della cavata, la quale è Gubernatione, e fortificazione dello Campo noſtro di Sezza ſi poſſa reſtringere, e riducere all' antico coſtume di un paſſo di larghezza, come veritticamente ſi può, e ſi aſſeriſce per noſtri veri, e fede degni Cittadini, e che poſſano cavare, & uſare la cavata vecchia, come noſtra, che è, & in noſtro terreno poſta, ſenza conditione alcuna. Fiat.

6 Item, che *la magnifica Donna madonna Urſina, Figliola di miſſer Jordana Urſino, noſtra buona Cittadina*, ſi poſſa uſare, fructuare, e mantenere la parte ſua di Ciſterna, tanto della Rocca, quanto dello tenimento ſuo, come vera Patrona, e Domina, perchè è ſua coſa dotale, la quale per alcun tempo paſſato l' ha tenuta occupata Riccardo Roſa di Terracina, come huomo ribello della ſacra Maeſtà predetta. Fiat.

Sequitur approbatio, & confirmatio Ladislai, ſub datum in Caſtro novo Neapolis anno Domini Mccccxiii. die xxviii. menſis Novembris, Indict. vii. Regnorum noſtrorum anno xxvii.

Con-

XXVI.

Coniunctio Eccleſiarum Humanatenſis, & Anconitanæ per MARTINUM V.

MARTINUS

Epiſcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad cap. LXXIV. pag. 99.

1422.

Ex tabulario Datariæ Apoſtolicæ.

EX ſupernæ majeſtatis providentia Romanus Pontifex in eminenti Apoſtolicæ Sedis ſpecula conſtitutus circa Eccleſiarum omnium ſuæ curæ commiſſarum profectum, prout ex debito Paſtoralis Officii ei incumbit, in melius ſalubriter dirigendum, ſolerter proſpicit, illorum quoque neceſſitatibus opportuna remedia miniſtrando, conſulit, quos in partem ſollicitudinis præeminentiæ Paſtoralis aſſumptos, defectus rerum temporalium obnubilat, prout Eccleſiarum ipſarum requirit neceſſitas, & cauſæ rationabiles perſuadent. Sane per Nos nuper intellecto, quod Civitas Humanat. propter incendia, guerrarum turbines, mortalitatum peſtes, & alias calamitates, quæ illam multipliciter afflixerant, funditus quaſi deſtructa, & Eccleſia Humanat. loco ſuo Paſtorali, & Canonicorum Collegio deſtituta exiſtebant, ipſa quoque civitas, & fere tota Diœceſis Humanat. unico dumtaxat caſtro excepto, in ditione dictorum filiorum Communitatis, civitatis noſtræ Anconitan. conſiſtebant, quodque fructus, redditus, & proventus Menſæ Epiſcopalis Anconitan. ſimilibus calamitatibus cauſantibus, adeo tenues facti erant, & exiles, quod ex illis Venerabilis Frater noſter Aſtorgius Epiſcopus Anconitan. juxta ejuſdem civitatis Anconitan. decentiam, & Paſtoralis Dignitatis exigentiam, commode ſubſtentari, ac ſtatum ſuum tenere non valebat. Nos quia ex relatione plenaria, & fideli per dilectum filium noſtrum Franciſcum tituli S. Crucis in Hieruſalem, Presbyterum Cardinalem, cui

ſuper

ſuper hoc informationem recipiendam, commiſimus, Nobis facta, præmiſſa fore vera, comperimus, intendentes, iam eidem Eccleſiæ Humanat. ne præmiſſorum occaſione Paſtor illius, temporalium rerum preſſus inopia, Pontificalem Dignitatem obnubilet, ac volentes Aſtorgio prædicto, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Anconitan. ut ſtatum ſuum, juxta Pontificalis Dignitatis exigentiam hujuſmodi, decentius tenere valeat, de honeſtæ ſubventionis auxilio providere, præmiſſis, & alus ſuadentibus rationabilibus cauſis, noſtrum ad id inducentibus animum, dictam Humanat. Eccleſiam, cujus ducentorum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, eidem Eccleſiæ Anconitan. cujus quadringentorum florenorum auri de Cameræ, Menſarum Epiſcopalium fructus, redditus, & proventus, ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum, ut accepimus, non excedunt, auctoritate Apoſtolica, & certa ſcientia, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in perpetuum incorporamus, annectimus, & unimus, ita quod cedente, vel decedente Venerabili fratre noſtro Antonio Epiſcopo Humanat. vel ipſo de Eccleſia Humanat. prædicta ad aliam Eccleſiam Cathedralem canonice tranſlato, ejuſdem quoque Eccleſiæ, ad quam tranſlatus fuerit, adminiſtrationis bonorum in ſpiritualibus, & temporalibus pacifica poſſeſſione adepta, aut alias eamdem Humanat. Eccleſiam quomodolibet dimittente, & non per antea, liceat eidem Aſtorgio, vel pro tempore exiſtenti Epiſcopo Anconitan. per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Humanat. & illius fructuum, redditium, proventuum, Jurium, & pertinentiarum prædictarum corporalem poſſeſſionem apprehendere viguore præſentium, & perpetuo retinere; ejus quoque Cleri, & Populi curam, necnon bonorum in ſpiritualibus, & temporalibus regimen, & adminiſtrationem gerere, & exercere, ac fructus, redditus, proventus, Jura, & obventiones, ad Menſam Epiſcopalem Humanat. prædictam ſpectantes, percipere, & habere, ac in ſuos, & Eccleſiarum prædictarum uſus, & utilitates convertere, alicujus ſuper hoc ſcientia minime requiſita, decernentes de conſilio, & auctoritate prædictis, ut prædictus Aſtorgius Epiſcopus

pus, ex tunc in eme Epiſcopus Anconitan. & Humanat. ſicque ſubſequentes illius in poſterum ſucceſſores, quos etiam, tam Humanat, quam Anconitan. Eccleſiarum prædictarum Capitula, quoties caſus vocationis earumdem Eccleſiarum emerſerit, ceſſantibus reſervationibus Apoſtolicis, eligere debeant, nuncupentur. Circa Dignitates vero, nec non Perſonatus, & Officia ſi quæ, ſi qui, aut quæ in Humanat. Eccleſia prædicta, dudum extiterint, aut de præſenti exiſtant, nec non Canonicorum, & Præbendarum, & perpetuorum Beneficiatorum numerum in eadem, ac illorum, nec non aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Eccleſiæ, ac civitatis, & Diœceſis Humanat. prædictarum, collationes, & proviſiones, atque conſuetudines, & ſtatuta ejuſdem Humanat. Eccleſiæ, quin ſalvis, incorporatione, annexione, & unione, prædictis, permaneant ſicut prius, non intendimus alias aliquid immutare, ſeu eis per hoc aliquod præjudicium generare: quodque proventus, bona, & jura, quæ ad Capitulum Humanat. & Beneficiatos in dicta Eccleſia Humanat. ſeu illius Canonicos, aut in Dignitatibus, Perſonatibus, ſeu Officiis hujuſmodi conſtitutos, pertinent, juxta conſuetudinem inibi hactenus obſervatam, & eis juxta Juris exigentiam, percipiantur. Cæterum ſtatuimus auctoritate prædicta, & etiam ordinamus de conſilio, & auctoritate memoratis, quod perſonæ, tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares utriuſque ſexus in dicta civitate, & Diœceſi Humanat. degentes, præſentes, & poſteræ, poſtquam incorporatio, annexio, & unio ſupradictæ, ſuum debitæ ſortitæ fuerint effectum, prædictis Aſtorgio, ejuſque ſucceſſoribus Anconitan. & Humanat. Epiſcopis, qui erunt pro tempore, ſubjectæ exiſtant, illis quoque, tamquam eorum Diœceſanis Epiſcopis pareant, & intendant, ſicut Epiſcopis Humanat. qui fuerunt hactenus paruerunt, & ſubjectæ fuerunt, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ Humanat, & juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, & aliis contrariis quibuſcumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino

omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ incorporationis, annexionis, unionis, conſtitutionis, voluntatis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, quartodecimo Kalendas Novembris, anno quinto.*

XXVII.

Inſtitutio Epiſcopatus Cornetani, & ejuſdem conjunctio cum Eccleſia Montisfaliſci per EUGENIUM IV.

EUGENIUS

Epiſcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad cap. LXXIV. pag. 100.

1435.

Ex tabulario Datariæ Apoſtolicæ.

IN ſupremæ Dignitatis Apoſtolicæ ſpecula, ſuperni diſpoſitione conſilii, licet immeriti, conſtituti, ad univerſas Fidelium regiones aciem noſtræ conſiderationis extendimus, & prout Fidelium populorum integritas exigit, & locorum, ac temporum utilitas perſuadet, regiones & populos hujuſmodi condignis favoribus, & gratiis decoramus, & præcipue illos, quos merita devotionis, & fidelitatis exornant, ut eorum digna retributio cedere poſſit aliis in exemplum. Hodie ſiquidem attentâ meditatione penſantes, quod Terra noſtra Corneti, quæ uſque in præſens fuerat Viterbien. & Tuſcanen. Diœceſi ordinario jure ſubjecta, adeo, ſicut facti notorietas manifeſtat, Domino benedicente, in populis fidelis multitudine fœcundata, ac rerum omnium ubertate referta exiſtat, quodque dilecti filii ipſius Terræ populus, & Commune inter cæteros Italiæ populos Romanæ Eccleſiæ ſponſæ noſtræ, fidelis devotionis, & fidelitatis ſinceritate præfulgeant, quod ex debi-

bito gratitudinis meruerint, ut ex Apoſtolicæ Sedis paternis conſequeretur affectibus, & glorioſis ac ſingularibus inſignis decoraretur. Unde ex præmiſſis, & nonnullis aliis rationabilibus cauſis moti, volentes, & ex certa ſcientia cupientes, eorum merita condignis honoribus compenſare, ipſoſque attollere gratioſis favoribus, & honorabili munimine confovere, poſt deliberationem, & tractatum utilem, quos ſuper his cum fratribus noſtris habuimus diligentem, Terram ipſam cum ſuis pertinentiis, quorum confines, denominationes, & loca præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, nec non omnibus & ſingulis perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus, degentibus, rebuſque aliis, exiſtentibus in eiſdem, ab omni immediata juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione Epiſcopi pro tempore exiſtentis, & dilectorum filiorum Capitulorum Viterbien. & Tuſcanen ac earumdem Viterbien. & Tuſcanen. Eccleſiarum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium eximentes, & perpetuo liberantes, Terram ipſam, tamque locum idoneum, aptum, congruum, & fidelitatis inſignem, de ipſorum fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, pro divini nominis gloria, Eccleſiæ Sanctæ Dei exaltatione, felici divini cultus augmento, ſaluteque fidelium animarum, in civitatem erigimus, civitatiſque titulo, & inſignis decoramus, ipſamque Terram ex nunc civitatem Cornetan. volumus, perpetuis futuris temporibus nuncupari. Et inſuper Sanctarum Mariæ & Margaritæ, ac Sanctæ Mariæ de Caſtello Cornetan. Collegiatæ Eccleſiæ invicem, eadem auctoritate, unientes, annectentes, & incorporantes, ac in eis Eccleſiarum Collegiatarum nomen hujuſmodi penitus extinguentes, & in unicum corpus, unicumque Collegium reducentes, ac Sanctarum Mariæ, & Margaritæ Eccleſiam prædictam in Cathedralem Eccleſiam erigimus, eamque Dignitatis Epiſcopalis titulo inſignimus, ſponſum utilem, & idoneum per Apoſtolicæ Sedis providentiam, præſtante Domino, habituram, cui præeſſe valeat, & prodeſſe, volentes & auctoritate Apoſtolica decernentes, quod in eadem erecta Eccleſia loco Prioris, qui nunc eſt, Archidiaconatus, major poſt Pontificalem Dignitas, cum honoribus, & oneribus conſuetis, ac eidem annexis, per futurum Præſulem inſtituatur, ac Prior ipſe de

cætero in eadem Cathedrali Eccleſia, Archidiaconus nuncupetur, in altera vero Eccleſia Sanctæ Mariæ de Caſtello, ſicut præfertur, unita, Prioratus Dignitas omnino eſſet, cum illum vacare contigerit per ceſſum, vel deceſſum, ambo quoque ipſarum Eccleſiarum Collegia in unicum Collegium Cathedralis Eccleſiæ, ſic erectæ, Capitulum faciens, reducantur, ſingulique ipſarum Canonici, non Collegiatarum amplius Eccleſiarum, ſed Cathedralis Eccleſiæ Canonici nuncupentur. Cæterum cum de Eccleſiis & Eccleſiaſticis beneficiis, caſtris, villis, territoriis, terris, poſſeſſionibus, juribus, & juriſdictionibus ſpiritualibus & temporalibus, aliiſque redditibus, proventibus, terris, poſſeſſionibus, & bonis, tam Eccleſiaſticis, quam aliis, in quibus propriè Diœceſis Cornetan. deputari, & etiam ordenari debeat, plenarie conſtet, in Dei Nomine procedentes, volumus, & Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, quod Territorium, & diſtrictus ipſius civitatis Corneti, eidem Eccleſiæ Cornetan. in Diœceſim aſſignetur, cum omni juriſdictione, dominio, coertione, & correctione debitis, & conſuetis, quæ nos etiam præfatæ Cornetan. Eccleſiæ in veram & limitatam Diœceſim, tenore præſentium aſſignamus. Volentes, & prædicta auctoritate concedentes, quod Epiſcopus pro tempore exiſtens, ipſius, & Montis flaſconen. Eccleſiarum, quam Montis flaſconis Eccleſiam habere, etiam eidem Eccleſiæ Cornetan. univimus, annexuimus, & incorporavimus, cum de Corneto ad Montem flaſconem, vel e converſo de Monte flaſcone Cornetum, recto itinere, ſe transferre contigerit, extra tamen civitates, terras, & caſtra, atque loca alia, etiam in aliena Diœceſi conſiſtentia, in via tantummodo obviantibus, benedictionem impendere valeat, abſque aliorum injuria, ſeu contradictione quacumque. Et ne propter hujuſmodi exemptionem, erectionem, & aſſignationem de dicta civitate & Eccleſiis, ac Diœceſibus factas, Viterbien. & Tuſcanen. Eccleſiæ, quibus ipſa nunc civitas fuerat, ut præfertur, ordinario jure ſubjecta, aliquod aliud diſpendium patiantur, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod omnes fructus, redditus, & proventus, emolumenta, obventiones, & jura, tam ex poſſeſſionibus, quam paſcuis in Territorio, diſtrictu Cornetan. exiſtentibus, & ad ipſas Eccle-

cleſias Viterbien. & Tuſcanen. ſeu ipſarum Epiſcopalem Menſam earumdem, pertinentibus, eiſdem Eccleſiis, & Menſæ pro tempore debita, ipſis Eccleſiis remaneant pleno jure, eiſdemque gaudeant, & utantur, ac ea percipiant, ſine diminutione quacumque, ſicut ante erectionem hujuſmodi, aliter quam ordinario jure percipere conſueverant, & habebant, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, & literis Apoſtolicis, huic noſtræ ordinationi contrariis, quorumcumque tenorum exiſtant, quæ, quoad hoc, omnino viribus evacuamus, & nullius decernimus exiſtere firmitatis, præmiſſa auctoritate omnimoda, ſic utiliter facta, & ſalubriter ordinata, perpetuis valitura temporibus, obtinere volumus robur incommutabilis firmitatis, diſtrictius inhibentes, ne aliquis cujuſcumque ſtatus, dignitatis, ordinis, & præeminentiæ ſint, & quamcumque præfulgeant dignitate, præmiſſa omnia, & ſingula per nos ordinata, & inſtituta, ſeu aliqua, vel aliquod de contentis in eis, quovis quæſito colore, occaſione, vel cauſa, turbare, ſeu quomodolibet impedire præſumat. Nos enim, prout eſt, irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, erectionis, decorationis, unionis, annexionis, incorporationis, extinctionis, reductionis, inſignitionis, voluntatis, conſtitutionis, aſſignationis, vacationis, & inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto, Nonis Decembris, Pontificatus noſtri anno quinto.

XXVIII.

Legatio, & procuratio data Antonio Frangipano, ob controverſiam Setinorum cum Franciſco Caietano, & Populo Sermonetæ.

Ad cap. LXXXIX. pag. 148.

1437.

Ex tabulario Setino.

IN nomine Domini amen. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, Pontificatus Domini Eugenii Divina Providentia Papæ IV anno VII. Indictione XV. menſis Martii die nona. In præſentia mei Notarii, & teſtium ſubſcriptorum, ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Convocato, coadunato, & congregato Populo, & parlamento Communitatis Terræ Setiæ, hominum, & perſonarum ejuſdem in Platea Communis propè ſcalas Palatii, ubi ſolent populus, & parlamentum congregari ad ſonum campanæ, vocemque præconis, ſono tubinæ præmiſſo, portis clauſis, ut moris eſt, ubi interfuerunt ultra duæ partes hominum Terræ Setiæ, de mandato, voluntate, & authoritate egregii Juris periti D. Leonardi de Veſtis de Cora, hominis, Judicis Communis Terræ Setiæ, qui D. Leonardus Judex, ut præfertur, de conſenſu, licentia, & voluntate ſupradicti Populi, & parlamenti, & ipſe Populus, Communitas, & parlamentum cum authoritate, & expreſſo conſenſu, licentia, & voluntate dicti D. Leonardi Judicis. Confiſi pleniſſime de nobilitate, virtute, & diligentia, ſolertiaque *Nobilis viri Antonii de Frajapanibus de Setia*, ſponte &c. fecerunt, ordinaverunt, conſtituerunt, & deputaverunt eorum dicti Populi, & Communitatis, & hominum dictæ Terræ Setiæ Sindicum, Ambaſciatorem, Procuratorem, Actorem, & Defenſorem, & negotiorum geſtorem, & dicti Communis Nuncium ſpecialem, ſeu quocumque alio titulo, & vocabulo de Jure melius dici, & cenſeri poteſt, & debet, ipſum Antonium præſentem, & onus hujuſmodi Sindicatus, & Procurationis in ſe recipientem, & acceptantem ad eundum, & accedendum, & ſe perſonaliter conferendum, & præſentandum coram Reverendiſſimo in Chri-

Digitized by Google

Chriſto Patre, & D.D. Patriarcha Alexandrino, Archiepiſcopo Florentino, Apoſtolicæ Sedis Legato, ac in quocumque loco ſuam R.P. reperiri contigerit, & coram eadem Reverendiſſima Paternitate comparendum, appellandum, & appellationem interponendum à ſententiis lata per Excell. legum Doctorem D. Galeatium Bezonum de Crema, Commiſſarium Reverendiſſimi D.D. in cauſa vertente inter Commune Setiæ ex una parte, & magnificum D. Franciſcum Gaytanum, & Univerſitatem Caſtri Sermoneti ex alia, & de nullitate agendum, & opponendum, Apoſtolos ſibi dari petendum, atque inhiberi faciendum, & ut præmittitur appellandum ad Reverendiſſimum præfatum D.D. Patriarcham, ejuſque Curiam, & Auditores, & ad SS. in Chriſto Patrem, & D. D. Eugenium Divina Providentia Papam IV. & ſuam Curiam, & ad omnem alium Judicem competentem, ipſamque appellationem proſequendi, ipſique appellationi, ſi ei videbitur, renunciandi cum plena, libera, & generali poteſtate tranſigendi, & concordandi, prout ei melius videbitur, & nihilominus unum, vel plures Procuratores, Sindicum, ſeu Sindicos loco ſui, ut præfertur, ſubſtituendi, cum omnibus poteſtatibus, authoritatibus, ſimiliter ei conceſſis, & generaliter ad omnia alia, & ſingula faciendi, procurandi, miniſtrandi, & operandi in prædictis, & circa prædicta, quæ fuerint neceſſaria quomodolibet, & opportuna, & quæ quilibet verus, & legitimus Procurator, & Sindicus, & negotiorum geſtor facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet, etiamſi talia forent, quæ inſtrumentum exigerent ſpeciale, dantes, & concedentes dicto eorum Priori, & Sindico etiam ſubſtituendi, ſi opus fuerit in prædictis, & quolibet prædictorum, plenam, & generalem adminiſtrationem, cum plena, libera, & generali poteſtate. Promittentes mihi Notario infraſcripto, ut perſonæ publicæ, præſenti, & legitime ſtipulanti, vice, & nomine quorum intereſt, & intereſſe poterit in futurum, ſeſe ratum, gratum habituros, & firmum quidquid per eorum Procuratorem, & Sindicum, & ſubſtituendum, ſeu ſubſtituendos ab eo in prædictis, & quolibet prædictorum, actum, factum, geſtum, procuratum, & adminiſtratum fuerit ſub hypoteca, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum dicti Commu-

nis,

nis, & volentes, dictum eorum Sindicum, & Priorem ſubſtituendum, & ſubſtituendos ab eo, ab omni ſatisdatione omnem relevare fidejuſſionem, quod me Notarium infraſcriptum, ut perſonam publicam, præſentem, & legitimè ſtipulantem, ut ſcilicet de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, cum omnibus ſuis clauſulis oppoſitionis ſub hypoteca, & obligatione: præſentibus Nobilibus Viris Stephano Ballo, Petro Johannis, & *Antonio Tacconi de Setia*, teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Et ego Johannes Jacobelli Paonis de Ferrentino publicus Imperiali auctoritate Notarius, & nunc Notarius Communis Terræ Setiæ ad criminalia, & reformationes ſpecialiter deputatus, prædictis omnibus & ſingulis præſens interfui, rogatus, & ex fidelitate ſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, meoque ſolito ſigno ſignavi &c.

Loco ✠ ſigni.

XXIX.

ANTONIUS Ridus Præfectus Caſtri S. Angeli de Urbe monet Jo: Petrum Normeſinum & Antonium Ciambariconum, ne patiantur annonam e locis S. R. E. ſubjectis aſportari.

Nobilibus Viris Jannoto Petri Normiſini, Caſtellano Trebarum, & Antonio Johannis Ciambariconi, Caſtellano Aquæ Putiæ, majoribus Sindicis Univerſitatis Setiæ.

ANtonius de Rido de Padua, Caſtellanus Caſtri S. Angeli de Urbe, ac Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Commiſſarius Generalis &c. Confiſi de fide, prudentia, & legalitate, ab experto, fideliſſimæ Terræ, ac Communitatis Setiæ, & quod ea, quæ hominibus egregiis ejuſdem Terræ commiſerimus vel duxerimus committenda, legaliter, ac fideliter exequentur. Ea propter, tenore præſentium vobis, *nobilibus Viris* dictæ Terræ Setiæ committimus, concedimus, ac in commiſſionem damus, quatenus intelligentias veſtras, ac ſtudium, & ſollicitudinem poniſe, ut paſſus, loca, ac territoria per vos cuſtodiantur, ne graſſa cujuſcumque rei aſportetur de Terris, ac locis Sanctiſſimo Domino Noſtro ſubditis, ad terras inimicorum noſtrorum, ac etiam ad quaſcumque partes abſque noſtra ſpeciali in ſcriptis licentia. Cujus quidem graſſæ aſportantes cum accideret, vos inveniſſe inlicentiatos, volumus, & auctoritate noſtræ commiſſionis vobis in ſolidum, & in commune poteſtatem liberam, facultatemque plenam concedimus, & impertimur, ut eos capi facere, arreſtari, incarcerari, & in carceribus detineri valeatis, & illam commoditatem ab eiſdem, & ex eorum captura percipere valeatis, quæ nobis tangere debet, & poteſt, extractis prius juribus conſuetis Cameræ Urbis. Verùm antequam per vos aliquid fiat de captis, cum opus fuerit, ad nos notificate, per

Ad cap. c. pag. 158.

1441.

Ex tabulario Setino.

per veſtras litteras valeatis. In quorum fidem has commiſſionis litteras fieri mandavimus, & noſtri proprii, conſuetique ſigilli impreſſione muniri. *Datum Romæ ex Caſtro S. Angeli die 4. Novembris 1441. Pontificatus Sanctiſſimi D. N. Eugenii Divina providentia Papæ quarti, anno xi.*
Loco ✠ ſigilli.
Lucas de Neapoli Cancellarius manu propria.

X X X.

Conjunctio Eccleſiarum Abellinatis, & Frequentinæ per PAULUM II.

P A U L U S.

Epiſcopus ſervus ſervorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Ad cap. LXXIV. pag. 100.

1466.

Ex tabulario Dataríæ Apoſtolicæ.

EX ſupernæ Majeſtatis providentia Romanus Pontifex in eminenti Apoſtolicæ Dignitatis ſpecula conſtitutus, circa Cathedralium, & aliarum Eccleſiarum omnium, ſuæ curæ commiſſarum profectum, prout ex debito Paſtoralis ſibi incumbit officii, in melius ſalubriter dirigendum, ſolerter proſpicit, & intendit, earumque neceſſitatibus libenter conſulit, quos in partem ſollicitudinis præeminentiæ Paſtoralis aſſumptos, temporalium rerum defectus obnubilat, prout rationabiles cauſæ ſuadent, ac Eccleſiarum ipſarum, & Præſulum earumdem decori noſcitur in Domino expedire. Dudum ſiquidem bo. mem. Fuccio Epiſcopo Avellinen. regimini Avellinen. Eccleſiæ præſidente, Nos cupientes eidem Eccleſiæ, cum illam vacare, contingeret, per Apoſtolicæ ſedis providentiam ſalubriter conſuli, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, ordinationi, & diſpoſitioni noſtræ duximus, ea vice ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contingeret

gerere attentari. Poſtmodum vero prædicta Eccleſia per obitum dicti Fucci Epiſcopi, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacante, nos vacatione hujuſmodi, fide dignis relatibus intellecta, habitáque per Nos plena notitia, quod prædictæ Avellinen. & Frequentin. Eccleſiæ, invicem propinquæ, & utriuſque earum Diœceſes contiguæ, ambæque Eccleſiæ prædictæ in Provincia Beneventana conſtructæ ſint, ac in ſuis fructibus, redditibus, & proventibus adeo tenues, inopeſque exiſtunt, ut ſinguli ſingularum Eccleſiarum prædictarum Præſules, Menſarum ſuarum Epiſcopalium fructibus, redditibus, & proventibus, juxta Epiſcopalis dignitatis decentiam, commode ſuſtentari non poſſent, nec non ſuper his omnibus, cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, matura, tractatu, & deliberatione præhabitis, ex præmiſſis, & certis aliis rationabilibus, ad id animum noſtrum inducentibus cauſis, intendentes, Eccleſiarum ipſarum providere decori, ne propter exilitatem reddituum in Præſulibus eorum, Pontificalem dignitatem temporalium rerum carentia deprimat, prædictas Eccleſias inſimul, auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, de fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus, ita ut de cætero, utrâque ipſarum Eccleſiarum Cathedrali remanente, tam Venerabilis frater noſter Baptiſta modernus Epiſcopus Frequentin. utriuſque Eccleſiarum prædictarum Epiſcopus, & Præſul exiſtat, quam in poſterum, perpetuis futuris temporibus, quoties, Eccleſias ipſas pro tempore vacare, contigerit, unus & idem ſit, ac præficiatur utriuſque dictarum Eccleſiarum in Epiſcopum, & Paſtorem, & tam ipſe Baptiſta, quam Succeſſores ſui, deinceps Avellinen. & Frequentin Epiſcopi perpetuo nominentur, liceatque ex nunc prædicto Baptiſtæ Epiſcopo per ſe, vel alium, ſeu alios, poſſeſſionem, vel quaſi regiminis, & adminiſtrationis Eccleſiæ Avellinen. prædictæ ac bonorum, jurium, & pertinentiarum ejuſdem, auctoritate propria, libere, & licite apprehendere, & perpetuo retinere, nec non illius Cleri, & Populi curam, regimenque, & adminiſtrationem prædicta, in ſpiritualibus, & temporalibus gerere, & exercere, alicujus ſuper hoc licentia minime requiſita, non obſtantibus

bus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictarum Eccleſiarum ſtatutis, & conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Proviſo, quod ipſæ Eccleſiæ, propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi in ſpiritualibus, propterea non lædantur, & in temporalibus nulla ſuſtineant detrimenta. Nos enim, prout eſt, irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ incorporationis, annexionis, unionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. *Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, ſeptimo Idus Maii, Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

Sti-

Digitized by Google

XXXI.

Stipulatio inter privatos, in qua mentio ſit de æde Epiſcopali in Civitate Setina prope Eccleſiam Cathedralem.

In Nomine Domini Amen.

DIE xxi. Decembris, Indictione vii. 1474. D. Nicolaus Meus de Setia, non vi &c. ſponte &c. in perpetuum &c. per ſe &c. vendidit, tradidit, & conceſſit, & quod plus valet, ſeu valere poteſt, ex donatione, quæ dicitur inter vivos, donavit &c. Petro Nelli de dicta Terra, præſenti ementi pro ſe &c. in perpetuum totam ejus vineam, videlicet duas pertas, una cum canneiis ſibi contiguis, ſitis in Territorio Setino in contrata de Cerretis, juxta rem dotalem Antonii Petri Mattu, rem Sancti Angeli, rem hæredum Johannis Renſii Simeonis, & alios confines, ſi quos habet veriores, cum introitu, exitu, juribus & pertinentiis ſuis uſque ad viam publicam, pro pretio florenorum currentium xx. quod pretium dictus venditor confeſſus eſt habuiſſe &c. & promiſit dictus venditor ab omni perſona moleſtante &c. defendere, & tenere precario nomine, ipſius emptoris, donec corporalem poſſeſſionem fuerit adeptus, quam apprehendendi ex nunc eidem dat &c. & promiſit habere rata, & grata omnia prædicta, & in nihilo contra facere ſub pœna xxv. librarum denariorum &c. vendens &c. promiſit &c. juravit &c. ſtipulans &c. qua pœna &c. Actum Setiæ in platea S. Mariæ, videlicet in Ulmo *juxta Epiſcopatum*, domum dicti venditoris, & alios confines, præſentibus Antonio Petri, Petro Gilli, & Antonio Saladini de Setia teſtibus &c.

Ad cap. LXXVI. pag. 115.

1474.

Ex tabulario Setino.

XXXII.

Statuta Setinæ civitatis, ſub LEONE X. reſtituta, ac ab eo approbata, præcipiunt, ut quotannis feſtum S. Lidani ſolemniter celebretur.

Ad cap. LXX. pag. 86.

1520.

Ex Statutis Setinæ civitatis tit. de Feriis

IN primis, ad reverentiam Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui ſua clementia ſtatum tranquillum Setiæ conſervate, ac de bono in melius miſericorditer augumentare dignetur, ſtatuimus, & ordinamus, quod per omnes, & ſingulos, tam mares, quam fœminas, infraſcriptarum feſtivitatum, Sanctorumque vocabula, & dies ſolemnes, in perpetuum penitus cuſtodiantur, & venerentur, ita quod in feſtivitatibus ipſis, nullus aliquem faciat laborem, intus, vel extra Setiam, nec aliquam artem quiſpiam exerceat ſuam: & contrafaciens, ſit pœna, vice qualibet, quinque ſolidorum, & credatur cuilibet bonæ famæ accuſanti, & habeat tertiam partem pœnæ. Feſtivitates autem hujuſmodi venerandæ, atque cuſtodiendæ, inferius ſingulariter deſignantur, videlicet, Nativitas Domini Noſtri Jeſu Chriſti, feſtum Epiphaniæ, & Circumciſionis Domini, dies Paſſionis ejuſdem, feſtivitas Reſurrectionis, Dies Aſcenſionis, Pentecoſtes, feſtum Corporis Chriſti, videlicet primus dies Jovis, quo ejus ſolemnitas celebratur, cuncti dies venerabiles Domini, & feſtivitates omnes Virginis glorioſæ, & Octava tantum, dies Aſſumptionis ejuſdem, feſtivitates ſingulorum omnium Sanctorum, & Evangeliſtarum. FESTUM SANCTI LIDANI CONFESSORIS, SANCTORUM PETRI, ET MARCELLINI, S. Franciſci Confeſſoris, S. Stephani Protomartyris, S. Luciæ, S. Leonardi, S. Laurentii, Sanctæ Mariæ Magdalenæ, Sancti Joannis Baptiſtæ, feſtum Sancti Sebaſtiani, Sanctæ Catharinæ, Sancti Blaſii, feſtum Sancti Nicolai, feſtivitas Sancti Angeli de Menſe Septembris, feſtivitas Sanctæ Paraſceves, feſtivitas Sancti Chriſtophori, feſtivitas Sanctæ Crucis, feſtum Sancti Antonii de Vienna. Quibus ſolemnitatibus, & aliis diebus de jure ſolemnibus, & feriatis, volumus, quod Poteſtas, & Judex, cæterique Off-

Officiales Communis, ab actionibus, & quæſtionibus civilibus, & criminalibus, qui de jure tunc fieri non poſſunt, ſe penitus debeant abſtinere. Proceſſus verò criminales, & accuſationes, tùm in maleficiis, tùm etiam in damnis datis, & extraordinariis occurrentibus, ſcribi, recipi, & reformari tantummodo valeant. Et ad laudem Omnipotentis Dei, & Sanctorum ejus, volumus, & ordinamus, quod omni anno in perpetuum, in feſtivitatibus SANCTORUM LIDANI, PETRI, ET MARCELLINI curratur bravium Equitum, & Peditum ab omnibus, currere volentibus, in locis haſtenus conſuetis, vel alibi, ubi placuerit Dominis Officialibus, pro tempore exiſtentibus, cum ſolemnitatibus, & conſuetudinibus antiquatis: & Eques, qui antecefferit habeat bravium, videlicet unam cannam cum dimidio. Pedes autem ſimiliter antecedens, unam cannam panni Camerini, vel alterius generis, ejuſdem tantum, vel ſimilis valoris. Et quilibet, tam Eques, quam Pedes, volens currere, ſtata debeat retro funem, a reſidentibus tenendum, curratque ad ſignum, dandum per Dominum Poteſtatem, ac ſe ſcribi faciat in primis: alias non conſequatur bravium, etiamſi antecefferit. Qui Dominus Poteſtas, ut prædicta obſerventur, & ne quis currentibus, impedimentum audeat inferre, poſſit, & debeat præcipere, ac bandimenta opportuna, & edicta ordinare, ſub pœnis, quæ ſibi congrue videbuntur, & per præconem bandiri facere.

IN-

XXXIII.

INNOCENTIUS X. Fratribus Minoritis de obſervantia in civitate Setina privilegium concedit, ne libri ex eorum Bibliotheca extrahantur.

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Ad cap. LXXXIV. pag. 133.

1651.

Ex tabulario Secretariæ Brevium.

CONſervationi, manutentioni librorum Bibliothecarum, domorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de obſervantia Reformatorum nuncupatorum, Provinciæ Romanæ, ſcilicet Sancti Franciſci Transtiberim, Sancti Petri in monte aureo de Urbe, Sancti Antonii de monte nuncupatum Reatinum, Sanctæ *Mariæ Gratiarum etiam nuncupatum Setinæ Civitatis*, ac S. Petri Terræ, ſeu loci de Carpineto Anagninæ Diœceſis, quantum cum Domino poſſumus benignè conſulere, ac dilectum filium modernum Miniſtrum Provincialem Provinciæ Romanæ, hujuſmodi ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, ne de cætero quiſquam, quavis auctoritate, & ſuperioritate fungens, libros, quinterna, folia, tam impreſſa, quam manuſcripta, tam hactenus in dictis Bibliothecis collocata, ac illis etiam per quoſcumque Chriſtifideles donata, & aſſignata, quam in poſterum forſan, collocanda, donanda, & aſſignanda, quibusvis perſonis commodare, aut ſub quovis quæſito colore ingenio, cauſa, ratione, aut occaſione è Bibliothecis, ſeu ex eis aliqua domorum hujuſmodi extrahere audeat, ſeu præſumat, ſub excommunicationis, a qua nemo

mo, niſi a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolutionis beneficium, præterquam in mortis articulo conſtitutus, obtinere queat, ac privationis vocis activæ, & paſſivæ pœnis, per contrafacientes, ipſo facto, abſque alia declaratione, incurrendis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium interdicimus, & prohibemus. Permittimus tamen fratribus domorum præfatarum, verbum Dei prædicantibus, & ſtudiis operam navantibus, libros, quinterna, & folia hujuſmodi è dictis Bibliothecis extrahere, & in ſuis cellulis tantum uti, ſed finito uſu hujuſmodi, ad dictas Bibliothecas reſpectivè, ſub eiſdem pœnis, referre teneantur. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac domorum, Ordinis, & Provinciæ hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentis prohibitionis exemplum in valvis ſingularum Bibliothecarum, ſeu alio conſpicuo loco, ubi ab omnibus cerni poſſit, continuo affixum remaneat. Quodque præmiſſorum tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſtica Dignitate conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die* XXVII. *Julii* MDCLI. *Pontificatus noſtri anno ſeptimo*.

In-

XXXIV.

Clemens IX. indulget Antonio Pontino Presbytero Setino, ut in Miſſæ ſacrificio ad Præfationem uſque, bireto utatur, ſi Epiſcopo Setinenſi videbitur.

CLEMENS IX.

Ven. Fratri Epiſcopo Setinenſi.

Ad cap. LXXXIV. pag. 133.

1669.

Ex tabulario Secretariæ Brevium.

VEn. Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Franciſcus Antonius Pontini Presbyter Setinenſis, quod ipſe ob diſtillationes capitis, quibus laborat ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, illo detecto, abſque valetudinis ſuæ detrimento, celebrare nequit, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit, ut ſibi deſuper opportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur dictum Franciſcum Antonium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut conſtito tibi de narratis, eidem Franciſco Antonio, quod ipſe, dum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium hujuſmodi celebrabit, caput biretino tectum, non tamen a præfatione uſque ad peractam ſacram Communionem, habere libere, & licite poſſit, & valeat, auctoritate Apoſtolica, arbitrio tuo concedas, & indulgeas. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. *Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die* XX. *Februarii* MDCLXIX. *Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

FINIS APPENDICIS MONUMENTORUM.

Index

INDEX RERUM

A

ABellinenſis, & Frequentinæ Eccleſiarum conjunctio . 296.
Adeodatus Epiſcopus Carenſis . 26.
Adeodatus Epiſcopus Formienſis . 7.
Adeodatus Epiſcopus Silvæ candidæ . 24.
Adolphus de Comite de Vallemontone . 277.
Adrianus Epiſcopus Graviſcanus . 31.
Adrianus Epiſcopus Carenſis . 26.
S. Æmilianus Epiſcopus Trebanus Umbriæ 29
Agatho Epiſcopus Polymartienſis . 43.
Agellus Epiſcopus Vulſinienſis . 37.
Agnellus Epiſcopus Fundanus . 139.
Alexander Cajetanus . 255.
Albinus Leo . 209.
Alvinus Epiſcopus Formienſis . 7.
Anagnienſium error in nominibus transcribendis . 64.
Amator Epiſcopus Bleranus . 50.
Amplitudo, Romanæ Eccleſiæ reſtituta . 43.
Anaſtaſius Epiſcopus Triumtabernarum in Latio . 11.
Andreas Epiſcopus Bleranus . 50.
Andreas Epiſcopus Gabienſis in Latio . 15.
Andreas Tacconus nonnullas Præbendas obtinet à Clemente v. 249 & ſeq.
Andreas Thomacellus . 219.
Angelus Epiſcopus Aquinas . 12. excommunicatus . ibid.
Annibalis familia nobilis Setina . 152.
Annibalus Conſul Setinus 231.
Annius Epiſcopus Carenſis . 16.
L. Annius Setinus, Prætor Latinorum . 4. Romæ ex violento morbo . ibid.
Antonius in Matheo . 79. nunc 10 Aprilis . 78 79 patris S. Lidani 79.
S. Anthimi Epiſcopi V. Curenſes.
S. Anthimus Presbyter, & Martyr . 23. Eccleſia S. Anthimi extructa in Sabinis . ibid. unitur Nomentano . ibid.
Antiſtites in Latio Epiſcopi 8. Gaudentius. ibid. Vindemius ibid Felix . ibid.
Antonius Meni . 170.
Antonius Cambruccius . 295.
Antonius Pontanus Presbyter Setinus facultatem accepit à Clemente IX. celebrandi horarium in Miſſæ Sacrificio . 153 304.
Antonius Frangipanus Legatus Setinorum . 292.
Apennina Provincia . 169.
Apheliu Epiſcopus Tarquinienſis . 31.
A patriarcha locum ad annum . ab Urbe ſequentem. 53. Sedes Epiſcopalis . ibid.
Aquævivæ, vel ſimiles in Tuſcia ſuburbicaria Epiſcopi . 53. Paulinus . ibid. Bonifacius . ibid. & 54. Bonifacius . ibid.
Aquinates Epiſcopi . 12. Conſtantinus . ibid. Jovinus . ibid. Angelus . ibid.
Aquinum urbs Latina barbaris pene deleta . 12. dua Epiſcopi eam tenent . ibid.
Archipresbyter Setinus habet facultatem excommunicandi Canonicos . 281
Aſterius Epiſcopus Gabienſis in Latio . 15.
Aſterius Epiſcopus Fortunianus 23.
Alleregius Epiſcopus Antonianus . 285.
Antonia urbs Epiſcopalis . 131 . 132.
Atinenſes in Latio Epiſcopi 14. S. Marcus ibid. Sigibertus ibid. Ruffinus . 15. Prudentius . 131. Marcus . 132. Carus . 132. Fulgentius . 131.
Atinenſis Eccleſia ſublata . 14 . 15.
Atrebatenſis Eccleſia . 134. Epiſcopatus eidem reſtitutus ab Urbano II. 134 . 135 . 136.
Atto Archiepiſcopus Moguntinus . 41.
Azo Epiſcopus Centumcellenſis . 74 . 75.

B

BAcandas Epiſcopus Formienſis . 7.
Balneoregienſis Eccleſia . 45
Balneum regis urbs in Tuſcia ſuburbicaria . 44.
Balzanus Stephanus laudatur . 214.
Baptiſta Epiſcopus Frequentinus . 297. ſub eo Eccleſiæ Frequentina, & Abellinenſis uniuntur . ibid.
Barbatianus Epiſcopus Polymartienſis . 43.
Baronius Cæſar S. R. E. Cardinalis, explicatur . 81.
Bartholomæus Epiſcopus Valvenſis . 105.
Bartholomæus de Maugonis Index Setinorum 272.
Bartholomæus de Trebis . 253.
Baſilienſis Concilii litteræ ad Setinos . 64.
Baſius Epiſcopus Ferentinus in Latio . 41 41.
Benedictus Papa XIII. Conſtitutionem de unione Eccleſiæ Setinæ edidit. Novâ Conſtitutione hanc unionem confirmat. XXVII.

Eccleſiam Privernenſem Terracinenſi unit. *ibid.* ob hæc laudatus. 162. 163.
Benedictus Epiſcopus Falarienus in Tuſcia. 46. 47.
Benedictus Epiſcopus Caſtenſis. 26. 27.
Benedictus Epiſcopus Lebotenus. 16. ſubſcribit pro omnibus Cardinalibus Epiſcopis. *ibid.*
Benedictus Epiſcopus Privernas. 9. ſubſcripſit diplomati pro Canonizatione S. Udalrici Epiſcopi Auguſtani. *ibid.*
Benedictus Epiſcopus Nomentanus. 12.
Beneventani Archiepiſcopi, & Sipontini Landulphus. 142. Alii. *ibid.* Rogerius. 14
Beneventani Epiſcopi S. Barbatus. 142. David. *ibid.* Joannes. *ibid.*
Bengerus Epiſcopus Aquævivenſis in Tuſcia. 53.
Berardus Epiſcopus Ferentinenſis. 104. 105.
Berardus Epiſcopus Ceſtienſis. 36.
Blanchinus Franciſcus laudatus. 59.
Bleranibus prope in Tuſcia ſubmiſſa. 49. per Paſchalem, & Paſchalem II. Romanorum Pontificum. *ibid.* à Langobardis direpta. *ibid.* Romanæ Eccleſiæ tradita. *ibid.* & 50.
Blerana Eccleſia unita Tuſcanenſi. 128. Blerana Diœceſis. *ibid.*
Blerani Epiſcopi. 50. Maximus *ibid.* Romanus. *ibid.* Eminus. *ibid.* Amerius *ibid.* Joannes *ibid.* Gaudioſus *ibid.* Peſſivus. *ibid.* Andreas. *ibid.* Bonifacius. *ibid.* Sico. *ibid.* Joannes *ibid.* & 51.
Bonifacius Cajetanus. 277.
Bonifacius Epiſcopus Aquævivenſis in Tuſcia. 54.
Bonifacius Epiſcopus Bleranus. 50.
Bonifacius vitis ſeſe quatuor Eccleſiæ Doctorum ſub ritu duplici conſtituit. 98.
Bonifacius PP. VIII. Cajetanus damnat, eique bellum infert. 278. 279. Setinos e ſchiſmate abſolvit. 264. & *ſeqq.* Caſtrum, & etiam Caſtellum, & alia bona. Joanni Ceccharello Domicello Setino concedit. 280.
Bonitus Epiſcopus Privernenſis. 7.
Bonitus Epiſcopus Ferentino-Polymartii. 42. 43.
Bonizo Abbas S. Petri di Perugio. 61.
Bonizo Epiſcopus Tuſcanenſis. 33. cum Vicedominus S. Ruſinæ. *ibid.*
Boſo Cardinalis S. Anaſtaſiæ. 18.
Boſo, ſeu Bono Epiſcopus Labicanus. 17. 18. conſecrat Paſchalem II. *ibid.* dicit orationem in coronatione Henrici IV. Imperatoris. *ibid.*
Brancaleonum familia nobilis Setina. 149. 150.
Brancaleo Leo S. R. E. Cardinalis. 150.
Bravium à Setinis propoſitum in Feſto S. Lidani. 301.
Bucelinus Gabriel. 88.
Bulcentia nobilis Epiſcopalis. 36. ejus ſitus. *ibid.*
Bulcentini Epiſcopi. 36.
Bulcentina, ſeu Vulcentina Eccleſia. 36.

C

CÆcilia mater S. Lidani. 169.
S. Cæcilia Cœnobium in agro Setino. 88. 89. 170.
Cære urbs, olim Agylla. 26. bellis crudeliter perpeſſa. *ibid.* deinde nuncupatum. *ibid.*
Cæretani Epiſcopi. 26. Adeodatus *ibid.* Petrus *ibid.* Romanus *ibid.* Creſcentius. *ibid.* Amatus *ibid.* Stephanus. *ibid.* Benedictus. *ibid.* Creſcentius. 27.
Cæſar Ventimiglia Epiſcopus Terracinenſis, & Setinus. 56.
Cajetana civitas & populus. 221. 225. 226. 227.
Cajetani Conſules, & Duces. 223. 224.
Cajetanus Conſtantinus. 124.
Cajetanus Octavius emendatus. 78.
Calliſtus II. concedit Silvæ candidæ Eccleſiam Portuenſi conjunctam. 23.
Callontius, ſeu Colonus, & Colonus Epiſcopus Foroclaudienſis in Tuſcia ſuburbicaria. 52.
Centumcellenſis Eccleſia unita Nitenſi caſtello. 41. 143.
Campo Abbas Farfenſis. 29. 30.
Campania. 82. 84. 85. 86.
Canonici Setini nova decreta ſuſcipiunt à Petro Carteſio Viſitatore Apoſtolico. 158. 259. Officium divinum quomodo ab eis perſolvendum. 158. 259. qui lucrari debeant diſtributiones *ibid.* non promoveantur ad Canonicatus, niſi conſtituti fuerint in ordinibus ſacris, aut ſaltem infra annum intraverint *ibid.* in choro teneant certas *ibid.* veſtes longas deferre. *ibid.* pœna eorum, qui ſecus fecerint. 259. 260. 261. in ædibus Canonicalibus reſidebant. 246.

Ce-

Capitula ſuffragium dabant in electione Epiſcoporum 111. item id ſignum cathedræ Epiſcopalis eſſe poſſit. 111 112.
Capoccius Petrus, Diaconus Card. S. Georgii. 151
Cardinalis ſacerdos, quid ſibi velit. 139 quid Cardinalis Epiſcopus. ibid.
Carolus Epiſcopus Centumcellenſis. 68.
Caroſus Epiſcopus Feleſſitanus. 45 46.
Carretto Daniel Marchio de, miles S. Joannis Hieroſolymitani. 153.
Caſtaneus Petrus Prior S. Mariæ novæ de Urbe. 256. Diſceptat in Viſitatione Eccleſiæ Setinæ. 256. & ſeq.
Caſinenſes Epiſcopi. 13. Ceperatius. ibid. Severus. ibid. Angelus. 14.
Caſinenſes Epiſcopi ſubleti. 13. 14.
Caſinenſes Abbates Epiſcopalem juriſdictionem pro vetere Caſinenſi Epiſcopatu exercent. 13 14
Caſtrenſium Monachorum habitus. 167. 168 Vide Veſtis.
Caſtrum urbs à Gothis everſa. 13. ejus Epiſcopus extitit. ibid.
Ceſtonze familia nobilis Setina. 161. 162.
Ceſtanes Gregorius. 222.
Ceſtanea Joannes. 225.
Caſtellanus Claudius. 88.
Caſtelli Feleſſitani Epiſcopi. 37. Stabilis. 39. Rodericus. ibid. Creſcentianus. ibid. Leo. 39 40 Eugenius. 41.
Caſtellum Feleſſitanum, in Tuſcia Langobardorum. 57. 38 39. 41. Romano Pontifici addicta 38. Vide. Addende
Caſtrenſes Epiſcopi in Tuſcia ſuburbicaria. 36. Joannes. ibid. Bernardus. ibid. Joannes. 37. Aquapendium translata. 37.
Caſtrum pro civitate. 43.
Caudentianus Epiſcopus Feleſſitanus. 38.
Cecceno Jacobus de. 250. Berardus ibid. Thomas. 251.
Ciccano Joannes de, privatur nonnullis juribus ab Honorio iii. eidem conceſſis. 237.
Cechetelle familia nobilis Setina. 151.
Cenerus Epiſcopus Tuſcanenſis. 33.
Centumcellæ portus à Trajano extructus. 27. Urbe memorabilis. ibid. virtute de ea teſtimonia. ibid. Martyres in ea paſſi. ibid.
Centumcellæ urbs pene diruta. 28. 29. ædificata alio loco à Leone iv. ibid. Leopolis dicta. ibid. novum, ac veteris ſitus confuſus à Cluverio. 30. à piratis vexatæ. 30.
Centumcellenſes Epiſcopi. 28. Epictetus. ibid. Paſcheſinus. ibid. Melioſus. ibid. Caroſus. ibid. Dominicus. ibid. Maximus. ibid. Petrus. ibid. & 29. Dominicus. 29. Valentinus. ibid. & 30. Petrus. ibid. Azo. ibid.
Centumcellenſis Eccleſiæ unita Tuſcanenſi 168. Centumcellenſis Diœceſis. ibid.
S. Cerbonius Epiſcopus Populonienſis, damnatur ad beſtias. 68
Cervelleria familia nobilis Setinæ. 151.
Ciambattoma familia nobilis Setinæ. 158. 159
Civitates, terræ quandoque appellatæ. 131.
Clementius Epiſcopus Valvenſis. 102.
Claudius Epiſcopus Veliſtrenſis. 39.
Clemens v. nonnullas Præbendas confert Saxoni Tercenio. 246 & ſeq. alias item Andreæ Tarcono. 248
Clemens vii. Antipapa, anteà dictus Robertus Gebennenſis. 178. Pſeudopontifex eligitur in Civitate Fundana. ibid.
Clemens iv. literas dat Epiſcopo Setinenſi. 304. ejus arbitrio committit diſpenſationem Presbytero Setinenſi datam. ibid.
Cluverius Philippus caſtigatur. 29. 30.
Codex Eccleſiæ Setinæ deſcribitur. 80. 81. 217. ejus ætas. ibid.
Cœlius Ruſticus Epiſcopus Minturnenſis. 7.
Comitius Carolus laudatur. 59. 60. ejus ſententia de Epiſcopatu Setino. ibid.
Collectæ, ſeu Oblationes de S. Lidano. 183.
Comites urbes regebant, ac jura dabant. 27. 28.
Conſtantinus Epiſcopus Aquinas. 15.
Conſtantinus Epiſcopus Nomentanus. 20.
Conſtantinus Epiſcopus Trebienſis. 19.
Conſtans Epiſcopus Aquinas. 14.
Conſtitutio SS. Domini Noſtri Benedicti Papæ XIII. de nova conjunctione Eccleſiæ Setinæ. Vide Benedictus Papa XIII.
Conſules Setini. 98. 231. 237.
Conzatori Dominicus, Hiſtoriæ Terracinenſis continuator. 116.
Corfinium Pelignorum caput, urbs Epiſcopalis. 101. 102.
S. Cornelius Papa Centumcellas in exilium pulſus. 67.
Cotuarium olim Viterbienſi, & Tuſcanenſi Diœceſi erat ſubjectum. 288
Corradinus Petrus Marcellinus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, laudatus. xv. xx. xxi. 12. 215. 216

Q q 2 Col-

Coſmas Epiſcopus Humanas, falſo Nomentanus. 111.
Creſcentianus Epiſcopus Caſtellanus. 59.
Creſcentius Epiſcopus Certuſis. 75.
Creſcentius Epiſcopus Falacitanus in Tuſcia. 46.
Creſcentius Epiſcopus Silvæ candidæ. 74. 75.
Creſcentius Epiſcopus Tiberis 19.
Criſpianus Epiſcopus Sabaugeſtanus 10.
Cunerus Epiſcopus Libertus. 138. Barbarus. 139. Pettus 139.
Curtis de Eccleſiæ conducta Nomentanæ. 23.
Cotonſes Epiſcopus Sabinus. 25 Tiberius. [illegible] Feliciſſimus ibid. Duli [illegible]
Cuſtodius Epiſcopus Caſtri Valentini in Tuſcia ſuburbicaria. 37.
Cyprianus Epiſcopus Nomentanus. 21.

D

DEcius Epiſcopus Trumtabernenſis in Latio. 10.
Domitius Monachus S. Cæſariæ in agro Setino, Scriptor actorum S. Laudam. 172.
Dodo Epiſcopus Valve [illegible] 104.
Domninus Epiſcopus Ccurmitellenſis. 84. [illegible]
Dominicus Epiſcopus Griſellenſis. 47.
Dominicus Epiſcopus Lavicenſis. 17.
Dominicus Epiſcopus Valvenſis 102. Abbas S. Clementis de Piſcaria 104. 103 [illegible]
Donatus Epiſcopus Forocluſdiani in Tuſcia ſuburbicaria 52.
Donatus Epiſcopus Griſellenſis 47.
Donatus Epiſcopus Oſtienſis. 15.
Dreſius Epiſcopus Setinus. 170.
Dulcinus Epiſcopus Sabinenſis. 13. dictus Epiſcopus S. Anth. [illegible] ibid.
Dupinus Ludovicus emendatus. 52. 53.

E

ECcleſia mater, & mater ferè ſemper de Eccleſia epiſcopali meriſ petur. 111. 112.
Eccleſia S. Cecilia inon martyris Setiæ. 255.
Eccleſia S. Leonardi in Setia. 141.
Eccleſia Setina perperam inter Eccleſias matrices collocata. 112. 113.
Eccleſia S. Thomæ de Aquino Capuæ. 141.
Eccleſiæ cathedrales aliquando dictæ ſunt Collegiatæ. 130. 134.
Eccleſiæ cathedrales nomine minori prætermitti eſe Concilio Tridentino. 129.
Eccleſiæ vox ad antiquiſſimis temporibus, Epiſcopalem cathedram ſignificat. 119. 120. 121.
Eccleſiæ vox cum additamento urbis, Cathedram Epiſcopalem ſignificat. 93. 111.
Eccleſius Epiſcopus Clinius. 44
Eccleſium urbs Epiſcopalis. 132. 133
Eginhardus emendatus. 29.
Eleutherius Epiſcopus Privernum. 8.
S. Epaphroditus Epiſcopus Terracinenſis 163
Epicterus Epiſcopus Centumcellenſis, Arianus. 18.
Epiſcopi antiquis temporibus in ſingulis urbibus conſtituti. 54. 55. 56. In caſtellis. 56. 57. in agris, & villis. 55. 56. veruntamen in quibuſdam locis non conſtituti. 55. 56. 57 ne contemni eſſet Epiſcoporum numerus 58. Sacra nomina omnia ipſi per ſeſe adminiſtrabant. 58. 59.
Epiſcoporum electio duarum, vel pluriam Eccleſiarum uni earum nomina unabant. 140. 141. 142. 143.
Epiſcopi primorum poſſunt Eccleſias ſuas Diœceſis. 115
S. Eraſmus Epiſcopus, & martyr in Campania. 158. ejus corpus Cajetam translatum, ibid.
Exquilinus Cornetanum Epiſcopatum inſtituit. 188.

F

FAbius, vel Petruſius, Epiſcopus Tuſculanenſis, & Setinus. 56.
Falerii urbs Tuſciæ ſuburbicariæ 45. everſa. ibid. reſtituta, & ſitus. ibid.
Falerium Latii [illegible] 41.
Faliſcorum, in Tuſcia Epiſcopi. 45 Joannes. ibid. Creſcentius ibid. 46. Ju[illegible] 46. Trinmun[illegible] ibid. Joannes ibid. Hadelgarius ibid. N. ibid. Joannes ibid. Creſcentius. ibid. Benedictus 46. 47.
Familiæ Setinæ nobiles in pag. 41. ad 162.
Fedricus Princeps de Claromonte, inſignes exercet. 156.
Feliciſſimus Epiſcopus Caudanenſis. 13. 68.
Feliciſſimus Epiſcopus Sabinenſis. 13.
Felix Epiſcopus Anteſmum in Latio. 8.
Felix Epiſcopus Nomentanus 41. 42.
Felix Epiſcopus Tribus tabernis in Latio.
Ferentinum Tuſciæ ſuburbicariæ Epiſcopi 41.

Maximinus. *ibid.* S. Bonifacius. 42. Martianus. *ibid.* Romanus. *ibid.*

Fretenum inter oppida eduumeratum. 41.

Fortunius Philippus emendatum. 88.

Feſte, quæ ſerebantur ante Confeſſionem Urbani VIII. 199.

Feſtum B. M. Virginis ad nives Romæ celebratum in Baſilica S. Mariæ Majoris. 197. celebratum. *ibid.* & 198.

Feſtum SS. Petri, & Marcellini. 300.

Fidenæ urbs 54. incolæ deſerta. *ibid.* ejus ſitus. *ibid.*

Fidenates Epiſcopi. 54. Geronimus. *ibid.*

Firminus Epiſcopus Blerauus. 50.

Fliſco Ludovicus de S. R. E. Card. *Vide Ludovicus.*

Foliani loci. 225. 226.

Fonteus nos *Juſtus*, Archiepiſcopus Ancyranus, laudatus. 45. 220. ejus judicium de codice Sancto. *ibid.*

Formiæ urbs e Suaconi excuſſe. 7.

Formiani Epiſcopi. 7. Mercurius. *ibid.* Adeodatus. *ibid.*

Formienſis Epiſcopatus Cajetam translatus 7. 144.

Forontius Epiſcopus Portuenſis. 15.

Forolivienſes Epiſcopi. 52. Donatianus. *ibid.* Gaudentius. *ibid.* Calvus. *ibid.*

Forum Novum Sabinæ Epiſcopi. 25. Paulus. *ibid.* Aſterius. *ibid.* Projectitius. *ibid.*

Forum Novum oppidum in Samnio. 25. nunc everſum. *ibid.* ejus ſitus, & nomen hodiernum. *ibid.*

Fortunale, Terræ Monaſterii Caſinenſis. 144.

Fortunatus Epiſcopus Anagninus. 68.

Fortunatus Epiſcopus Velcuſii. 102.

Forum Clodii, vulgò l'Oriolo in Tuſcia ſuburbicaria. 11. ejus ſitus. *ibid.*

Franciſcus Caetanus. 293.

Franciſcus Cardinalis tit. S. Crucis in Hieruſalem. 285.

Franciſcus Tatti omni patent uni Setinorum omni nec non Comite Fundorum. 254.

Franciſcus de Ticino. 253.

Frangipani familia inter nobiles Setinas. 246. 147. 148.

Frangipani, Manuel, Jacobus, Oddo, Cencius, & Deodatus. 228. Oddo 238. Petrus. *ibid.* Deodatus 139. Robertus. *ibid.* Oddo. *ibid.* Henricus. 256.

Fregellæ urbs Latii everſa. 12.

Frenſi eminus Joannes, de colonia Setina laudatus. 3.

Fruſino Latii oppidum. 12. Hormiſdas, & Silverius Romanorum Pontificum patria. *ibid.* memoratur in donationibus Ludovici Pii, Ottonis Magni, & Henrici II. Imperatorum. 13. Verulanæ Eccleſiæ contributa ab Urbano II. *ibid.*

Fruſinonenſis Cathedra. 12.

Fuccius Epiſcopus Abellinenſis. 296.

Fulco de Vilareto Magiſter Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani. 241. 241.

G

Gabienſes in Latio Epiſcopi. 15. Audeodatus. *ibid.* Mercurius. *ibid.* Martinus. *ibid.* Georgius, ſeu Gregorius. *ibid.* Petrus. *ibid.* Leo. *ibid.* & 16.

Gabii exiguum Latii oppidum, nunc everſum, & vulgò l'Oſteria, e il Ponte del Fico. 15. 16.

Galleſienſes Epiſcopi. 47. Donatus. *ibid.* Dominicus. *ibid.* Stephanus. *ibid.* Theodorus. *ibid.* Joannes. *ibid.* & 48. Joannes. 48. Hugo. *ibid.* Hieronymus. *ibid.*

Galleſienſis Epiſcopatus a Pio IV. reſtitutus. 48. paulo poſt ſublatus. *ibid.*

Galleſium civitas. 47. urbs Epiſcopalis. *ibid.* Petra Marini. *ibid.*

Gammberrus Hieronymus Epiſcopus Galleſienſis. 48.

Gaudentius Epiſcopus Antiatinus in Latio. 8.

Geodentius Epiſcopus Fornelanus ceſſit in Tuſcia ſuburbicaria. 50.

Geodeas in Epiſcopus Velſinienſis. 37.

Geodi ſti Epiſcopus Bleranus. 50.

Gelaſius Papa II. 170.

Genetolas Epiſcopus Nomentanus. 21. 20.

Genſdin petet S. Laleni. 169.

Georgius, ſive Gregorius Epiſcopus Gabienſis in Latio.

Gerontius Epiſcopus Fidenus. 54.

Gillie familie urbis Setinæ. 155.

Gerardus Epiſcopus Neſeſinus. 35.

Giſelbertus Epiſcopus Tuſcanenſis. 33.

Gothi urbes Italiæ diripiunt. 69.

Grantius Epiſcopus Nomentanus. 21.

Graviſcæ clara olim urbs 30. 31. quinto ſeculo ob aeris inclementiam pene deſerta. *ibid.*

Graviſcenſis Epiſcopus. 31. Adeodatus. *ibid.*

S. Gregorius Minturnenſem Eccleſiam Formianæ conjungit. 7.

Gregorius IX. luctas dat Setinis, 240. Reſtorum eis confirmat. *ibid.*

Gu-

Grimoaldus Epiſcopus Polymartienſis . 43. 44. in ſuam Bulgariam à Nicolao I. ibid. notatur infamia. ibid.
Griſo Epiſcopus Trebenſis. 29.
Grummum urbs Epiſcopalis. 131.
Gualterius Epiſcopus Valvenſis, & Abbas Caſaurienſis. 104.
Guido da Cotigia . 277.
Guillelmus Epiſcopus Melphienſis. 126.
Guillelmus Epiſcopus Valvenſis . 105.

H

HAdrianus Epiſcopus Falaritanus in Tuſcia . 46.
Harduinus Joannes emendatus. 24. 20. 37. laudatur. 25. 63.
Heliorus Epiſcopus . 144.
S. Herculanus Epiſcopus Peruſinus, interfectus. 68.
Hermannus Epiſcopus Corbinenſis . 76.
Holſtenius Lucas. 16. 21. 25. 30. 36. 37. 44. 45. 51. 51. 53.
Honoratus Cajetanus, Fundorum Comes ſervat ſibiſmet adverſus Urbanum VI. 235. 278. quare ab Urbano deſecitur. ibid. conſuit traditur. ibid. Fundis in ejus domo electus eſt Clemens VII. Antipapa. ibid. Fœdus jungit cum Johanna Regina Neapolitana. ibid. Setiam occupat. 264. 258. ſibi parem Setinos cogit. ibid. damnatur à Bonifacio IX. ibid. & 279. adverſis rebus confectus moritur. 278.
Honorius III. confirmat omnium Eccleſiarum Tarracinenſis, Privernatis, & Setinæ. 92. 93. 231. 233. 234. ejus literæ ad Sanguineum de Aquapatia. 231. commendat Henricum Frangipanum. 236. ſcribit ad Conſules Setinos. 237. confirmat quædam bona Canonicis S. Mariæ novæ di Urbe. 239. 240. ad pacem ineundam Frangipanos hortatur. 238. ejus literæ Tarracinenſibus dat. ibid.
Hormiſdas Romanus Pontifex Fruſinone ortus. 21.
Horta urbs Epiſcopalis. 45.
Hugo Epiſcopus Galleſienſis . 48.
Hugo Epiſcopus Nomentanus. 21.
Hugo Epiſcopus Tarracinenſis . 233.
Hugo Flaviniacenſis caſtigatus . 18.
Hugo Presbyter Cardinalis S. Martini . 228.
Hugolinus Oſtienſis Epiſcopus . 238.
Humbertus Epiſcopus Silvenſis . 74. Epiſcopus Silvæ candidæ . ibid.
Hymni de S. Lidano . 184.

I

JAcobus Epiſcopus Valvenſis . 105.
Jammingus Conradus Societatis Jeſu laudatus. 77. 80.
Januarius Nummiſmat . 255.
Imago S. Lidani. 267.
Jnnuo Epiſcopus Tornacenſis, Viromanduenſis, & Noviomenſis . 143.
Imperatores Romanorum, dum a Romano Pontifice coronantur, miles B. Petri efficiuntur. 136.
Imperialis Joſeph Renatus S.R.E. Cardinalis laudatur . XV. XVI.
Innocentius Epiſcopus Fruſinonenſis in Laterano. 13.
Innocentius Epiſcopus Ferentinas in Laterano. 42.
Innocentius III. Traverſum Frangipanum concedit. 228. 229. 230.
Interpunctio, quando adhiberi cœpit. 209.
Joannes Baptiſta Epiſcopus Valvenſis. 105.
Joannes Cecchanellus Domicellus Setinus. 280.
Joannes Epiſcopus Balneoregienſis . 44.
Joannes Epiſcopus Bleranus . 50. 51.
Joannes Epiſcopus Caſtrenſis . 36. 37.
Joannes Epiſcopus Falaritanus in Tuſcia . 46.
Joannes Epiſcopus Fabrienſis . 45.
Joannes Epiſcopus Foroclaudienſis, ſeu Caleſinus in Campania . 53.
Joannes Epiſcopus Galleſienſis . 47. 48.
Joannes Epiſcopus Labicanus . 26. 27.
Joannes Epiſcopus Labicanus, tempore Benedicti IX. 17.
Joannes Epiſcopus Marturanenſis . 51. 52.
Joannes Epiſcopus Polymartienſis . 43.
Joannes Epiſcopus Privernas . 10. 63.
Joannes Epiſcopus Setinus . 178. ſcribit miracula S. Lidani . 178.
Joannes Epiſcopus Tarracinenſis. 211. 212. 213.
Joannes Epiſcopus Trebenſis . 29.
Joannes Epiſcopus Tuſcanenſis . 33.
Joannes Epiſcopus Tuſculanenſis . 32. Legatus Joannis VIII. in Pontigonenſi Concilio . 32. 33.
Joannes Epiſcopus Tuſcanenſis. 32. 33. Cardinalis S. Clementis ibid. ſub eodem jungitur Eccleſia Viterbienſis . ibid. intereſt Canonizationi S. Joannis Gualberti . ibid. & 35.
Joannes Epiſcopus Valvenſis, & Abbas Caſaurienſis . 104.

Joan-

[illegible] Google

Johannes Epiſcopus Vico-Sabinus. 24.
Joannes Epiſcopus Urbevetanus. 45
Jocundus Epiſcopus Subaoguſtanus. 20.
Jovinus Epiſcopus Aquinas. 11
Johannes Epiſcopus Eclanenſis. 138.
Juſtinus Epiſcopus Vicohabentinus. 54.

K

Kalendarium Setinum. 185. & *ſeq.* Quo ſeculo exaratum. 197. 211. 217. 218.
Kalendario Setino adjecti ſunt ſeculo XV. aliquot Sancti, partim Benedictini, partim Dominicani, ab aliquo ſacerdote ejuſdem ordinis. 221
Kalendarium Baſilicæ Vaticanæ. 197. 198.

L

Labbeus Philippus laudatus. 64.
Labicana Eccleſia Tuſculanæ conjungitur a Gregorio II. 28.
Labicanus Epiſcopus inter Cardinales Epiſcopos adnumeratus. 117.
Labicani Epiſcopi. 16. Petrus *ibid.* Lucifer *ibid.* Bruſ dictus *ibid.* Joannes. *ibid.* & 17. Dominicus. 17. Joannes. *ibid.* Petrus. *ibid.* Nicolaus. *ibid.* Boſo, ſeu Bubo. *ibid.* & 18.
Labicum antiqui Latii oppidum. 16. ejus ſitus. *ibid.*
Ladiſlaus Rex Neapolitanus Setinorum privilegia confirmat. 284
Lanlcetus Epiſcopus Polymartienſis. 44.
Lando Setinus ex gente Frangipana, Pſ adopont fex. 145. 146
Laudomum Epiſcopus Hortenſis. 46.
Langobardi Italiam depopulantur. 69. bella urbibus Italiæ inferunt. 7.
Langobardi occuparunt Sutrium, Polymartium, Hortas, Tudertum, Ameriam, Peruſiam, Luceolos. 43
Latii urbes nonnullæ bellis civilibus ad internecionem redactæ. 11. 12.
Latii urbes ſingulæ Epiſcopis exornatæ. 16
Latini populi ex urbibus Latinorum Conſulem Romæ creari petunt. 4.
Lavellum ſubjectum Melphienſi Eccleſiæ. 126. 127.
Laurentius in Latio Epiſcopus. 8. Petrus *ibid.*
Laurentius Epiſcopus Technenſis. 19.
Leo Epiſcopus Caſtellanus. 39. 40.
Leo Epiſcopus Gabienſis in Latio. 15. Joannes vero nepos. *ibid.* Legatus Sedis Apoſtolicæ in Pontigonenſi Concilio. 15. 16. Legatus ad Imperatorem Carolum Calvum. 16.
Leo Epiſcopus Silvæ candidæ. 15.
Leonas Abbas Piſcarienſis. 104.
Leonius, ſeu Leontius Epiſcopus Trium-tabernarum in Latio. 11.
S. Lidani acta ab objectionibus vindicata. 79. 80.
S. Lidani habitus. 167. 168
S. Lidani corpus Setiæ in Eccleſia Cathedrali. 87. 67.
S. Lidani Corpus Setiam advectum. 170.
S. Lidani miracula. 173. 174. 175. 176. 180. 181
S. Lidani ortus. 160. Monachum Benedictinorum profitetur. *ibid.*
S. Lidani pater unus ex donibus Antenni. 89. Mater ex Avellanorum familia. 89.
S. Lidanus Abbas S. Cæciliæ in agro Setino. 76. 77.
S. Lidanus Monaſterium S. Cæciliæ extruxit. 89. 173
S. Lidanus obiit; ejus ætas, & annus emortualis. 89.
S. Lidanus à Setinis, ceu eorum Patronus, a multis ſeculis colitur. 82. 82. 86. 87.
Licula flumen. 225. 226.
Loffridus Cajetanus, Comes Fundorum. 252.
Lorium Villa Imperatoris Antonini via Aurelia. 25. interdum eum ſedes Epiſcopalis fuerit. *ibid.*
Lucas Cardinalis Epiſcopus Tarracinenſis, & Setinus. 96.
Lucianus Epiſcopus Tarquinienſis. 31.
Lucifer Epiſcopus Triumtabernarum in Latio. 10.
Ludovicus de Fliſco S. R. E. Diaconus Cardinalis S. Adriani, Rector Maritimæ, & Campaniæ. 263. Setinos a cenſuris abſolvit. *ibid.* & *ſeqq.*
Luitprandus Langobardorum Rex Zachariæ Pontifici Ameriam, Hortas, Polymartium, & Bleram reſtituit. 43.
Luminoſus Epiſcopus Ferentinus in Latio. 42.
Lunæ inveniendæ ratio. 200. & *ſeqq.*
Lupus Chriſtianus laudatus. 156.

M

Mabillonius Joannes laudatus. 167. 168. 209. 210. 224.
Magister Hostiarius, quid significet. 156. 157.
Majorinus Episcopus Polymartiensis. 41.
Majus Episcopus Privernas. 8.
Marcomanna lingua. 120.
Marinus Abbas Cassinensis confert Ecclesiam S. Angeli de Fortunela Saxoni Tacconi. 244.
Marinus Episcopus Polymartiensis. 44. praeest Concilio Engelenheimensi, ac Treviresi. ibid.
Marinus Formosae, Domnus monitus, & ateis Civitatensis. 225. 226. 227.
Martificensis Episcopus Joannes, qui & Grammentinus. 141.
Martianus Episcopus Fermensis. 7.
Martinus Episcopus Gabiensis in Latio. 5.
Martinus Episcopus Privernas. 8. 9. vixit sub Nicolao I. Romano Pontifice. 9.
Martinus V. Ecclesiam Humanatensem Aconianae jungit. 185.
Matutinenses Episcopi. 51. Reparatus. ibid. Opportunus. ibid. Dominus. ibid. Theodorus. ibid. Florinus. ibid. Joannes. ibid. & 51.
Matutinum oppidum Tusciae suburbicariae. 51. vulgo *Barberano*. ibid. traditum Romanae Ecclesiae. 52.
Maserius Philippus de, Ordine Regis Cypri. 177. Romam defert officium Praesentationis B.M. Virginis. ibid.
Maso Episcopus Montis viridis. 76.
Masse Antonius, de Episcopis Gallesensibus emendatus. 48.
Mater, & matrix Ecclesia V. *Ecclesia*.
Matthaeus Caracciolus, Archidiaconus in Ecclesia Rothomagensi. 247.
Matthaeus Episcopus Urbevetanus. 35.
Matthaeus S.R.E. Diaconus Cardinalis. 221. Cajetam missus a Callisto II. ibid. & 224.
Maurus Episcopus Tuscanensis. 30.
Mengarana familia nobilis Senensis. 153.
Maxentius Episcopus Subaugustanus. 20.
Maximus Episcopus Bleranus. 40.
S. Medardus Episcopus Viromandensis. 235.
Medardus Hugo. 84.
Mercurius Episcopus Gabiensis in Latio. 5.
Mitra, quid significet. 155. multis tradenda ordo. ibid.
Mibitensis Ecclesiae instructa ex translatione Ecclesiae Vibonensis. 187. Tentenensis Ecclesia eidem subjecta. ibid. & 188.
Minio locus non longe a Centumcellis. 30. Ecclesia S. Mariae de Minione. ibid.
Minoritae de observantia obtinent, ut libri ab eorum Bibliotheca ne auferantur. 302. 303.
Minturnae urbs Episcopalis. 6. vulgo *la scafa del Garigliano*. 7.
Minturnenses Episcopi. 7. Caelius Rusticus. ibid. Talerius. ibid.
Minturnensis Ecclesia Formiensi conjuncta. 7. 138.
Mirantus Episcopus Lebetanus. 17.
Mirus Joannes Baptista Ab Campensis, ejus epistola de cosf. et Ecclesiae Senae. 215.
Misenates Episcopi. Benignus. 138. 141. Meurinus. 139. Petrus. ibid.
Misenensis Ecclesia conjuncta Cumana. 138.
Modestus Episcopus Centumcellensis. 28.
Monasteria Episcopis olim obnoxia. 94.

N

Narbonensis Archiepiscopus dictus etiam Reddensis. 244.
Nardinus Famianus castigatus. 41.
Nepe an fuerit Sedes Episcopalis. 49.
Nicaensis Ecclesia unita Centumcellensi. 142. 143.
Nicolaus Laurentii Tribunus Romanorum vita, quae lingua scripta. 260.
Nicolaus Fundorum Comes. 254. Dominus Sermoneti, & Bassiani. ibid.
Nomentani Episcopi. 61. Servus Dei. ibid. Cyprianus. ibid. Serennus. ibid. Romanus. ibid. Felix. ibid. Redemptus. ibid. Gratiosus, seu Generosus. ibid. & 62. Constantinus. ibid. Sapientius. ibid. Paulus. ibid. Benedictus. ibid. Vvillarius. ibid. Joannes. ibid. Hugo. ibid.
Nomentum urbs Sabinorum. 60. et Exiguum de nile oppidum. 61.
Normellana familia nobilis Senensis. 157. 158.
Normellina Porpheta quae habet in castro Sturcolo. 255.
Normelinus Bernardinus. 255.
Novis familia de, nobilis Senensis. 161.

O

ODdo de Seminario Canonicus Xantonenſis, & Cameræ Apoſtolicæ clericus. 147. 251.
Oderiſius Epiſcopus Valvenſis. 105.
Opportunus Epiſcopus Marturanenſis. 52.
Orthographiæ nævi. xiv.
Orthographiæ vitia, & ratio ſæculis obſcurioribus. 209. 210.

P

PAgana familia nobilis Setina. 150. 252.
Palladius Epiſcopus Salmoritinus. 101.
Palmerius Antonius Atinenſium Epiſcoporum catalogum notationibus illuſtravit. 24.
Pandulphus Piſanus. 224.
Papebrochius Daniel laudatus. 214.
Pepius Freſſonenſis Epiſcopus. 13.
Paſchaſinus Epiſcopus Centumcellenſis. 28.
Peſſevantius Jacobus. 220.
Paſſivus Epiſcopus Bleranus. 50.
Paulinus Epiſcopus Aquavivenſis in Tuſcia. 53.
Paulus Epiſcopus Forumnovanus. 23.
Paulus Epiſcopus Nomentanus. 62.
Petilus Epiſcopus Trebenſis. 19.
Petilus nobilis civis Romanus, Rector Setinorum. 240.
Paulus II. jungit Eccleſiam Abellinenſem, & Frequentinam. 106.
Peregrinus Camillus laudatur. 223.
Peruſinum Monaſterium S. Petri concordiam init cum Andrea Epiſcopo Peruſino. 62.
Petrus Aragonum Rex, miles creatus. 156.
Petrus de Comite. 253.
Petrus Diaconus. 124.
Petrus Epiſcopus Catenſis. 26.
Petrus Epiſcopus Centumcellenſis. 28. 29. & 30. Legatus Paſchalis I. ad Ludovicum Pium. *ibid.*
Petrus Epiſcopus Gabienſis in Latio. 25.
Petrus Epiſcopus Labicanus. 16. 17.
Petrus Epiſcopus Laurenſis, Lorenſis, qui & Laurentinus in Latio. 8. 25.
Petrus Epiſcopus Privernas. 9. 10. Eccleſiam Monaſterii Belli-loci in Gallia dedicavit. *ibid.*
Petrus Epiſcopus Subaugustanus. 20.
Petrus Epiſcopus Sutrinus. 35.
Petrus, ſed Parvus Epiſcopus Treviumtabernarum in Latio. 13.
Petrus Epiſcopus Toſcanenſis. 33.
SS. Petrus, & Marcellinus Martyres, Sonnotum Patroni. 86. 198. Summa actorum de eorundem martyrio. 180. 185.
Petrus Saxo, Subdiaconus, & Capellanus Innocentii III. 228.
Pighius Stephanus Vinandus, de Setinæ coloniæ dedicationibus laudatus. 5.
Piſcarienſes Abbates, qui & S. Clementis. 103. 104.
Pollidius Epiſcopus Setinus. 170.
Polymartienſes Epiſcopi. 43. Bonus. *ibid.* Barbatianus. *ibid.* Majorinus. *ibid.* Joannes. *ibid.* Agatho. *ibid.* Grimoaldus. *ibid.* & 44. Marinus 44. Lambertus. *ibid.*
Polymartium à Romanis priſcis Scriptoribus non memoratur 43. urbe Epiſcopalis. *ibid.* caſtrum appellata. *ibid.*
Portuenſis Epiſcopi ſæpè S. Rufinæ titulum omiſere. 145.
Portus Auguſti. 24. Epiſcopi ibidem conſtituti. 24.
Præſentationis B. M. Virginis officium, quando ex Oriente Romam illatum. 197. Ejus feſtum ab Apoſtolica Sede, quando indictum. *ibid.* quando in Galliis celebrari cœptum. *ibid.*
Privernates Epiſcopi. 8. Eleutherius. *ibid.* Majus. *ibid.* Martinus. *ibid.* & 9. Bonodicius. 9. Petrus 9. Joannes. 10. 63.
Privernatium Diœceſis. 94
Privernenſis Eccleſia æquis juribus unita Tacracinenſi. 103. iterum æque principaliter conjuncta a Benedicto XIII. xxvii.
Privetrum verſiſſe Latinubs. 8.
Projectitius Epiſcopus Forumnovanus. 23.
Projectitius Epiſcopus Tarquinienſis. 36.
Propinquus Epiſcopus Trebenſis. 19.

R

RAngarda uxor Richardi de Aquila. 224.
Raungur Caſtaldus Toſcanenſis. 32.
Raynalda familia nobilis Setinæ. 153. Robertus de Raynaldo Setinus S. R. E. Cardinalis. 153. 154.
Raynaldus Tacconus, nobilis Setinus, major & magiſter Hoſtiarius Clementis V. 241. 242. 244. 246. 249.

Raynaldus Tacconus, Legatus Setinorum. 252.
Raynerius Epiſcopus Viterbienſis, & Tuſcanenſis. 35. Eccleſiam S. Mariæ Majoris Tuſcanenſis dedicavit. ibidem.
Redemptus Epiſcopus Nomentanus. 21.
Rena Coſtanz de la. 57.
Reparatus Epiſcopus Marturanenſis. 51.
Richardus de Aquila. 224.
Richardus de Caleno. 214.
Richardus Conſul, & Dux Cajetæ. 224.
Richardus Dux Cajetanus, & Comes Sueſſanorum. 224.
Richardus Epiſcopus Cajetanus. 213. 214.
Richardus Epiſcopus Tuſcanenſis, Centumcellenſis, & Bledanus. 35.
Ridus Antonius Præfectus Caſtri S. Angeli, literas ſcribit Studioſis Setinis. 295.
Robertus de Raynaldo S.R.E. Card. 153. 154.
Robertus è Cinceone S.R.E. Cardinalis 154.
Robertus Cardinalis XII. Apoſtolorum Presbyter depoſitus. Vide Clemens VII.
Roccha Angelus Epiſcopus Tagaſtenſis, laudatus. 81.
Rodericus Epiſcopus Caſtelli-Felicitatis. 39.
Rogerius Archiepiſcopus Beneventanus, Indulgentiam conceſſit viſitantibus Montis Caſini Eccleſiam. 24.
Rolandus Epiſcopus Caſtrenſis. 35.
Romanus Epiſcopus Bleranus. 50.
Romanus Epiſcopus Cæretis. 26.
Romanus Epiſcopus Caſtellanus. 55.
Romanus Epiſcopus Nomentanus. 11.
Romanus Pontifex abſque ullius conſenſu Epiſcopatus erigere, dividere, & unire poteſt. 134. 135.
S. Rotæ Romanæ conſuetudo, & æquitas laudata. 156.
Rubea familia nobilis Setina. 155.
SS. Rufinæ, & Secundæ Epiſcopi. Vide Silvæ candidæ Epiſcopi.

S

SAbinenſis Eccleſia Epiſcopalis Mallianum translata. 115.
Sabinenſis Eccleſia à Nomentana diſuncta. 23.
Sanguineus de Aquapuzza. 98. 451. ſub B. Petri protectione ſuſcipitur. ibid.
Sanctulus Epiſcopus Signinus. 13.
Sapatinus Epiſcopus Nomentanus. 41.
Saraceni Campaniam invadunt, atque depopulantur. 71. 72.
Saxo Tacconus, nobilis Setinus. 241. a Magiſtro Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani donum quarumdam accipit. 241. 242. obtinet à Marino Ab. Caſſinenſi Eccleſiam S. Angeli de Fortunala. 244. multas Præbendas erexit, & confirmat Clemens V. 246. & ſeq.
Sempronius Epiſcopus Grumentinus. 152.
Servus Epiſcopus Nomentanus. 21.
Servus Dei Epiſcopus Nomentanus. 21.
Servus Dei Epiſcopus Veternenſis. 42.
Schiſta urbs Epiſcopalis. 131. 132.
Setia urbs Latii à quibus condita. ibid. Colonia ab Albanis traducta 3. Colonia Romana, & quando deducta. ibid. & 4. quater deducta. 5.
Setia, barbaris temporibus Secium, & Setini Epiſcopi Secenſes dicti. 64.
Setia tota in Ducatu Romano. 59. 60. tradita Romanæ Eccleſiæ. ibid. & 49.
Setiæ templa Herculis, Saturni profuſa, Apollinis, Martis. 5. Opera publica. ibid.
Setina Diœceſis. 95.
Setina Eccleſia æquis juribus ab Honorio III. Terracinenſi unita. 97. 98. 101. 103. 105. Signa cathedralis Epiſcopalis ſemper retinuit. 109. 124. 125.
Setina Epiſcopalis ædes. 155. 299.
Setina poſſeſſio a Conſtantino M. legata. 59.
Setinæ Eccleſiæ dedicatio quotannis ab univerſo clero celebrata. 109.
Setinæ Eccleſiæ Jura. 9.
Setini abſolvuntur à cenſuris, in quas inciderant, dum partes Pſeudo-Clementis VII. ſecuti fuerant. 291.
Setini Canonici. Vide Canonici. Archipresbyter.
Setini vini antiquitas. 109.
Setini Epiſcopi pauci ad nos delati. 59. eor. ibid.
Setini Epiſcopi, Pollidius. 89. Deuſdedit. ibid. Stephanus 60. 63. 89. Joannes. 77. 85. 90.
Setinorum Magiſtratus. 68.
Setinus Epiſcopatus ex conjunctione per Honorium III. aſſertus. 92. 93. ex fide Scriptorum. 95.
Sico Epiſcopus Bleranus. 50.
Sigonius Carolus de colonia Setinæ caſtigatur. 3.
Silva candida, prius Silva nigra. 24. martyrio dudum afficiuntur SS. Petrus, & Marcellinus. 24. Epiſcopalis ſedes efficitur. ibid.
Silvæ candidæ Eccleſia conjuncta Portuenſi. 25. 125. 225. 226. 244. 263.

Sil-

Silvæ candidæ, ſeu SS. Ruffinæ, & Secundæ Epiſcopi. 64. Adeodatus. *ibid.* Valentinus *ibid.* & 65.
Silverius Romanus Pontifex, patria Fruſinonenſis. 52.
Sinnon Epiſcopus Tarracinenſis. 150.
Sitra Veneria urbs Numidiæ. 118.
Sinibaldus Epiſcopus Caſtelli Feliceratis. 39.
Statutæ Setinæ civitatis feſtum S. Lidani ſolemniter celebrari præcipiunt. 86. 300.
Stephanus Epiſcopus Cerecuſe. 66.
Stephanus Epiſcopus Setinus. 60. 61. 63. 118.
Sciornæla familia nobilis Setina. 150.
Suana urbs Epiſcopalis in Tuſcia ſuburbicaria. 44. 45. Romanæ Eccleſiæ donata. *ibid.*
Subaugusta vicus prope Urbem, vià Labicana. 60. Epiſcopali ſede ornatus. *ibid.* vulgò dicitur *la Pignattara*. *ibid.*
Subauguſtani Epiſcopi. 60. Caſſianus. *ibid.* Petrus. *ibid.* Maximianus. *ibid.* Jocundus. *ibid.*
Subjectio unius Eccleſiæ Epiſcopalis, quibus verbis concipiatur. 126. 127. 128.
Subſcriptiones Epiſcoporum in Concilio Gregorii VII. deperditæ. 90. 91. deſunt etiam in uno alio Synodi Urbani II. 90. vix ullæ in Concilio Paſchalis II. 91. 92.
Subſcriptiones Epiſcoporum detectæ. 73. quorum luci afferent. *ibid.*
Subſcriptiones Epiſcoporum ex Provinciis ſuburbicariis in Romanis Conciliis per plura ſecula admodum paucæ. 65. deperdita, ob aſtu Conciliorum depravata, aut mutilata. 66. 67. 70. 71. in Conciliis corruptæ. 68.
Sueſſa Pometia urbs Volſcorum, everſa. 11.
Sulla Setinam, coloniam deducit. 4.
Sulmonenſis cathedra, dicta Valvenſis Diœceſis. 105. 106. 108.
Sulmonenſis Eccleſia conjuncta Valvenſi. 101. 107. 108.
Sulmonenſis Epiſcopus Palladius. 101.
Sulmonenſis Epiſcopus, dictus Epiſcopus S. Pamphili. 102. 103.
Sutrium antiquiſſima ſedes Epiſcopalis. 49.

T

TAccona familia nobilis Setina. 155.
Taccone Raynaldus, miles, & magiſter Hoſtiarius Clementis V. 256. *Vide* Raynaldus.
Talarus Epiſcopus Mintuenſis. 7.
Tarquinia urbs antiqua. 51. penitus deleta. *ibid.*
Tarquinienſis Epiſcopi. 51. Apulejus. *ibid.* Projectitius. *ibid.* Lucianus. *ibid.*
Terracina Romanæ Eccleſiæ contributa. 71. 149.
Tarracinenſes Epiſcopi Setinæ Eccleſiæ poſſeſſionem capiunt. 105.
Terracinenſes recuſant eſtimare caſtrum Traverſæ. 125. Fidelitatem jurant Innocentio III. 130. Reſtituunt Roccam Circeii. *ibid.*
Terracinenſis Eccleſia conjuncta Fundanæ. 139. 140.
Terracinenſis Eccleſiæ præſtantia. 165.
Taulerus Bonifacius Atinenſium Epiſcoporum ſeriem ſupplet. 64.
Theodorus Epiſcopus Gallienſis. 47.
Theodorus, ſeu Theodoſius Epiſcopus Marcurianenſis. 51.
Theophanius Comes Centumcellenſis. 27. 28.
Thomas e S. Severino. 278.
Thomaſius Joſeph Maria Cardinalis Venerabilis, laudatus. 198.
Tiberius Epiſcopus Sabinenſis. 23.
Totilæ Gothorum Rex ſcelera varia. 68. Tiburem capit. *ibid.* S. Herculanum Epiſcopum Peruſinum interficit. *ibid.* S. Cerbonium Populonienſem ad beſtias damnat. *ibid.* Velentinum Epiſcopum Silvæ candidæ manibus detruncat. 69.
Transmundus Epiſcopus Valvenſis, & Abbas Caſaurienſis 104. ſignitate ſpoliatus. *ibid.*
Traverſa caſtrum. 248. 249.
Treba urbs in Æquis. 18. 19.
Trebana in Æquis Anagnino Epiſcopo contributa à Gregorio 18. 19. 20.
Trebani Epiſcopi in Æquis cum Trebiatibus in Umbria ſæpe confuſi. 19.
Trebani, ſeu Trebates Epiſcopi. 19. Conſtantinus *ibid.* Laurentius *ibid.* Propinquus *ibid.* Griſo *ibid.* Paulus. *ibid.* Creſcentius. *ibid.* Joannes. *ibid.*
Trebiatius Epiſcopus Falarienſis in Tuſcia. 46.
Tresmabernenſis Eccleſia à S. Gregorio conjuncta Veliternenſi. 11. 139. 140.
Trium tabernarum in Latio Epiſcopi. 10. Felix. *ibid.* Lucifer. *ibid.* Decius. *ibid.* Petrus, ſeu Petrus. 12. Leonius, ſeu Leontius. *ibid.* Anaſtaſius. *ibid.* Joannes. *ibid.*

Triumviri Æmilius Lepidus, M. Antonius, & Octavius Setiani, coloniam deducunt 4.
Tuuptensis Radulphus. 196. unitur, sed semper fuerit, qua Romam gubernatur. ibid.
Tuscaurenses Episcopi. 31. Urbanus, seu Vir bonus. ibid Maurus. ibid Godemundus, seu Gaudemundus. ibid Virbonus. ibid. Joannes. 32. Joannes. 33. Boezo. ibid. Gislibertus. ibid Riccardus ibid. Petrus. ibid Centius ibid Joannes 33. 34. & 35. Raynerius 35.
Tuscanensis Ecclesia Viterbiensi unita. 118.
Tuscania urbs Episcopatus in Tuscia suburbicaria. 31. 32. Castaldus ibidem constitutus. 32.

V

VAlentis castrum in Campania. 77.
Valentanensis Episcopus, Custodius 37.
Valentanum oppidum in Tuscia suburbicaria. 37.
Valentinensis, & Domus Ecclesia. 101. quando unitae. ibid.
Valentinus Episcopus Silvae candidae manibus detruncatus. 14. 15. 69.
Valerius Episcopus Calenotanus. 13.
Valesius Ludovicus. 5. quo anno Sanctorum catalogo adscriptus. 218.
Vulva nomen regionis. 113.
Valvenses Episcopi, Clarentius. 102. Fortunatus. ibid. Dominicus. ibid. 103. 104. Transamundus 104 Joannes ibid Gualterius. ibid Dodo. ibid Odorisius. 105. Guilielmus. ibid. Jacobus. ibid Bartholomaeus ibid. Joannes Baptista. ibid.
Valvensis Episcopus, dictus S. Petri. 102.
S. Vedastus Episcopus Atrebatensis. 143.
Veliternsis Ecclesia ab Eugenio III. coniuncta Ostiensi. 15.
Vestae Monasterium, quae, & quales. 167. 168.
Ughellus Ferdinandus illustratus. 36. 224. emendatus. 16. 38. 51.
Ugo Joel Consul Setinus. 131.
Via Setina 3.
Vicarii Capitulares lecto ex eorum disciplina profectu. 130.
Vignolius Joannes. 59.
Vitisfenensis Episcopus Autantinus Latino 8.
Viromanduensis, Noviomensis, Tornacensis Episcopi unius. 143.
Virginitatis B. M. Virginis filiam, quando institutam. 197.
Vitellius Joannes Patriarcha Alexandrinus. 293.
Viterbiensis Ecclesia Tuscianae conjuncta. 34. 36. octo Episcopales cathedras complectitur. 36.
Unio Ecclesiae Abellinensis, & Frequentinae. 196.
Unio Ecclesiae Centumcellensis Tuscanensi 30.
Unio Ecclesiae Cornetanae Montisfalisconae. 188.
Unio Ecclesiae Humanatensis Anconitanae. 185.
Unio Ecclesiae Minturnensis Formianae. 7. Tiromesbrinarum Veliternensi in Laberinum Tusculanae. 28. Silvae candidae Portuensi. 25.
Unio Ecclesiae Setinae. 113. 124. aeque principalis. 97. 98. 111. 112.
Uniones sedium Episcopalium, ut plurimum ad invicem factae. 98. 99. 100.
Unionis Ecclesiarum suum cum factarum non noceret, si uni Episcopo ex Ecclesiis unius de plures dirigatur. 124. 125. 126.
Unionum sedium Episcopalium origo. 136. 137. Uniones Ecclesiarum sub S. Gregorio 137. 138. 139.
Volturnensis Episcopi. 37. Gaudentius ibid. Claudius. ibid. Agnellus ibid.
Volsinium una ex duodecim Etruriae urbibus. 37.
Urbanus v. mittit Petrum Cartarium ad visitandas Ecclesias Campaniae, & Maritimae. 256. 257.
Urbanus VIII. festa imminuit. 159.
Urbanus, seu Vurbonus Episcopus Tuscanensis. 32.
Urbs vetus in Tuscia suburbicaria. 45.
Ursina Joanna filia Jordani Ursini. 284. Dominus ejusdem patris unit Cisternae. ibid.
Ursina Joanna uxor Joannis Cerchaelli. 150. 151.
Ursinus Angelus Episcopus Casinensis. 14.
Ursinus Jordanus miles. 180. vendit quaedam bona in territorio Maritimae. ibid.
Yvion Atenoldus, de S. Ladam sepulturam concedatus. 88.

Z

ZAcagnius Laurentius Alexander laudatur 77. 78. ejus judicium de codice Sessoriano 207.
Zacharias Romanus Pontifex. 196. 243.

F I N I S.

ADDENDA, ET EMENDANDA

Pag. 1. *lin.* 7. *pro* Anno ſiquidem ſuperiore, *pone*. Anno ſiquidem Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto,

Pag. 10. *lin.* 31. *ad eram poſt*, *lib.* 1. *cap.* XXIII. *adde*, *de ſchiſmate Donatiſtarum*.

Pag. 19. *lin.* 12. Zachariæ 1. *dele* 1.

Pag. 27. *lin.* 1. Concilio, *adde* in

Pag. 32. *lin.* 8. Zacharia 1. *dele* 1.

Pag. 38. & 39. delenda ſunt ea omnia, quæ cap. XXXIV. ſcripſi de Caſtello Felicitatis, quod cum civitate Caſtellana conflavi. In hanc me ſententiam traxerat ſubſcriptio *Roderici* Epiſcopi, quem *Caſtellanæ*, & *Caſtello Felicitatis* Epiſcopum, ut ibidem monui, in Conciliis ſubſcriptum reperi. Verum quemadmodum dies diem docet, ſub ipſam pene hujus operis evulgationem comperii, diſtinguendam eſſe civitatem Caſtellanam a Caſtello Felicitatis. Sententiæ meæ labem forte fortuna deprehendi in epiſtola Paſchalis Papæ II. c. A. D. 1112. ſcripta Henrico IV. Imperatori, qua ſignificat nondum B. Petro nonnullas provincias, urbes, & loca fuiſſe reſtituta, ac in Apoſtolicæ Sedis poteſtatem redacta, prout Henricus promiſerat. Enumerat autem Paſchalis, quæ adhuc non redierant his verbis: *ſiquidem nos per Dei gratiam boni ſumus, licet quidam juſſioni veſtræ, in his, quæ Beato Petro reſtitui præcepiſtis, adhuc noluerint obedire, incolæ videlicet* CIVITATIS CASTELLANÆ, *caſtri Corcolli*, *Montis alti*, *Montis acuti*, & *Narnienſes*. *Nos tamen ea*, & *Comitatus Peruſinum*, *Eugubinum*,

Tu-

Tudertinum, *Urbenetum*, *Balneum regis*, CASTELLUM FELICITATIS, *Ducatum Spoletanum*, *Marchiam* * *Ferraniam*, *& alias Beati Petri poſſeſſiones per mandati veſtri præceptionem confidimus obtinere*. Patet ex his, diverſas urbes eſſe *civitatem Caſtellanam*, *& Caſtellum Felicitatis*, atque adeo in Ughelli ſententiam propendeo, Caſtellum Felicitatis aliud non eſſe a Tiferno Tiberino, hodie vulgo *Città di Caſtello*: ac perperam a me ipſum Ughellum fuiſſe exagitatum, perperam etiam a me fortaſſe nonnullos Epiſcopos Caſtelli Felicitatis civitati Caſtellanæ adtributos. Laudata porro Paſchalis II. epiſtola exſtat in codice epiſtolari Udalrici Babenbergenſis, c. A. D. 1125. collecto, quem A.D.1723. publici juris fecit V.C. Jo. Georgius Eccardus to. II. Hiſtoricorum medii ævi pag. 274. Satis præterea elici videtur, ad *Felicitatis* nomen quod attinet, Tiferno Tiberino illud accommodari, ex Anonymo Ravennate, qui Geographiæ lib. IV. §. XXXVI. pag. 223. Tifernum, Feliciſſimum quoque appellatum ſcribit. En verba: *Item juxta territorium civitatis, quam prædiximus Menſulas, eſt civitas, quæ dicitur Tifernum, quæ & Feliciſſimum dicitur. Item Aretia &c.* Itaque, & nomen, & ſitus ab Anonymo deſignatus Tiferno Tiberino convenit; ac nos ſubſcriptio Roderici, qui modo *Caſtellanæ*, modo *Caſtella Felicitatis* Epiſcopus dictus eſt, graviter feſellit. Ughellus in Epiſcopis Tifernatibus narrat, ex quo auctore neſcimus, c. A. D. 550. Tifernum, Totila jubente, exciſum, ac Gotthorum procellâ paullo conquieſcente, a Floro illius civitatis Epiſcopo inſtaurari

* forte Firmanam

Ital ſac. tom. 5. pag. 226.

rari cœptum, ædificato ibi parvo caſtello, & priſco Tiferni nomine obliterato, civitatis Caſtelli nomen exortum.

*Pag.*44.*lin.*15.*poſt*, coaluiſſe ferunt, *adde*. Nunc autem Polymartium in Balneoregienſi Diœceſi ſtatuitur.

*Pag.*87 *lin.*18.Junii, *adde*, die XVIII.

*Pag.*120.*lin.*34. ſedes Epiſcopales, *lege* honeſtantur, *& adde*, niſi, ab eruditis.

*Pag.*231.*poſt epiſtolam Honorii* III. *hæc nota*: De Sanguineo Aquæ putridæ caſtellano, mentio fit in mandatis, quæ Hugolinus Epiſcopus Oſtienſis c. A. D. 1207. dedit Velitrenſibus, Coranis, & Sarminitanis, pro pace conſervanda cum Nimphanis, & Setinis. Edidit hoc mandatum Stephanus Baluzius in Miſcellaneis. *to.I. pag.*248.

*Pag.*280. *lin.*13. *ad oram*, ex tabulario Setino, *lege*, ex tabulario Vaticano, & Setino.

ER-

ERRATA TYPOGRAPHICA.

		ERROR	CORRECTIO
Pag. 3.	*lin.* 33.	depopultas	depopulatas
Pag. 13.	*lin.* 30.	Johanes	Johannes
Pag. 30.	*lin.* 3.	Ecclefiam	Ecclefiam
Pag. 38.	*lin.* 13.	Exclefiæ	Ecclefiæ
	lin. 15.	Eccellentia	Excellentia
Pag. 64.	*lin.* 15.	Setia	Setiæ
Pag. 86.	*lin.* 27.	*patronum*	*patronorum*
Pag. 102.	*lin.* 19.	Valvenſis	Valvenſi

Digitized by Google